








AM XIV 34.
BIBLIOTHECA
REGIÆ CANONIÆ
STRAHOV
PRAGÆ BOHEMIÆ

DE SECVNDA VALETVDINE TVENDA

In Pauli AEginetæ Medici clarissimi librum
EXPLANATIO,
uniuersam sane super hac re materiã
amplectens.

Per Sebastianum Rubeaquen. Artium &
Medicinæ Doctorem, Commentari
orum uice ædita.



P. AEgineta per Interpretem.

Qui cupis inmensi percurrere scripta Galeni,
Nos lege, qui cursu tam breuiore damus.
Ille quod innumeris per magna uolumina libris
Expedit, hoc breuibus pagina nostra refert.

Nihil frustra, nihil negligendum.

¶ Argentorati apud Ioannem Schottum
cum Cæs. M. Priuilegio.
M. D. xxxviij.

AVTORES, quorum ope adiuti, iſtam Explanationem iuxta germanam ſuam ſentētiam explicauimus, ſunt iſtiuſmodi, quos in ſequenti nomenclatura producimus. Fatemur equidē ingenue, eorū ſententias in multis quidē locis tranſcripſiſſe ſaltem, neq; per unicum quidem uerbulum aliquando inuariaſſe, quo utriq; autori ſua permaneret gratia; atq; ut nos uetera explicando, non noua excogitando, nunc illum, nunc alium adducentes autorem, nequaq; furti, aut alicuius proteruæ arrogantiæ inſimularemur.

Hippocrates.
Galenus.
Oribaſius.
Dioſcorides.
Ariſtoteles.
Theophraſtus.
Paulus AEgineta.
C. Aurelianus.
Auicenna.
Meſue.
Pſellus.
Celſus.
Alexander Benedictus.
Macer.
Valla.
Columella.
Plinius.
Gellius.
Herm. Barbarus.
Marcellus Vergilius.
Serapion.
Io. Vigonius.
Guilielmus Copus.
Io. Manardus.
Albanus Torinus.
Albertus Magnus.
R. Volaterranus.
B. Fiera.
Horatius
Martialis.
Vergilius.
Philaretus.
Platearius.

Clari ſanguinis, generoſo Comiti Georgio ab Erdtbach, Illu ſtriſsimæ domus Palatinę, ſacri Rom. Imp. Electricis, Pincernæ hęreditario, &c. domino ſuo gratioſo, Sebaſtianus Auſtrius, Artium & Medicinæ Doctor, S. & corporis incolumitatem optat.

QVVM nuperrime, generoſe Comes, in officinam D. Hieronymi Fabrij Dictatoris noſtri inciderem, hominis ſane in euoluendis Hiſtoriarum, heroicorumqꝫ factorum monumentis propenſiſſimi: atqꝫ in eiuſmodi interpretandis, typiſqꝫ Germanicę linguæ reddēdis haud uulgaris interpretis: tunc inter cæteras quæ tum hincinde iacebant lucubratiunculas, obtulit ipſe mihi Cyri Perſarum regis primi Pędiam: atqꝫ alterius Cyri, ſed iunioris expeditionem in fratrem, extremo ſui-ipſius exitio agitatam, ambas a Xenophonte Gręcorum ſcriptore clariſſimo deſcriptas, quas amplitudini tuę, ob ſingularia in eum expenſa merita, nuncupare, animum ſuū induxiſſe, reuelabat: uereri tamen, conatum ſuum inter cætera, aiebat, ut homo eſt alias ſolertis ingenij, ne pręter decorum hoc faceret: præcipue, quū ampl. t. ante aliquot annos in Italia literarum ſplēdore adeo egregie adornatam ſciret: ad hęc ex tam generoſo ſemine natam (quę duo ubi corriuent, gemmę in auro aptiſſime comparari poſſe) hoc uulgari, & tā trito interpellaret idiomate. Ne autem ab officio ſuo animum auerteret ſuum, atqꝫ in A. T. benemeritorum interea non obliuiſcens, recognitione perſiſteret, in illuſtriſſimę Principis Elizabethę, ex clariſſima Comitum Palatinorum domo exortæ, uxoris tuæ gratiam, & beneuolentiam captandam digreſsus eſt: certo ſciens, ea quæ illi ex gratia accepta eſſent, non minus A. T. gratioſiora fore. Quem ſane Fabium aliquādiu inter ſe eiuſmodi ſententijs colluctantem, tali affatus ſum conſultatione. Quid ſi ego animi tui uices geſſerim, atqꝫ quod tibi minus uernaculo licuit ſermone exequi, id ego Latio, in tam generoſi, q̄ docti Comitis & gratiam, & cūmoditatem pręſtem? Sunt equidē mihi prę manibus Pauli AEginetæ clariſſimi apud Græcos Medici, præcepta quædam ſalubria, ad bonā tuendam ualetudinē inſtituta, ab eo tamen adeo Laconico, ſiue uerius Aphoriſtico ſenſu comportata, ut in paucisſimis uerbis aliqn̄ tot myriades ſententiarum ſint ſubintelligendę. Quo autē iſtiuſmodi præceptorum fructus, qui quantus ſit dici non poteſt, etiam alias in re literaria bene emeritis, & non tm̄ Medicis ipſis uſui eſſet, hęc ex ue,

Nobilitati ſapientia, uel literarū eruditio adiecta, gemmæ in auro comparandę.

ritate sua, atque ex primis fontibus, nempe Hippocratis, Galeni, Oribasij, quorū ipse uerum se abbreuiatorē prçstitit, aliorumque sentētijs Autorem explanaui: neque plus adieci, quam quod autoris uerba ex alijs depromi autoribus deposcere uidebantur. Hanc itaque salubriū praeceptorum Explanationem latine loquentē, atque indicibilia ad Sanitatē conseruandam cōmoda tractantē, huic tam generoso Marito, & tam pulchre ex literarum decore splendenti ingenio deferam: tu uero interim cum illustriss. Principe Elizabetha, ex clarissima Comitum Palatinorum domo nata, uxore eius clariss. perge ut coepisti, tradendo ei tā heroica Persarum Regum facta, quae in Principum merito obambulare debent aulis. Eiusmodi inter nos ipsi cōminiscebamur sermonib. Superest nunc Comes ampliss. ut ambarum nostrarū uota, apud A. T. aequa examinētur trutina, an scilicet utriusque nostri par sit, siue A. T. conferēdus conatus. Esse equidē nobis psuasi sumus, quū alter magnorū in Grçcia uirorū prçclara facta atque facinora, aulae tuç Principū nūc titulis insignitae insinuet (magna em̄ magnis cōparanda) alter uero corporis in sanitate conseruandi rationē, non postremā Medicinae partem A. T. offerat, quç etiā ex Grçcia ipsa originem duxit suā. Sanitatem equidē corporis si quis negligat, quam deinde caeterarū rerum uoluptatē habebit? Sanitas proculdubio nulli non Principi, nulli non aetati, non sexui expetenda, si saltē suo quisquis fungi officio desyderet: quapropter accuratius pensitandū, in quonam haec sanitas uersetur cardine. Medicinae em̄ duas maximas Archiatri ponunt partes: alteram quam tuendae sanitati, atque hanc priorē: alteram quam morbi profligandi facultati, illa posteriorē atribuerunt. Equidē si corpus nostrum esset inpatibilie, ut Gal. lib. 1. de sanit. tuē. & lib. 3. in arte medicinali recenset, nec ulli obnoxiū esset affectioni, nullā profecto desyderaret artem quç eius prçficeretur tutelae: cū autem numerosissimis exponatur affectibus, certa deposcitur ars, quç incōmoda eius perspiciat, ipsumque ab his tueri possit. Vita itaque humana, quocunque licet rerum attollatur fastigio, si corporis sanitate careat, non uitam istiusmodi agere, sed potius trahere uitam iudicandi sunt. Eapropter multi praeclari uiri Regibus, summisque Principibus, quo eis optatissima inter cçteras huius mundi illecebras precarentur commoda, conseruandae sanitatis prçcepta tradidere: ueluti magnus Aristoteles Alexandro Magno, Psellus philosophus Graecus Constantino Imperatori, Diocles cum Epistola sua prophylactica, quā in calce huius libri habebimus,

Sanitas prae caeteris omnibus minime negligenda.

Medicinae partes duae.

Non est uiuere, sed ualere uita, ut Flaccus ait.

Sic Hipp. de praeparatiōe hominis ad Ptolemçum regem scripsit.

Antigono Regi, & alij alijs; omnes huc spectantes, neq; regna, neq; diuitias, neq; potestates, in hoc humano sęculo, sine prospera ualetudine quidquã aut uoluptatis, aut adiumenti pręstatura. Quo nomine, Comes amplissime, non minimum opus esse censui, quod tam generoso stemmati, q; excellenti ingenio tuo per innumeros dies duraturo maxime conducibile esset, ut scilicet per quæ uiueret haud ignoraret, neq; pecorum ritu, uictus ratione abuteretur, quin potius usu exploraret, quinam cibus, potusue noxius; quæ pręterea, quantaq; dimotio sit obseruanda: pari modo & de alijs multis attenderet, num quæ noxia sibi, innoxiaue sint. Quotidie enim in nobis ipsis experimur, a nonnullis quandoq; immodice lędi, alijs uero citra noxam usq; ad iustum senium icuundissime frui. Maximum equidem hoc est omnium in nostrę uitæ curriculo obseruandorũ, ut ratione probe exercitata (rudium em̃ hæc nosse, non est) ex quibus se lędi, aut iuuari sentiant, quo facto fieri & Galenus ipse fassus est, in paucissimis Medicorum opera quenq; indigere, quoad in sanitate fuerit. Quam quidem Comes generose salubritatem A.T. ex animo adopto, qua quidem & optatius frueberis, si hæc Pauli præcepta attingere interdum non dedigneris, quæ quidem non propter κενοδοξίαν, sed ob cõmunem legere uolentiũ utilitatem explanaui; atq; ad A.T. gratiam impetrandam tibi nuncupaui, deuoui, & insinuaui: minime diffidens, hanc eo A.T. quo dicarim nomine, accepturam. Diu uiuas precor Comitum splendor & tui stem̃atis decus. Ex Argentuaria Imperiali ciuitate, prima die Nouembris, Anno Millesimo, Quingentesimo, tricęsimo septimo.

Siue sanitate nihil sub orbe salubre.

Obseruatio eorũ a qnibus aut lędemur, aut iuuemur optimum in sanitate tuenda medicamen.

¶ Scopus præsentis Libri, per Interpretem præfixus:

In hoc uolumine, uniuersam quæ ad secundā Valetudinem tuendā spectat, materiam comperies, & affectionum, ætatibus, temporibus, temperaturis. & alijs quibusdā peculiarium, tum præcautionem, tum emendationem, facultatesq; ac usus omnium alimentorum: quemadmodum in Capitibus explicauimus. CAPITA

EXPLANATIO IN PAVLI AEGINETAE Medici clarissimi, de Sequunda ualetudine tuẽda librum, uniuersam sane super hac re materiam complectens, Authore Sebastiano Austrio, Artium, & Medicinæ Doctore.

A

¶ De his quæ in fœtura prægnantibus adcidunt, quoq; nutricatu sint alendæ grauidæ. CAP. I.



Vum fœminas utero gerentes eiusmodi magna ex parte casus adfligent, corporis fere totius redundantiarum moles, iugis uomitus, sputatio, erosiones stomachi, & horror deniq; cibi: operæ omnino precium me facturum arbitror, si suppetias, quibus eis subueniatur, scribere adgrediar.

AB utero gerentium fœminarum adcidentibus, eorumq; curationibus, non abs re Author, uniuersam de tuenda Sanitate materiam auspicatur. Siquidem pręgnante, molestia quadam, siue quodam adcidenti adfecta, proculdubio fœturæ huic, tanq; mali alicuius participi, nonnihil timendum: quo minus ab inchoato taliter homine, salubre, legitimumq; temperamentum indeptum, ad reliquas uitę prodeũtis partes, iuxta tuendæ bonę ualetudinis leges, traduci potest. Ita q; inprimis quinq; casus, fœminas uterum gerentes adfligentes, enumerat: nempe totius fere corporis redundantiarum molem: uomitũ iugem: sputationem: stomachi erosionem: & cibi deniq; horrorem. Quos cordis saltus, animæ defectio, uertigo, nausea, pedum inflatio, & alia id genus quædam miseras mulierculas grauiter infestantia con comitantur. Potissimum hos & alios ingruere casus, ob menstruarum purgationum retentionem, earumq; uacuationis interceptionem, nemo est qui ambiget. Sunt etenim eiusmodi, fœtus iam inchoati, infallibilia plærunq; argumenta. Quandoquidem tot superuacanea recrementa alias per naturam detrudenda, nunc uero congesta, qui minus redundantiarum molem, perennem euomendi adpetitionem, expuitionem, stomachi mordicationem, cibi detestabilem horrorem inferre possent? Curandum igitur, quo eiusmodi malis succurratur.

> Non abs re a fœminarum utero gerentium symptomatibus auspicatum esse.

B

> Quinq; casus mulieres grauidas infestantes, cum reliquis adhuc alijs.

a Vtantur

C

Ratio uictus.

Vtantur itaq; præsenti cõmoditate: inambulationibus, alimentisq; haud in magnam partem suauibus, ruffi coloris falerno, quod pariter & ab odore commendetur, in primis autem lustrico. Cęterum potationi perpetuo non nisi mediocri indulgeat.

Mos medicorũ in morborum curationibus præscribendis. Inambulationes.

Alimentorum hic uires, & qualitates obseruandæ.

Peculiaris medicorum mos est, in omni adfectuum curatione, commoditates aliquot præscribentium, uictus rationem præponere: quæ ubi accurate obseruata sit, non rarenter totius curationis metam per seipsam expediat. Inambulationibus hic utendum esse suadet: uerũ ne intemperatis abortum proritantibus, ob nimiam, qua tunc ex mensium suppressione laboratur redundantiam. Alimenta neq; multum sint suauia: ne immodice nutriant, aut fastidium prouocent: sint autem inter suauia, & acria quasi media. Acria em̃ & acuta omnibus modis hic sunt arcenda, mensiũ ceu prouocatoria, fœtumq; subinde debilitantia, abortumq; cientia. Itidem pinguia adpetitum consternantia, & nauseam incitantia, adpetentiæq; omnino cõtraria. Veluti dulcis saporis est nutrire, ita amari abstergere, acris urere, pinguis autem mollificare. Ruffi coloris sit falernum, & ab odore commendatum: eo quod maxime confortet, et spiritus generet. Nam Galenus lib. 3. de Alimen. facul. inquit, uinum rubrũ sanguini generando esse adcommodatius, & minimo negocio in eius naturam transiturum. Non aũt admodum rubrum sit, ut cum crassa substantia nigrescat, sed cum tenui pellucidum sit: lustricum etiam, hoc est, non recens, sed uetus. Potationi neq; supra modum indulgendum: ne plus iusto alias oppletũ infarciat corpus, sed potius modice nutriet, & confortet potus, adpetitum rectificet, nauseam profliget, uomitum sedet, superuacanea concoquat.

D

Falernum ruffi coloris.

Lustricum uinũ

Medicamenta.

Atqui medicamentorum in eadẽ adfectione pulchre subeunt sanguinalis herba, quę πολύγωνον græce uocatur, aqua elixa & epota: pariter & anethum, radixq; pontica, uernaculo ab indigenis gentis suæ uocabulo Rha adpellata: hæc indiscriminatim tum ante q̃ a cibo, tum prima, tũ secunda mensa, sumi utiliter possunt.

At medicamentorum administrandorum processus, tribus ex simplicibus

simplicibus medicaminibus constat. Vetus author ueteri hac medicina exorditur; herba uidelicet sanguinali, qua contra sanguinis eruptiones (unde tale nomen sortitum esse nonnulli autumant) et omnia profluuia, prisci medici frequenter usi sunt; quam Galenus libr. 8. de simplic. medicamin. faculta. seminalem uocat: profluuiumque muliebre sistere, & sanguinis eiectiones compescere: & undecunque aliunde immoderatius quidpiam feratur, adserit. Celsus uero ultimo secundi uoluminis capite Sanguinalem esse uult, quam græci Polygonon adpellant. Latini hanc Proserpinatam etiam, & Viticulã, Corrigiolam, Scorpinatam, Linguam passerinam, Geniculatã. Germani uero weg grasz, wegdritt, Heintzlin beim wegg nominant. Est enim herba ramulos habens teneros, geniculis intersectos, reptans per terram instar graminis, folia habens longiora, & molliora ruta, quibus folijs semen adnascitur, cuius succus adstringit, refrigeratque: quare fluxiones reprimit. Constringentia namque, & cum temperata caliditate incidentia in uino, licet author in aqua id fieri iubeat, ante & post pastũ sumpta, præsenti competere casui apud quosuis traditur. Sic Anethi usus hic etiam inseritur: eo quod aluum, & ex alto surgẽtes uomitiones sistat, iuxta Dioscor. lib. 3. cap. 60. singultus leniat, genituram extinguat, potum imminuat: quę duo postrema prægnanti maxime insidiantur mulieri, utpote coitus impulsus, & superuacaneæ alimoniæ infarctus. Huic anetho radix pontica succedit: eius nominis a natali solo, & a Rha amne, Tanai uicino, caussa & ratio est profecta. Eadem pota, stomachi inflationes, infirmitates, doloresque omnes compescere, sputa cruenta, suspiria, singultus, intestinorum tormina tollere, Dioscorid. lib. 3. cap. 2. promittit: potissima tum ratione, quod insigniter cum calore aliquo constringat: quod idem autor noster lib. 7. suo confirmat. Gal. autem lib. 8. de simplic. medicamin. facultatibus. Sunt qui hanc Rheon, Romani uero Rha ponticum, uulgares Reuponticum adpellant. Istiusmodi radicis ponticæ, atque illius barbarę, quam Arabes Reubarbarum nominant, tam diuersæ patriæ, & gentis cognomine differũt: quanque Pandectarius ambas inter se non adeo nisi in tinctura, minime tamen in uenis introrsum dissectis, dissidere uelit.

A Sanguinalis herba.

Polygonon. Proserpinata. Viticula. Corrigiola. Scorpinata. Lingua passerina. Geniculata

Anethum. B

Pontica radix. Rheon. Rhaponticum. Reuponticum.

De Rupontico, Reupontico, Reubarbaro, uide Nicolaum Leonic. de erroribus Plinij.

Forinsecus autem præcordijs Oenanthen, syluestris punicę florem, bũalausti, trifolij (sic enim ὑτιϛουκ interpretor) ac smyrnij comam, fœniculique semen, cataplasmatis modo adplicare

C plicare expedit. Neq; uel tantillum interest utcunq; misceas, cum palmulis ne, an uino ue teri, modo loco prædicto imponas.

Cataplasma. Nunc erudimur, quę forinsecus per cataplasmatis modū sint administranda. Vulgare apud Medicos est, ubi medicamenta iuxta necessitatem intrinsecus ingesta fuerint, subinde & foris, si qua sint necessaria, adplicentur: quę uulgus Localia adpellitare solet. Nam quę per uulgares emplastra hucusq; uocitabantur, nunc a peritioribus cataplasmata, siue malagmata nominantur: quę constant sane ex floribus fere, eorumq; surculis, & axungia, cum aliis quoq; laticibus.

Localia. Emplastra. Cataplasmata. Malagmata.

Oenanthe. Oenanthen præcordiis subigendam esse admonemur, illam uidelicet cuius & ipse author noster in septimo suæ medicinæ uolumine meminit: plurimū quidem Oenanthes ex labrusca usum esse, quando quidem egregie adstringat, stomachum, aluumq; maxime firmet. Hanc ipsam Galenus lib. 8. medendi methodo, cap. 5. uentriculo intus æstuanti, tum hypocistiden, & balaustia, & palmularum carnes confectas administrari iubet: quæ uentriculo tum refrigerando, tum fir-
D mando maxime sint idonea. Non ea est Oenanthe quę a Theophrast: in lib. 6. cap. 7. de historia plantarum, in herbarū censu inter coronarias plantas, & flores connumeratur, sed quæ labruscæ uitis flos est: cuius Dioscorid. lib. 5. cap. 4. mentionem fecit. In cuius locum nos malorum cotoneorum coctorū, aut dactylorum alborum, carniū in aromatico decoctarum usum surrogaremus. Haud absimili modo Balaustium, syluestris punicæ florem: ob eius efficacissimam quam habet in adstringendo naturam, ut in septimo autoris libro uidere licet, ut destillationes cohibeat omnes, quotidianasq; pręgnantiū uomitiores coerceat, stomacho foris cum aliis plerisq; impositis. Sic Cythisi comam, fruticem quem Romani trifolium maius adpellant, teste Dioscoride, apud Cyclades per Cytinum inuentum: in Italia aliquandiu floruisse, nunc uero ad natale solum rediisse: ut nemo hodie hanc plantam internoscere possit, Vergilius Marcellus deplorat. Ad hæc smyrnii comam, quod apud Cilices petroselinon esse Dioscori. libr. 3. cap. 72. ostendit. Tum fœniculi semen cataplasmatis modo adplicare, instigamur, ob eam caussam: ut si quando cū adpetentiæ consternatione etiam dolor, aut stomachi inflatus subortus esset. Smyrnion enim stomachi inflationes mitificare, fœniculum uero eiusdem ardores lenire,

Balaustium. Cythisi coma. Trifoliū maius. Smyrnii comæ. Fœniculi semē.

Dioscorides lib.3. capitibus.72.&.74. scribit. Cuius rei gratia nos etiã a uulgari medicorum schola commonemur, ut in tali casu, cum certis adstringentibus medicaminibus, semina anisi, fœniculi, apij in puluere redacta cõmisceamus, emplastriq; modo adponamus: quando omnia urinæ ciendę facultatem habentia, ori stomachi gratissima esse Gale. lib. 2. de facul. Alimen. indicet. Comæ præterea huiusmodi uocabuli significatum in Authore nostro taliter adnotemus: plantarum humiliorum totam, non per singula folia solum decerptam frondẽ, comam esse: totumq; hoc, & herba, & coma eodẽ intellectu capi necessum est: aut quia eandem habeant & aliæ partes commoditatem, ut separari ab illis partibus folia non facile queant: aut si separent, prę ter iacturam non fieri posse, quum pariter id quod sit utile abijciatur. Nihil porro interesse uult author, utcunq; antedicta medicamina misceantur, an cum palmulis, an cum uino ueteri, ambobus adstrictoriarum uiriũ satis habentibus. Palmæ fructus sunt Palmulæ, quæ in autumno paulo ante q̃ maturescant colliguntur. De quibus Dioscor. libro.1. cap.129. Plin.23. cap.4.13. cap.4. Equidem meminit Theophrast. lib.3. De historia plan. Palmam apud Babylonios fructum mirum in modum largiri: in Græcia ne fructum quidem ostendere. Ob quod Vergilius Marcellus, concessa nobis arbore, negato autem palmę fructu, naturam nostro quasi illusisse orbi conqueritur. A Comæ significatus. Palmę fructus; Palmulæ. B

Ostioli præterea uentriculi lancinationibus (quos καρδιωγμός Græci nuncupant) aquæ calidæ potio, deambulationes tranquillæ, præcordiorũq;, quod e molliore lana conficitur, sæpenumero succurrunt. Cardiogmi medela.

Galenus lib.4. cap. de Sympto. caussis, quum de Symptomatibus uentriculi osculum infestantibus agit, & istiusmodi quoq; meminit quod Cardialgiam, Aegineta uero noster Cardiogmon, tãquam stomachi dolorem uocat: molestum quidem, & uterum gerentibus familiarem adfectum, a mordacibus ortum succis. Proinde non mirum esse, ut taliter adfecto stomacho, ob exactam eius sentiẽdi uim, tum ob situs cordis uicinitatem, animi sequi defectionẽ, uiresq; prosterni. quum nonnulli ob digiti offensam q̃ ocyssime animi deliquium incurrant: sicuti duo, aut tria exempla idem Galenus in secundo Aphor. lib. Apho.41. recitat, de mulierculis longũ in balneis tempus commorantibus, exolutis. Sunt qui hunc adfectum etiam cardiacũ Cardialgia. Cardiogmon Cardiacus affectus.

 uocent,

C uocent a corde, uel ore stomachi, quod cardiam Græci adpellãt. Hic meminisse iuuat, ueteres omnes os uẽtriculi cor nominasse, quod hodie stomachus uocetur. Licet cardiacus morbus etiam sit, qui hominem ad tabem usq; perducat, quem Galenus in Simia sua repererat: stomacho interdum languente nimia corporis imbecillitas immodico sudore digeritur, qui supra consuetudinem, & modo, & tempore ex thorace, ceruicibus, ac etiã capite prorumpit: cuius mali certæ notæ sunt, uenarum exigui, imbecilliq; pulsus. Fortem itaq; talem uentriculi æstum, a flaua bile in ipsius tunicis ebullientis generari, omnes in hoc quasi conueniunt: ita uentriculi os morderi, atq; ob id malum esse casum. Taliter adfectos purgatione per superiora, hoc est, uomitione indigere Hippocrates censuit: quæ cum curatio in grauidis nequaq; molienda, quarum stomachi tantummodo aquæ calidæ potione, a prauis humoribus sunt abluendi: aut tranquillis deambulationibus haud immoderatis exercitandę (sunt enim fortes motiones, aut saltationes perpetuo eis nociuæ: quod abortus inferant: id quod Mu-

D soergo ancillæ accidisse Hippo. in lib. de natura fœtus scribit) quo humores malis qualitatibus corrupti, a stomachi ostiolo ad ima detrudantur, siue omnino profligentur. Præterea lubet præcordijs scepar-non, hoc est, asciam, siue tegmen laneum e molliore lana confectum adponere: quo remedio sæpenumero huic malo succursum esse. Lanas equidem ad capitis, stomachi, aliarumq; omniũ partium dolores ex aceto, rosaceoq; impositas facere, ait Dioscor. lib. 2. cap. 66. Lanæ siquidem ad irrigationes ualde sunt adcommodatæ: & quasi materiæ asperginum, siue recipiendorum humorum idoneę, præsertimq; molles, & ex collo, & femoribus recens detonsæ, Succidæq; inde adpellatæ.

Os uentriculi cor apud antiquiores.

Cardiacus morbus ad tabem declineus.

Vomitus prouocatio cum aquæ calidæ potione.

σκέπαρνον, ascia, tegmen laneum, ut fœtum a frigore foueat, & prægnantis calorem naturalem conseruet ab antiquis inuentum.

Lanarum in medicina usus.

Fastidiosas & ab edulijs adpetitus auersione laborantes, diuersi generis dapibus uesci, amylo arido, hoc est placentis, aut alijs nonnullis ex tritico esculentis, Genioq; liberius indulgere hortando restitues. Peculiariter uero & magnifice hæc grauidis conferunt, quę telluris glebam deglutire gestiunt, quemadmodum in malacia, quam Græci κίσσαν, id est, picam indigitant, quæ circa tertium a cõcęptu mensem ideo plærumq; ingruit, quod nequeat tum partus, ob imbecillita-

Fastidij & malaciæ cura.

tem

tem, omne quod a locellis nutrimenti caussa recipitur, neq; cõficere, neq; consumere: superuacanea, ob eam caussam, ac uaria in stomacho retrimenta (quibus περιττώματα grece nomẽ est inditum) ueluti strues congeruntur: unde tam diuersarũ, tamq; portentosarum rerum nascitur prægnantibus adpetitus: uerbi gratia, carbonum extinctorum, cretæ cimoleæ, & id genus innumerosorum ferme: ex qua ratione nomenclaturam hanc id malum inuenit, ob picturatã illam scilicet eius auis uarietatem: uel quod istiusmodi adfectus illam sub subinde auem impetat. A

Pica auis & huic malo quod græci cissam uocant, sæpe numero obnoxia este

Cibi horrorem, quem author inter casus uterum gerentium adfligentes posuit, Galen. lib. 4. de sympto. caussis in tres digerit species. Vna adpetentia abolita, ubi nihil omnino adpetitur. Altera difficilis, quæ imbecilla est. Tertia deprauata adpetentia nominatur, aut ob cibi potionisq; immodicam exhibitionem, aut ob malæ qualitatis desyderium. Nonnunquã adpetentiæ abolitionem in prægnantibus cõtingere, ob mensium suppressionem, potissimũ tamẽ in cyemate, hoc est, in conceptu: tunc ipsam digestionẽ corrumpi uult Auicenna Fen. 13. Tracta. 2. cap. 7. Plurimum autem in grauidis adpetitum deprauari, minus tñ aboleri, eiusdẽ est sententia in ijsdem locis cap. 10. idq; ad duos, aut tres tantũ perdurare menses, ex mensiũ suppressione, tunc in matrice fœtu nondum copioso alimento postulante, ad stomachũ, & iecur cruentũ id uirus serpat, a corporis natura in quo contineatur omnino alienum: adeoq; etiam, ut uentriculi tunicas uitiosis humoribus ita infarciat, ut exinde prauæ nonnullę qualitates adpetantur: quę deinde mulierculas grauidas adeo molestent, ut pathon quodpiam incurrant, quod cittam, id est, picam, siue malaciã nominare soleamus: ubi maxime acida, acerba, aut acria, interdum cimoliam terram, hoc est, cretam, testas, extinctos carbones, terram, cæmentum, aliosq; huiusmodi cibos absurdos mandere in mentem ueniat. Atqui talem illiũs adfectus adpellationem oriri, ob picturatã illam (ut author refert) auis uarietatem: uel eiusmodi q adfectio, maxime illam auem impetat. Nos istiusmodi symptomatis nomenclaturam tam uariam ita explicare ex Vergilio Marcello possumus. Siquidem malaciam dici, q̃d uox ipsa Græca sit, quæ languorẽ, & eneruatam quandam molliciem referat,

Cibi horror, tres habet species.

Adpetentię abolitio in pręgnantibus cyema.

Appetentię deprauatio in prægnantibus.

B

Citta, id est, pica, uel malacia.

Vnde illorum adfectium adpellationes oriantur.

C referat, quæ etiam eo tempore in prægnantium stomacho offendat. Pica uero, ab auis huius longa, insigniq; cauda, & uaria non sibi concolori, iuxta Plinium lib. 10. suæ historiæ uolumine, cap. 29. Cissa uero διὰ τὸ ποικίλον τοῦ ζῴου, ob uarietatem auis illius dici, quam etiam Plinius uariam ibidem adpellet. Sed Gal. lib. 5. de locis adfectis ait, constare, quod κίτται, id est, picę uocatę mulieribus adcidant, quum uentriculi os adfectum sit. Dioscor. lib. 5. cap. 1. prægnantium fastidium, uariumq;, & absurdum in cibo adpetitum, hoc malum nominat. Sunt qui a conceptu defectiones adpellent: sed minus apte, eo quod malum illud nõ ab initio, sed ad tertium conceptus mensem ingruat. Eiusmodi casuũ mala, author diuersi generis dapum docet administratione compescere: offerendo eis tam uaria, ut si qua cõtingere ex innumeris possent, quę eis gratiora forent: quare in præsenti casu, cibis, potionibusq; potissimum intendere Auicenna suadet. Proinde amylos aridos, hoc est, placentas (& præsertim iam malacia correptis) aliaq; ex tritico esculenta liberius propinare iubet. Amylum, quod nonnulli Amydum, Germani Krafft mel, Ammelmel, Sturtzmel, wassermel nominant, quomodo ex purgato tritico fiat, in. 7. authoris uolumine, tum Dioscor. 2. cap. 92. indagare licet. D Quæ arida, siue in forma placentarum, quæ sunt liba farinacea ex farina confecta, potissimum huius gratia porrigi uidentur: quod aspredinem quamcumq; placandi, mitigandiq; potestatem amylum habeat: tum, quod modice frigorificam, siccificamq; facultatem possideat. Sunt tamẽ, qui huic salem adponi iubeant, magis exiccatoriam fortassis uim præstare studentes. Amylum Galen. lib. 1. de Alim. facultat. similem illum cum elotis panibus habere facultatem: duntaxat illis in alendo tenuius esse, nec posse calfacere, uti nec eloti illi, quum aliis tum panibus concessum. Lacti, & obsoniis misceri inquit Dioscorides, ad ipsam sanitatem cõseruandam potius, quàm ad aliquem medicinæ usum. Iidem esculenta alia ex tritico cocta ab authore modo conceduntur, quum alias elixum & mansum ægerrime confici, peditusq; generare, ab eodem in lib. 1. de arte medendi scribatur: confectum uero, siue concoctum, alimentũ præstare ualidissimũ.

Defectiones a conceptu. *Amyli aridi, placentæ.* *Amylum. Amydum.* *Tritici esculentia.*

Escæ porro desyderium exercitationes, & longiusculæ pregre profectiones restituunt. Quod si qua prægnans mulier genialiter uictitare, lautiusq; cuticulam curare adsueuerit, hæc subitas nulla commoditate subibit motiones.

Quæ anorexiam tollant.

Anorexiæ,

Anorexiæ, siue adpetentiæ abolitę, aut difficilis, nociui tanquam symptomatis desyderiũ, per exercitationes, & longiusculas peregre profectiones restitui, pollicetur: ueluti in plaustro, siue lectica, si modice ueherentur: aut in nauicula per tranquillum fluuium transfretaret, & hinc inde deambularent. eiusmodi enim motionibus calor grauidę mulieris incitatur, instauratur, & corroboratur: itaq; superuacanea recrementa adpetitum infestantia digeruntur. Quę autem si modum iustum excesserint, omnino e diuerso contraria, abortireq; facient: præcipue etiam si quando lautius genio indulserint: quũ tales in corpore redundantię distendantur, adeoq; omnia uascula infarciantur, ut exitum postremo moliant, exindeq; uenarum, matricis, orisq; eius oscula reserentur, aperianturq;. Perpetuo noxium est quicquid immodice, & non iusto tempore factum est. A Anorexiæ curatio.

Datur præterea cibum abhorrentibus, nonnunq; potus acrimonia quadam imbutos, præsertim sinapi, degustare.

Superius omnia acria, acuta, amara, ut sunt cappares, oliuę immaturæ, amygdalæ amarę, persicorum nuclei, interdicta fuere: q foetum oblędant, & abortum quam facillime pręsertim abortiendi paratis cieant: potum nunc acrimonia quadam imbutum, pręsertim uero sinapi degustare conceditur. Consimili modo Auicenna Fen.13. tracta.1. cap.9. De curatione adpetitus aboliti grauidarum, post edulia sapida etiam ea quæ caliditatem & incidendi uim in se habeant esse porrigenda: ut recrementa in stomacho contenta incidant, digerant, subtilient, aut a stomachi osculo ad ima proijciant, ad cibosq; sumendos adpetitum reualescere faciant. E quorum numero potissime sinapi ab autore nostro seligitur: quod olus alioquin calidę admodum potentię esse, acorem pręferre, cõcoctioni resistere, prauos succos in corpore parere, idem libro.1. De arte medendi recitat. At Dioscorides libr.2. cap.143. eius commoditatem in pręsenti casu commendat, ob uim, siue naturam, qua calfaciat, extenuet, & extrahat. Quare Macer de sinape ait. Extrahit humores uiscosos, extenuatq;. Degustandũ esse hoc genus medicaminis, minime deuorandum, alioquin nonnihil incommodi illaturum, ex uerborum contextu eruamus. Eiusdem facultatis naturam præstarent & cappares conditæ, zingiber, absynthium, & id genus alia. B Sinapi. Macer.

Aduersus pedum tumores, præsentissima cum utilitate,

C Solastrum, quam anthillidem uocant, in aceto maceratum, & Brassicæ latioris folia, nec non & Creta cimolea ex aceto illita: Alumen pariter ex aceto adhibeantur. Prosunt item mala cognomento Medica, quæ & citrea dicuntur, in aqua lauandis pedibus elixa.

Contra pedum tumores.



Tumoris pedũ caussa.

Aduersus pedum tumorem grauidas mulierculas plærunqꝫ infestantem, quatuor præsentissima proponit remedia. Caussa tumoris, pituitosa, aut flatuosa materia ex concoctionis difficultate propter fœtum orta, existit. Primum remediorum est solastrum, quam Anthillidem uocant, in aceto maceratum. Eiusmodi Anthillidis quotquot numero sunt authores, Dioscorid. libro tertio, cap. 44. Auicenna de simplicibus, cap. 755. Plinius lib. 21. cap. 29. duo esse genera adferunt. Alterum lenti folia, ramulosqꝫ similia habere, in altitudine dodrantali, alta, folijs mollibus. Alterum Chamepityi ramis, folijsque, quæ humilis pinus terrestrts sit, similem esse, hirsutiorẽ tamen nonnihil, breuiorem, asperioremqꝫ. Cæterum quæ chamæpityi non absimilis sit, tenuiorum esse partium, q̃ alteram, tamen in extergẽdo maiorem efficaciam exercere q̃ illam. Hoc Aegineta li. 7. de arte medẽdi, Galenus lib. 5. de simplici. medicament. facul. ambo quasi ijsdem uerbis testantur. Secundum, brassicæ latioris folia sunt, quod olus crambem uocari Galenus apud Græcos consuetum esse, lib. 2. de alimen. facultat. indicat: quod Macer caulim adpellat. Esculentum hoc desiccandi uim habere tum esum, tum foris adpositum. Sed mediocrẽ Galenus libro septimo de simplici. medicamen. facul. Aegineta libro septimo de arte medendi posuere. Hanc plantam Plinius libro. 20. cap. 9. in tres species apud Gręcos antiquissimos digeri, scribit: in Crispam uidelicet: & Leam, latis folijs e caule exeuntibus, nullius in medicina momenti: atqꝫ in Crambem folijs tenuioribus, simplicibus, densissimisque, amariorem, sed efficacissimam. Eandem non secus Dioscor. etiam in tres secuit partes, nempe satiuam, agrestem, & marinam: sed satiuæ folia aut per se, aut cum polenta concisa, inflammationibus, tumoribusque mederi, docet. Quod idem Macer carmine suo adfirmat, Atqꝫ superpositum uarios sedare tumores. Possemus & nos folia caulium cocta, cum eiusdem oleris cineribus mista, cataplasmatis modo pedibus adplicare. Neque hoc lateat, prædictis, tum sequentibus medicamentis acetum immiscendum ea quidem ratione, ut quatenus ista medicamenta exiccent, digerentqꝫ, eatenus acetum sua stipticitate

Solastrum. Anthillis.

Anthillidis duo genera.

D

Brassica latior. Crambe. Caulis.

Brassicæ tres species.

Macer.

Acetum medicamentis quare commisceatur

ſticitate membrum adfectum corroboret. Tertium eſt, cretam cimoleam ex aceto illinire: quę terra ex Creta inſula portatur: in cuius locũ nos terram quæ ſub rota acuenti arma, ſiue gladios congerimus, eam qꝫ cum aqua prope rotam circumfluente coquimus, ipſa tum pedes illinimus. Quartum porro eſt alumen ex aceto adhibitum: eo ꝙ aluminis fere omne genus adſtrictionis uehemẽtiſſimę ſit, ut ipſe author lib. 7. de arte meden. refert: uocatqꝫ hoc ſtypteriam: quod nomen ſibi ab adſtrictione deductum eſſe, uult Galenus lib. 9. de medicamen. facultatibus: quam quidem facultatẽ adſtrictoriam ei adeſſe uehementiſſimam. Necnon Dioſc. lib. 5. cap. 77. omnia alumina calfaciendi, ad ſtringendi, repurgandiqꝫ uires habere arguit. Poſtremum & proficuum remedium, ſunt mala cognomento medica, quæ citrea dicuntur, elixa in lauandis pedibus aqua. Eiuſmodi mali fructus non amplius malum medicum uocari, uult Galenus. 7. de Simplic. medica. facul. ſed ab omnibus citrium nuncupari, deſiccandi, digerendiqꝫ facultatem obtinens. Hoc citrium Dioſc. lib. 1. cap. 136. comeſtum, prægnantium faſtidium, quod malum Græci ciſſam uocent, iuuare, indicat: Hæc itaqꝫ ſunt quæ in grauidis mulieribus intra conſtitutum partus tempus obſeruare debemus: quo nihil lęſionis ipſis adcidat, ne minus ſtatuto tempore uitalem fœtum edant, e quo omnis tuendæ ualetudi nis bonæ induſtria auſpicabitur. Proinde pulchro Hippoc. 6. Epidemiorũ libro præſens caput finiemus aphoriſmo, inquientis, Quibus nimirum nihil intra conſtitutum tempus adcidat, ijs ſingulis quę pariant uitalia fieri.

A Greta cimolea. Alumen. Mala medica, Citrea. Citrium. B



¶ Quemadmodum nutricem ſeligere, & uictitare conueniat. CAP. II.

SVper nutrice igitur, quę nulli pręter naturã adfectiõi obnoxia ſit, accurate proſpiciendũ eſt: quæ. ſ. neqꝫ natu grandior, neqꝫ iuuenis admodũ: ita tñ, ut minima quidẽ natu, luſtra ad minus quinqꝫ numeret, maxima uero ſeptimũ non excedat: pectore latiore, atqꝫ procero: mãmoſior eſto, papillis neqꝫ cõniuẽtibus, neqꝫ curuitate auerſis: reliquo corpe quadra to, quod eſt, neqꝫ ualde obeſo, neqꝫ ſupra modũ gracilento.

Nutricis ætas, & liniamenta.

NAto itaqꝫ infante, mox ab initio nutricẽ eligendã eſſe Oribaſi. tra dit: circa quã accurate ꝓſpiciendũ eſſe autor noſter docet, ne ulli

C adfectioni præter naturam sit obnoxia, non admodum iuuenis, ad minus.25.annos nata: maxima uero natu ne annum.35.excedat (est enim hæc ætas, teste Auicenna, florida, incolumis, & completa) pectoris sit latioris, atq; proceri, mammosior, mammillis recte dispositis, corporis in habitu mediocris. Quum enim ab ipsis cunabulis ars sanatiua incipiẽda sit, non temere nutricis ualetudo qualis nam sit, prius examinanda præscribitur, cuius fœtum, lactis nempe succum ex ea extrahentem, capacem fieri necessum est. Ob similem casum Galenus recens natum infantulum, cuius corporis constitutio omni nota uacet, fasciis primo deligari: corpus tum sale nonnullo prius inspergi, quo cutis densior, sicciorq; partibus iis quæ intus sunt reddatur: post ea nutrici ad lactandum delegari, iubet. Ea propter incolumi ipsa existente nutrice, & mediocris sit ætatis, quę bis, uel ter peperit, magnitudine integra, pectoreq; sit firmo, quæ ualidę robustæq; talem esse constitutionis magno constabit argumento. Mammę insuper sint mediocres, ex quibus facile infans haurire possit: papillæ neq; conniuentes, hoc est, angustæ, neq; curuæ, neq; magnæ, neq; paruæ, sed mammosiores sunto: neq; admodum latæ, neq; fistulosæ. Siquidem si supra modum magnę fuerint, plus lactis, q̃ opus sit, recipiunt, atq; quod in

D ipsis resederit facilius corrumpitur, ut subinde infantem oblædat, & mulierem molestet. Exiguæ uero, lactis pauxillum suggerunt: magnę gingiuas atterunt, linguamq; lactendo moueri prohibent. Sin paruæ, nullo pacto deprehendi possunt: cum hoc maxillas quoq; offendunt. Mammosiores ergo sint, iustum modum nequaq; superantes. Latiores præterea siue fistulosæ papillæ lac impetuosius eiiciunt, ob quod strangulandi ansam lactentibus præbent. Eiusmodi nutricis, quo ad eius constitutionem, conditionibus hic ab authore enumeratis, non absimiles sunt & istæ quas Auicen. Fen.13.doctr.1.cap.2.enumerat. Oportet inquit ipsam boni esse coloris, & collum habere forte, & pectus forte, & amplum, & musculosum, & duram habens carnem, inter pinguedinem, & maciẽ, & carnosam, non adipe abundantem. Atqui omnibus modis, quibus saltem possibile esset, suaderet, ut & ipsæ matres suis infantibus sua ubera porrigerent, nutrimentũ proculdubio istiusmodi quo in utero alebantur similius, natoq; puerulo non parum competentius exhibitura.

Magnifice porro iuuabit infantem, non ita pridem peperisse nutricem, & præcipue masculum: uitet cane, ut ita dicã, peius &

Ætas florida.

Mammillæ magnæ, & paruæ.

Optimum quidem est etiam reliquis fortasse omnibus infantibus ipsum lac matris. Gal.1. de sanitate tuenda.

Quæ uitanda nutrici.

pesus & angue, arefacientia immodice, salsa, acria, acerba, acuta, amara, uehemẽter calorifica, graue admodum olentia, quæ odore nimis insigniter fragrãt, condita, aliaqꝫ id genus acredinem præferentia. A

Nutricis constitutione animaduersa, quæ uitanda ab ea sint, non paruam quidem consyderationem desyderabit. Nutricis siquidẽ contagione puer maxime oblæditur, morbosum inualidumqꝫ redditur, potiss. si de lacte non purum, biliosumqꝫ hauserit. Lac autem impurũ fieri Hippocra. lib. de puerorum calculo recitat, cum nutrix pituitosa, non pura comedat, aut potet. Quæ igitur hoc in casu sint euitanda, summatim perstringitur. Prius admonitione ita pridem e puerperio egressa sit mulier: tum masculi tanqꝫ de potentiori sexu sit parens, interuallo quoqꝫ unius mensis, uel duorũ, aut dimidiati interim ad minus elapso. Q꞉ si longius, aut propius ab isto scopo discessum fuerit, ꝙ interea lac uicietur, culpa nequaqꝫ carebit. Magna itaqꝫ in cibo nutrici reuerentia adhibenda: ne infans lacte corrupto ęgrescat. Nanqꝫ de nutrice ipsa non minimam habendam esse curam quid edat, quid bibat, Galenus in tuenda bona ualetudine magnipendit. Vitet ergo cane peius & angue arefacientia immodice, salsa, acria, acerba, acuta, amara, uehementer calorifica, graue olentia: tanqꝫ ea quæ bilem generent, superne innatent, uenerem prouocent, lac depauperent, aut uicient. Quibus ita dispositis, ut lac bonum abundantius administretur, curabitur. Huiusmodi & Oribasius alludere uidetur dictis, caseo, & tragematibus, ut sunt poma, olera omnia, abstinendum esse, admonens. Itemqꝫ a mentha, et ocimo, tanqꝫ lac corrumpentibus rebus. Lactucas autem tanqꝫ omniũ olerũ optimas, et bonos succos in corpore faciẽtes, somnumqꝫ infantibus pręstantes: item & uinum dulce, boni quod sit odoris: atqꝫ ea nutrimenta quæ bonos succos, pluresqꝫ reddant, omnibus modis admouenda esse, persuadet. B

Nutricis dieta, siue regimen.

Lac in nutrice quomodo uicietur.

Ex oleribus erucam, sinapin, mentham, deteriora esse, ut sanguinẽ corrumpentia. Auicen. lib. 1. fen. 3. doct. 1. cap. 2.

A concubitu præterea, frugi nutrix sedulo abstineat.

Aetate, & constitutione nutricis, tum mammillarum forma, & ijs quibus abstinendum a nutrice sit, declaratis: restat ut de eiusdem moribus, quo pacto se in uenere, exercitatione, tum alijs innumeris habeat, uerba faciamus: quæ omnia huc tantum in uniuersum spectant, ut lac eius egregie sit temperatum: quale profecto erit, si sanguis eius ꝗ optimus sit: quem talem esse Galenus uult, qui nec flaua abundat bi-

Sanguis optimus qui censeatur.

 le, nec

C le, nec atra, nec pituitosus sit, nec serosus, nec liquore permixtus. Quę bonum autem, aut malum succum generent, Celsus libro. 2. cap. 18. &. 19. ex ordine dinumerat. Quo talia exactius obseruentur, a uenere quæcunque lac præbeat, omnino abstinere, moneat: quod menses uiri con suetudine prouocentur, & lac odoris gratiam semper in deterius mutet, atque ita minuetur. Idem & Oribasius maiori quadã grauitate sentit, commixtionem .s. uiri omnino prohibendã esse: quia lac corruptibile generet, & omnibus rebus plus hoc etiã noceat infanti: eo quod amplius omnibus lædat. Præterea nutricē & in reliquis conuenit modestã esse, minime temulentã, non iracundã, nos subtristē, adfectuosam, meticulosam. lactentis enim constitutionem tales uiciant: neque mente abalienatam. quemadmodũ Gale. de quadã imprudenti narrat nutrice consilij inope, quæ circa puellũ totum diem iratum, plorantemque, & immodice inordinateque se iactantē, oscitanter suum munus obeuntem, quod minus inuolucra, tum uestes ipsas sordidiores, præterea puellum ipsum immundũ, illotũque iacere deprehenderat. Itaque solertia nõ tantum opus esse circa ipsum qui nutriat infantē, uerũ etiã adsidua, & industria quadamtenus experientiain, confesso est omnium.

E durare lac diu omnibus si non coeant, nec pastu careant copioso Aristoteles de natura animal. lib. tertio cap. 21.

D Manus ac humeros ungendo, texēdoque exerceat, necnõ in ulnis huc illuc infantē gestando, quē tum non nisi trimestrem & quadrimestrem ulnis susque deque ferendum censeo.

Nutrici præcipiendum esse, ut temperato utat exercitio Auicen. diligenter cõmonuit: quod Oribasius tali modo fieri præscripsit: nempe ut colles conscendat, deambulando laborem exerceat, lanificio incumbens telas texat, & maxime fusales, ad pilas pistet, situlas de puteo aquas plenas leuet. Nec non in ulnis infantem huc illucue gestandum author noster censet: non tamen nisi trimestre, aut quadrimestre tempus egredientem. Nutricibus enim triplicem infantium dimotionem excogitatam esse, Galenus demonstrat. Vnã in cunis. Alterã in lectulis pendentibus. Tertiam in suis ipsarũ ulnis. Cum duabus prioribus infanti adblandimur, talibusque motionibus somnũ prouocamus: postrema aũt eundē ad sanitatis tutelã exercitamus. Motionũ equidē differentiæ ad sanitatē tuendã sunt istæ: quippe aut a nobis ipsis mouentur, aut ab alijs. Quæ ab altero præstatur infantibus, in cunis, lectulisque obit: quę uero natu grandioribus, siue adultis, nauigando, equitando, uehendo: quos motus, aut alios, licet ijs minores, attamen nonnihil

Exercitium nutricis temperatum.

Infantes tripliciter a nutricibus dimouent.

Motionum ad sanitatem tuendam differētiæ.

nonnihil ualentes, recens nati puelli adhuc non desyderant. A

¶ Qui lac nutricis examinandum sit. CAP. III.



PRimum bonitatis honore lacti tribues, si obesitate, copia, colore, odoratu, symmetron, hoc est, mediocre, conspicitur. Inculpatū itē, neq; incommodū illud quoque iudica, quod dum sup pollicis unguē, nitoris cōtemplandi gratia, instillatur, flexo ungue, nec ocyus, nec serius delabitur. Atqui istoc etiam modo bonitatis periculū facere conuenit. Lac emulctū uitreo uasi, minus capaci, infundito, digitisq; circūactis frangito, deinde quod coaguletur quiescere permittas; si tū minus casei, q̄ seri in eo adpareat, hoc parū frugi ducito. Penitus uero diuersum, concoctioni renititur. Optimum uero, quod inter utrunq; excessum mediocritatem obtinuerit. Trutina lactis.

CVm sanguine fœtꝰ materno alat̄, ex quo subinde lac progignat̄, parūq; mutatiōis in mām̄illis adipiscat̄, non sine caussa apud oēs inculcatū est authores, e lactis usu utilissimū cuiq; maternū esse, nutricis uero exitiosum. Studendū tn̄ oībus modis erit, ut si minus uterinū, attamē temperatū sit: quale erit, si sanguis optimus fuerit. De melioris naturę lacte hic solū discernit: quasi hoc agnito, nō difficile quidpiam sit hoc quod est contrariū dignoscere. Primus aūt bonitatis honor huic attribuit̄ lacti, quod in obesitate, copia, colore, odoratu, sapore mediocre conspiciat̄: quasi probū, diligenterq; exploratū lactis examen ex gustu, uisu, odoratuq; solūmodo cōstet. Siquidē q̄d optimū est, inq̄t Galen. id gustanti, olfacientiq; suaue, nutrienti candidū, æquabile, atq; inter liquidū, crassumq; mediū quasi adparebit. Vnde Oribasius optimum lac a pessimo hoc modo discerni posuit: q̄ bonum sit lac in odore, & sapore dignosci, & in albedine, & in ea constitutione, cum inter pinguedinem, tenuitatem, uel humectationem consistat. Viciosum uero quod sit e diuerso lac, facile colligitur: utpote crassum, caseosum, liquidum, serosum, liuidum, in substantia coloreque inæquabile, amarum, salsum, qualitate quapiam extranea uiciatum, ut insuauius reddatur, aut male olens, sufflatas habens anthas, spumosum, euestigio acidum, uel alia mala qualitate præditum: quæ omnia & singula mulierem esse morbosam portendunt.

Lac maternum infantibus utilissimum. B

Lactis natura melioris quę sit.

Lactis boni, & mali differentia per Oribasium.

C portendunt. quibus diligenter animaduersis, Galenus ad aliam nutricem, quæ iudicio delectuq; paretur, festinandum esse censet. In lacte præterea bono candorem tantum, & crassitudinem æqualem, et ne defluat ungui instillatum, sed densetur Dioscor. lib. 2. cap. 63. desyderauit. Similiter Plinius, probatissimum esse lac uolens, quod in ungue hæreat, neq; defluat. Secus in humano præter hæc Aegineta odorem, & saporem, ut ostensum est, indagat, uirus ne oleat, & dulce sit quærit. Ad hæc ut certius aqualis illa crassitudo dignoscatur, multiplici probatione hoc examen inculcat. Lac enim ungui instillatũ, ad solẽ, & lucem conuertere iubet, eoq; modo contemplari, an æqualem lucem transmittat, neq; ita ungui instillatum ubi ille flectetur sero, aut cito defluat, tunc optimi temperamenti lac huiuscemodi esse. Adijcit ad hoc alium lactis examinandi modum. Lac emulctum in uitreum poculum conijci docet, tum coaguli triti quod satis sit immiscere: deinde quod concretum sit contemplari, an maior in serum, an in caseũ lactis illius pars discesserit. q; si maior pars in serum, lac tunc inutile esse adpareat: sin contra factum fuerit, concoctu difficile esse: optimum uero, quod ęquali inter utrumq; constet habitu, dici. Aristoteles tamen lib. 3. cap. 21. de natura animalium, mulierum lac lactentibus hoc

Eandem lactis probam Auicen. lib. 1. fen. 3. doct. 1. cap. 2. experitur.

D utile esse magis probauit, quod liuorem traheret, q̃ quod candido colore albesceret. eo q; fuscæ se sanius habeant q̃ candidæ. Deinde, in quo plus sit casei alimenti ualidioris esse: sed infantibus salubrius q̃d minus caseosum fuerit. Quam diuersitatem, si qua est, Auicenna lib. 1. Fen. 3. doct. 1. cap. 2. dirimit: qui lactis humani qualitatem tali modo perpendit, ut uerum sensum, quem omnes malunt, eruat: nempe ut eius qualitas & substantia temperatæ sint, atq; ita albedinẽ contrahant, ut neq; fuscum, neq; uiride, neq; spiceum, neq; rubeum esse censeat: atq; ita in odore sibi constet, ut nullum alium extraneum odorificum sensum admittat: in tanta copia emanet, ut omnes eius partes æque cõueniant, in nullo dissideant, sed undequaq; optime quadrent. Nanq; usuuenit, lac tenuius diffluere, crassius uero caseo abundare: in partibus suis inęqualiter distans, spumosumq;, perpetuo uitu perari: temperatissimum hoc esse, quod inter seri, caseiq; mediam sibi contraxerit formam.

Quomodo



¶ Quomodo Lactis uitia emendentur. CAP. IIII. A

LActis uero malicia isthac ratione corrigitur: si iusto obesius sit, uomitionibus pituita eximenda est, quod quidem munus aceto mulso pulcherrime committitur. Oportet autẽ nutricem ante cibum laboribus extenuare: cui negocio, origanum, hyssopus, satureia, scandix, thymus, exiguum raphani, & salsamentum uetus cum oxymelite, accommodatissima, ne dicam necessaria sunt.

LActis malicia, ut si iusto sit obesius, acrius, tenuius, parciusue, qua ratione emendanda sit, in præsentiarũ docebit. Quod si supra modũ obesius foret, quia tale in corpore infantis apostemata, & tubercula generaret, uomitionibus pituitam, ueluti huius crassitudinis caussam eximendam perhibetur, medicamento quod acetum uocant mulsum Romani: Græci uero oxymel, quod nomen utrisq; commune esse Dioscori. lib. 5. cap. 14. adseruit. Qualiter uero acetum cum melle temperetur, ut adeo nihil in uita intentatũ maneret, Plini. duobus in locis hanc aceti mulsi confectionem describit, lib. uidelicet. 14. cap. 17. tum lib. 23. cap. 3. Huiusmodi temperamentum aceti & mellis, quibus & aqua indatur, multa cõmoditate excogitatum esse Mesue sentit: quasi ex utriusq; coitu uirtus quædam eliciatur singularis, qua unaquæq; pars per se alias priuaretur, ad innumeras in corpore adfectiones adfatim conducibilis: quod crassa ex corpore educat, adflictionibus podagricis conferat, ab infarctu & obturatione liberet: crassum in stomacho, & iecore humorem digerat, attenuet, & inueteratas quasi febrium diuturnarum materias concoquat, maturet, sputum educat, spiritum faciliorem reddat. Proinde quibus hoc acetum mulsum utile sit, & quot modis conficiatur, elaboratissima cura Gal. lib. 4. de sanitate tuenda expedit: uariandum tñ hoc esse pro sumentis uult gustu. nam utentis naturæ conuenientis. fieri quod iucundissimum: neq; minime eos probat, qui sub una quapiam mensura cõficiant. Quibus præterea in morbis hoc siue magis, siue minus acidũ conueniat, Hippoc. lib. 1. de uictus ratione in morbis acutis, accuratissime examinauit: nimirum & ipsam conficiendi formam non æqualem in omnibus

Lactis obesioris correctio.

Aceti mulsum, Oxymel.

B

Aceti mulsi iuuamenta.

Aceti mulsi confectio.

C reperiri, sed iuxta sumentis gustũ, aut constitutionis rationẽ, siue adfectus qualitatem, esse uariabilem istiusmodi oxymelitis usum. Auicenna non omnino postponendus author, lib. 1. fen. 3. doct. 1. capi. 2. maxime commendat, quod calide uomendi gratia sumendũ esse docet: atque temperatum nutrici exercitium iniungit, quam ante cibum laboribus extenuandam Aegineta noster mauult, cibisque tenuantibus, & minus alentibus. Eiusmodi negocio plurimum adcommodari, ne dicat necessaria esse origanum, hyssopum, satureiam, scandicem, thymum, exiguum raphani, salsamentum uetus cum oxymelite, omnia hæc incidendi, extenuandi, calfaciendique facultatem gestantia. Insuper Auicenna Oxymel de seminibus cũ decoctione mentastri, hyssopi, origani montani tanquam cum subtiliantibus incorporatũ nutrici offerendũ censet, quod nonnihil (compositũ oxymel hodie a nostratibus nuncupatur) fortius choleram crassam & pituitam digerat, detergat, obstructiones stomachi, hepatis & splenis, deoppilet, urinamque prouocet. Talem proculdubio, aut quamlibet aliam huiusmodi compositionem Aegineta salsamentũ uetus ex oxymelite uocasse uidet: aut quod taliũ herbacei generis plantarũ nonnullæ ex garo, oleo, & aceto cõditæ obsonij loco edantur. Quem usum Galenus lib. 2. de alimen. facul. aperuit: rusticos frequenter cum pane esitare quædam obsonia, D quæ natura, non ars parauerit: in quibus sint origanum uiride, nasturcium, thymus, satureia, pulegium, serpillum, mentha, calamintha, pyretrum, eruca, quippe hæc omnia uiridia. Naturas porro prefatarum plantarum ex autoribus erutas, breuiter ita explicabimus. Origani omnes species incidendi, extenuandi, desiccandi, calfaciendi potentiam sortitas esse, Aegineta lib. 7. de arte meden. recitat. Huius sententię Galen. lib. 8. de simplic. medicam. facul. adstipulatur. V. Marcellus difficillimum esse ait concordem in tot ueterum scriptorum origani historiam facere. Plinius libro uigesimo, cap. 17. de origani uiribus, inquit eam crassiores pituitas, & nigras extenuare. Simili modo hyssopum extenuandi, calfaciẽdi, desiccandi, arefaciendique uim habere fertur. Sic Thymum, quo redolere fragrantia mella, Maro in Georg. cecinit, etiam exiccatoriæ uirtutis esse: cui maxime æmuletur satureia etiam: Thymbra dicta, præcipue agrestis, quando contubernalis, hortensisque nonnihil infirmior sit, testibus Diosc. lib. 3. cap. 39. & 40. Aegineta lib. 7. de arte meden. Præterea scandicem agreste olus excalfacere, desiccareque. Atqui exiguum raphani iubemur exbibere, quẽ radiculã adpellamus,

Oxymel de seminibus.
Oxymel compositum.
Salsamentum uetus ex oxymelite.
Origanum.
Hyssopus.
Thymus.
Satureia.
Thymbra
Scandix agrestis.
Raphanus id est, radicula.

adpellamus, ob eius fortasse acrem, qua exuberat qualitatem, & minimam sane quam ipse alendi potestatem habeat, extenuatoriam uim gerens: quem cum oleo, garo, & aceto Galenus elixum edi memorat: de quo in processu fusius agendũ erit, quia adeo familiaris nobis sit, et quotidiano usui obuius. A

Sin autem acrius, & tenuius lac ipsum compareat, tum laboribus numerosis subleuare, sorbitionibusq́;, porcellinisq́; carnibus nutricem ali, conuenit. Potus autem ipsius defrutũ esto, & uinum dulce.

In acrioris, tenuiorisq́; lactis correctione a laboribus numerosis uacetur, atq́; omne exercitium iuxta Auicen. euitet: ne per talem fortemotionem lac acrius irritetur, in ebullientemq́; feruorem concitet, quorum optimum remedium est quies. Indulgeatur itaq́; edulijs sanguinem crassum generantibus: ut sunt sorbitiones, porcellinæq́; carnes. Caro equidem suilla Galeni sententia libro tertio de alimen. cap. 2. bono constat succo, & inter omnia edulia ualentissima est, & ad concoctionem quam bubula adcommodatior. Sed porcellorum carnes magis adhuc excrementis abundantes, quia suibus porcelli etiam humidiores sunt, tanto magis glutinosum, crassumq́; succum post se relinquent: quare Hippocra. lib. de uictus ratione porcellorum carnem q̃ suum grauiorẽ esse, indicat. Proinde Galenus lib. 7. cap. 6. de med. Meth. omnium ait quos nouerit ciborum maxime nutrientem suillã esse, alioqui nec alio esse habitu, q̃ quod in summo sit nutriens. Quã obrem Hippoc. lib. 6. Epidem. parte. 3. Aphor. 4. docens quo pacto succurrendum ijs sit, quorum corpora casu, aut ex immodica per exercitia extenuatione cõciderint, ait. Quum uero iam conciderint, carnes suillas assas adhibere conuenit: quod hæ omnium maxime nutriant. Sorbitiones pręterea fieri possunt ex ouis sorbilibus, tum iuribus hędinarum carnium cum panibus ex similagine, liceatq́; ipsas carnes & auiũ pinguiũ, pedumq́; porcinarũ esitare. Potus autem ipsius defrutum esto, & uinũ dulce etiã: q̃ maxime nutriant: quæ tñ fugienda esse q̃d obstruant uiscera, Gale. 5. de tuenda ualetu. persuasit. Hinc euenit, Auicennã in præsenti casu nutrices uino dulci, aut musto cocto esse potandas præcepisse: adijciens, si non adfuerit quidpiam quod hoc prohibeat. Defrutum hoc uilli genus adpellamus, quando mustum ad tertiã mensuræ partẽ decoquit, quasi ex duabus partibus ad tertiã

Lactis acrioris, tenuiorisq́; emendatio.

Caro suilla.

Porcellorum caro grauior q̃ suum.

B

Vinum defrutum.

C redigaẗ deferuefaciendo: aut q̃d, ut nonnulli uolunt, ad mediã partẽ redactũ ſit, defrutũ dici, quaſi oĩs ex eo fructus muſto ſit detractus: quod tñ Var. ſapã a ſapiditate forſan, Syreũ uero Dioſc. nominauit. Vinum defrutũ Hippoc. lib. de uictus ratione, ait calfacere, quod uinoſum ſit: madefacere, quod nutriat: ſubducere, ꝙ dulce ſit: & fæces uinaceas madefacere, eſt ſubducere, quoniam muſtum hæc faciat.

Sapa, e pſema, tum Syreon apud Græcos nominatur.

Quod ſi lac parcius reddatur, nõ ſorbitionibus modo, uerum largius etiam ac liberalius genio indulgere, res ipſa poſtulatu, merumq́ꝫ, ut dixi, ſuauius, bibendũ: pectus & mammæ ſtudioſius confricentur. Quibuſdã cucurbitula loca adhibita, manus auxiliares præſtitit.

Lactis parcioris prouocatio.

Quod ſi lac parcius redderetur, idq́ꝫ, aut ex ægeſtate nutrientis, quum cibi, potusq́ꝫ quod humoris dulciſſimum eſt in mammas uerti, trahiq́ꝫ debeat: aut ex praua quadam adfectæ conſtitutionis qualitate, ſiue calfaciente, ſiue infrigidante, atq́ꝫ etiam ipſas pectoris partes infarciente: aut facultate mammillarum attractrice infirmata: aut alijs quibuſdam ex cauſſis oboriretur, quo pacto eiuſmodi caſibus ſuccurratur, paucis ueluti expertis tamen perſtringit. Quaſdã enim mulierculas natura parum lactis habere, lacq́ꝫ eas ante tempus deferere Hippoc. lib. de fœminarum adfectibus teſtatur: proptereaq́ꝫ fieri, quod hę

Mulieres quædam a natura parum lactis habent.

D ſuapte natura denſæ, ſolidæ, durę ue, ſolida, duraq́ꝫ ſint carne compactæ, igitur de uentriculo in mammas nõ ſatis humoris, cum uia ſit arcta, & anguſta, diuerti. Magnam propterea in cibo reuerentiam nutrici adhibendam pręcipitur, non tantum ſorbitiones, uerumetiam nutrimenta quę optimos, plureſq́ꝫ reddant ſuccos admouenda, merumq́ꝫ nonnihil dulcius ebibendum. Pectus ad hæc & mammæ ſtudioſius confricandæ, ſed blandicula quadam contrectatione, quam plurimũ lactis efficere Auicennę eſt ſententia: quaſi tali confricatione mammillæ incaleſcant, iſtucq́ꝫ materiam lactis reparandi idoneam pertrahant. Eandem rationem cucurbitulę (quas noſtri uentoſas adpellant) loco adhibitæ habere uiſum eſt, admonente Hippocra. in lib. 5. cap. 3. de medic. meth. ut in menſium conferta nimis eruptione, uel ſanguinis ab utero quoquo modo profluxione, ſurſum reuellendi gratia defigi cucurbitam ſub mammis magnam oportere. Eodẽ modo cucurbitæ ulterius uſum & uarium in iſtiuſmodi adfectionibus adcommodatum, lib. 13. cap. 13. commonſtrat: ultimo adijciens, corpus ſi ſanguine ſit.

Cucurbitularũ uſus.

ne sit refertũ, in quacunq; capitis parte cucurbita defigat, totũ ipsum facile impleri. Tanta uis, tantaq; commoditas ex illarum cucurbitularum usu, per Hippocratem ut Galenus adserit inuento, in eiusmodi casibus adquiritur: quas etiam cum flamma copiosa dolores ex spiritu flatuoso ortos, sanare in similitudinem cuiusdam incantamenti, idẽ Galenus lib. 12. cap. 8. ueluti miraculum quoddam recitat. A

Medicamina uero quæ eiusdem liquoris pariundi facultatem habent, tametsi usui nonnihil, proficuaq; esse intelligam, crebro tamen eis uti, quod uiolẽtius q̃ par sit eliquant, minime præcipio. Eius generis sunt, quũ semen, tum radix foeniculi, ptisana, cytisi folia, uino aut ptisana decocta, papauer nigrum, dulce, anethũ, pastinacæ syluestris tam semen q̃ radix; quæ quidem aqua calida macerata exhibenda sunt. Lac generantia

Lactis tum seminis (est enim amborum una apud Aristotelẽ promouendi ratio) effectrices facultates uel in medicamentis, uel in alimentis constare, Galen. lib. 5. cap. 20. de simplic. medica. facul. recensuit. Alimenta uero iuxta totius substantiæ similitudinem ut boni sint succi, humida ac calida tepide, ceu ipsum est lac, postulari. Cæterum usuuenire interdum, ut partim minus q̃ expediat ad ubera lactis prouenıat, tunc uniuersam uictus rationem circa humectantem, & excalfacientem consistere normam: partim ut deterior lactis substantia sit; ut sibiliosa fuerit, purgationem desyderare, atq; uictũ in hoc casu cõpetentem: sin pituitosa, medicamina exigi excalfacientia in primo, secundoue ordine, nõ tamen desiccantia. De illis autem quæ ex alimentorum ratione cõstiterant, in superiori parte mentio facta est: de ĳs uero quæ in medicamentis obseruentur, Aegineta ex Galeni decreto curiosius tractare studet. Esse equidem nonnulla medicamenta quæ lactei liquoris pariundi facultatem habeant, & nonnihil usui sint: hoc tamen obstare, ne supra mensuram, ut eorum fert facultas, eliquent. Quæ enim plus sicca sunt q̃ oporteat, etiam supra modum calfacere, desiccareq;, sic humorem sanguinis depascere, ipsumq; crassiorẽ, pauciоremq; efficere non est dubium. Ea propter nihil uelle hic præcipere, saltem, harum ac si non ignarus fuerit, iudicio legentis relictũ iri, commonstrasse. Inter ea foeniculum & anethum duo medicamenta posuit, quę Galenus etiam nutrimenta esse eodem in loco adseruit.

Lac, & semen æqua ratione prouocantur.

B

C Nanq; fœniculi, quod & Marathrum Græci uocent, herbæ cibum lactis copiam facere, idemq; & semen eius potum, & cum ptisana decoctum posse, Diosc. lib. 3. cap. 74. scribit: quod Aegineta lib. 7. de arte meden. tam potenter excalfacere, inquit, ut tertiæ inter calfacientia classis sit, inter exiccantia uero primæ, ideoq; lac generare, & suffusos adiuuare: quod si admodum desiccaret, non sane ut Galen. uult lib. 7. de simplic. medicament. facul. efficeret. Sua nonnunq; sponte fœniculum prouenire, ceu & anethum Galen. lib. 11. de alimen. faculta. ostendit, eiusdemq; in obsonijs adsiduũ esse usum Baptista fiera in cœna sua talem de fœniculo mentionẽ facit. Ride infans, poterit reclusi munera lactis, Si uiride, hortense est, mox reuocare tibi. Eadẽ præterea de Anethi uirtute apud Macrum refertur: a medicis calidum, siccumq; refertur anethum. Et dicunt, q; sit gradus huic in utroq; secundus. Lac dat abundanter eius decoctio sumpta, nutrici. Anethi comę, seminisq; decoctum lac proritare, Diosco. lib. 3. cap. 60. confirmat. Quocirca quæ sic calefaciunt, ut nullam insigniorem adiunctam habeant siccitatem, & quę modice calida sint, neq; crassa, lac procreare censentur, nõ abs re fœniculum, & cythisi folia cum ptisana decocta sumi pręcepit.

Ptisana. D Ptisana enim contusi hordei farina. nanq; πτίσσειν Gręcis est contundere. qa ex tota materia, siue eius parte aliqua concisa, tusaue, aqua, uinoue, aut alijs humoribus inspersis, tunc manibus, aut alio quoquo modo exudatus humor exprimebatur, quem ptisanã, nonnulli hordeum excorticatum, uel hordei succum siue aquam uocabant. Olim consuetum fuisse, ex omnibus frugibus ptisanam confici, ex Aeginetę uerbis liquido deprehenditur: quando lib. 1. cap. 78. de arte med. ptisanæ coctionem absoluit, hæc adiecit. Cęterum auenam, chondrumq; perinde atq; ptisanam coqui, concinnariq;. Ptisanæ eulogium, atq; coctúrarũ uarias descriptiones sparsim hinc inde apud authores colligere datur, præcipue apud Hippoc. lib. 1. de ratione uictus in mor. acu. Galenum in fine libri. 12. suæ method. med. tum in. 7. libro eiusdẽ operis cap. 11. ad hæc in. 4. de sanitate tuenda: penes Mesue in fine capitis de Pleuritide, indidem de aqua hordei, eiusq; natura & commoditate, tum de ptisanæ cocturis, utilitatibus, facultatibus, perq; utilia elicere poterimus. Sat esto in præsentiarum scire, ptisanam contusi hordei farinam, siue substantiam ad medicinam prius fuisse pręparatam, qua tamen cocta quando opus erat ueteres utebantur: ueluti hic fœniculi semen, tum Radicem, & Cythisi folia cum ptisana decocta,

aut

aut uino exhiberi Aegineta præcipit: in cuius eisdem uestigijs senten- A
tiam pedibus it Dioscor. lib. 2. cap. 78. hordeaceam ptisanam cum fœ
niculi semine coctam, & in sorbitione datam, lac proritare, insinuans.
Sed in huiusmodi medicaminum commistione diligenter obseruan- In medicamentorum coaceruatione quæ sint obseruanda.
dum est, ne quę sint calida, iusto calidiorem, frigida frigidiorem, & sic
de alijs eorum facultatibus, reddant sanguinem: cuius etiam Galen.
lib. 7. de simplic. medicamen. facul. omnium papauerum facultatem
esse refrigeratoriam meminit: medicos uero quo probe ijs infrigidan-
tibus utantur medicamentis, miscere quæ eius frigiditatis uehementi
am retundant: quemadmodum hic fœniculū, cythisi folia uino, aut
ptisana: papauer & pastinacam cum aqua calida prius maceranda esse
præcipitur. Cæterum papaueris caulem, & folia in ptisana cocta, la- Papauer.
ctis abundantiam in cibo facere Dioscor. lib. 2. cap. 167. ratificauit. Ane
monen hoc genus papaueris adpellari, quod etiam nigrum a colore Anemone.
phœnicide papauer uocetur: idemq; duplex esse, alterum syluestre, al
terum cultis locis nascens. De quibus plura diuersarum opinionum,
si libuerit, tam in isto authore, q̃ in Marcello eius interprete expiscabe
ris. Postremo pastinacę semen, & radicem præsenti casui competere, Pastinaca.
in magnam forte nonnullos ducet admirationem, quum ipsam uri- B
nam agere, mensesq; sollicitare Aegine. libr. 7. de arte meden. scribat,
præcipue eius radicem, & semen, & syluestrem ad hæc omnia ualidi-
orem, satiuam uero imbecilliorē euadere: nisi forsan hic consyderan-
dum sit, quod & in alijs ut fœniculo, & anetho conspicitur, etiā men
sium irritamentis, ad lactis uero reparationē idoneis, ex hoc fine pro
uenire: q̧ menses sollicitantia uehementioris esse debeant reclusionis
q̃ sint lactis prouocatoria, quę ad hoc etiam facultas uteri expultrix,
et mammillarum attractrix nonnihil coadiuuare uideatur: itaq; haud
imprudenter perceptum est, talia cum aqua calida in qua prius
macerentur exhibenda, quo eorum acrimonia casti-
getur. Macer uult, pastinacæ radices bonum
pastum tribuere (sed lactalis fouet)
atq; hinc pastinacā uocari.

¶ Cuiusmodi

C



¶ Cuiusmodi pusionis educationem esse oporteat. CAP. V.

PRimũ sane alimentũ quo pueruli recenter in lucem editi uesci utiliter possunt, est mel: exhibendũ itaq; præ cęteris esculentis omnibus: mox deinde etiam lac, bis in die, uel ad summum ter. Vbi uero alacer iam, & ad sumendum promptus uidebitur, & spem concoquendi præbeat, iam tum minus replentibus eduliјs ali expedit. Nam si per imprudentiam innumeris dapibus infarciatur, somnolentior confestim euadit, segniorq;, uentre saburrato inflatoq;. Lotiũ inde quoq; aquosius redditur: quibus ego tum ne tantillum quidem exhibendũ censeo, sed biennio integro lacte, deinde plenioribus cibariјs ali, sufficit.

Pueri quomodo sint cibandi.

QVibus, quantis, aut quotis pueri sint alendi cibis, paucissimis perstringitur uerbis. Primum sane alimentum quo recens nati pueruli uescantur, mel esse: quapropter præ cæteris esculentis omnibus exhibendum. Quem morem & nos hodie imitamur

Mel recens natorum puerulorum alimẽtum.

D

mellis tamen cocti (quod tale minus acre, abstersoriumq; reddatur: Gal. lib. 7. de simplicib. medicamin. facul.) cum pauxillo uini diluti albi puerulo propinamus, in gratiam eius stomachum digerẽdi, abstergendiq;, cibandi uero minime (namq; de eo tantum lambendũ esse cum pauco uino Auicenna sentit) actutum deinde lac quasi commendatissimũ inter omnia pabula exhibeamus. Eadem est Galeni in lib. 1. de tuenda sanitate sententia, nuper natum puerũ, cuius tunc corporis constitutio omni uacet nota, primum fasciјs deligari (quis nam ille deligandi modus sit, aut alia quæ sint munia, siue muliebria officia, hic non sigillatim tacta, nutricibus ab experientia quasi magis committantur, medicis in eiusmodi non opus habentibus) quibus inuolutum lac pro alimento administrandũ esse, omnium quasi adaptatissimum nutrimentum: quia uniuersam uictus rationẽ humida postulare, ut qui cæteris ætatibus temperamento sit humidior. Eandem Hippoc. sententiam in lib. 1. Aphor. 16. infert, humidam omnem uictus rationem febricitantibus esse utilẽ, præcipue uero puellis, & his qui tali refici uictu sint adsueti: quasi per similem uictũ temperaturæ:

Humida uictus ratio puellis accommoda.

quæ

quæ non improbentur per contraria, uoluerit. Nanque similibus unũ quodque seruari, contrarijs alterari nemo est qui ambiget. Similitudinẽ autem lactis tanque uictus cum puero alendo conuenientem ex Hippoc. in libro de uictus ratione liquido colligimus, qui puerorum, & his adcedentiũ sanissimos esse uictus docuit, qui calefaciendo humectent puerũ.. Siquidẽ calidis & humidis commistũ esse, quũ his constiterit, & creuerit, atque etiam calidissima, & humidissima esse quæ generationi sint proxima. Hinc usu uenire puerorum substantias omnium facillime digeri, dissiparique Gale. in. 9. Meth. medic. lib. cap. 17. testatur, propterea quod sint omnium humidissimæ: ob quam rem fortassis non semel, sed bis, aut ter, ad summum quater apud aliquos interdiu puero cibum exhibere, concedi: ita tamen, ne plus iusta alimonia obruantur, & in mala quædam intrudantur. uidel cet: ut uenter saburra onustus flatuosior: locium album, quod non parui momenti est malum, reddantur. Atqui ex tanta eduliorum plenitudine cibos interdum corrumpi Oribasius insinuat, qui permanẽtes multas in corpore inuehant molestias, diuersisque ęgritudinibus pueros reddant obuoxios. Itaque alacriori iam puero facto, et ad sumendum promptiori, etiam concoquendi spe adepta, minus tunc replentibus ferculis infarciendus puer: ne in præfata incõmoda somnolentior, segniorque incidat, ut uenter saburratus inflatusque turgeat, lociumque dilutius inspiciatur. Quo semel perpetrato ne tantillum quidem exhibendum est, sed potius subtrahendum, neque amplius lactandum, si Auicennæ iussui obtemperare uoluerimus: aliquandiuque fame tentandum, donec concoctionem adesse compareat. Neminem me Hercle fugit, ex inualida concoctione in uentre, hypocondrijsque flatus includi, tum latera inflari, crura, coxasque adgrauari, totumque corpus somnolentum, pigrũ, lentum, tardum, ad omnes inutileque functiones subeundas effici, caput obtundi., ut hoc sane omnium aliorum quotquot fuerint caput malorum esse in confesso sit omnium. Natiuus enim calor, qui alias adhuc quasi sopitus in recens nato puerulo, ob redundantiã in eo humiditatem, & lactis alimoniam torpet: insuper ab innumeris etiã ingestis cibis adeo saburratur, ut uix se in tot humores obstantes erigat, ipsosque probe, quos uix pigre concoquit, cõsumat: hinc illi flatus uentris, hinc aliæ membrorũ adfectiones suboriuntur: hinc urina aquosior emeijtur, quam ualde tanque exitiosam & deterrimã in pueris Hippoc. prædictio lib. 2. cap. 33. detestatur; eo quod maxime naturę contraria,

A

Lac puerorum uictus conuenientissimus.

Quoties puer in die cibandus sit.

Qui lactis plurimum hauriunt hi fere semper somniculosi. Hippoc. lib. de pueri dentitione.

B

Concoctionis inualidæ symptemata.

Vrina in pueris aquosis deterrima.

C exitiosissima iudicetur. Naturale est pueris urinam emittere corpulentam, atque sediminis bonam copiam habentem: quia ipsi omnia ocyssime propter facultatis alterantis robur concoquant: atqui omnis concoctio siue per urinam, siue per aliam deiectionem crassiorem reddat materiam excrementitiam, ut in pulmonia & costali morbis per screationem: in destillationibus & grauedinibus per pituitosam: in ulceribus per lippitudinosam, & purulentam, quotidiano usu liquido depræhendimus. Graue itaque esse, pueros urinam dilutã emittere, & iudicium exitiale, cuius singulariter hic admonemur ne pueris adcidat. Quo certius id caueatur, certum alendi, alimentique tempus præfigit, nempe bienniĳ metam. Vniuersum hoc fieri Galenus adfirmat, ut status gratia perpetuo seruetur: seruari autem, si primis quidem annis solo lacte nutriatur: ad minimũ tamen hoc fieri debere, quo ad primores emiserit dentes. Quod si eo tempore solidiori quodam modo cibo adsuescere uelimus: primo panẽ, mox legumina, ac carnẽ, & similia, omnia prius cõmansa, puellorũ osculis immittamus: quod plane doctas etiam experientia mulieres nihil diffidamus adfabre facturas.

Puerorum urina naturalis.

D

¶ De exanthematis, id est, pustularum eruptionibus, quæ puello oboriuntur. CAP. VI.



Væcunque circa summam pusionis cutem florescunt, principio quidem æqui bonique faciendа sunt. Sed ubi defloruerint bene, tum lauacris, adiecto myrto, lentisco, rosisque medẽdum: deinde rosaceo, aut oleo lentiscino, cerotoque cũ cerussa uti, clementerque atque omnino molliter nitris abstergere cõpetit: uehementiora nanque subsidia tolerare nequiuerit.

QVæ nam puero recens nato symptomata ipsum infestantia plerumque adcidant, quibusue modis talia curentur, in sequentibus per ordinẽ expedietur capitibus: a pustula exorditur quã Hippo. Græcique aliĳ ἐξανθήματα uocant, quæ adeo exiguæ sunt, quales ex urtica, uel sudore fieri, eadem tum plerumque quo & cutis est colore cernimus; quæ cum modo turgentium in plantis ad florem gemmarum

Exanthemata.

marum tumeant ἐξανθήματα a Græcis dicuntur. ἐξανθεῖν enim est illis florescere, Germanis uero Blüen, qui pueros hac labe uiciatos florere, hoc est, Blüen uulgariter dicunt. Leuis quidem momenti hoc malum esse, Hippo. lib. de morbis foris prouenientibus æstimat, pituitaq; gigni, potiusq; corporis turpe quiddã esse, quàm morbum. Tales uero pustulæ, siue exanthemata, quæ Plinius nunc papulas, nunc pituitæ eruptiones, sæpe etiã papularũ eruptiones nominat, adcidunt ex den satis in cute crassioribusq; factis humoribus, eorumue acrimonia iuxta Oribasiũ, adeoq; magis quã summa cutis superficies densior fuerit, nempe ex crassorum, tenaciumq; humorum exitu plane obstructo. Eiusmodi in Simone apud Hippoc. 6. Epid. lib. par. 2. Aphoris. 20. depræhendebantur: qui in tempore hyemali apud ignem ungebatur, mox latæ pustulæ, quas Hippoc. exanthemata nominat, erumpebant: quia tali unctione calidiori humores crassi efficiebantur tenuiores, ita se exerentes, qui alias circa interiora longius delituissent. Perinde autem ut cætera tubercula duplicem habent differentiam. sunt enim quædam in acumen se tendentia, altumq; petentia: quædã uero ad maiorem partem protensæ, & illis quod a calidiore humore generantur, pruritumq; tamen concitant nonnihil mitiora, a frigidiore humore prouenientia, inde latiora, non admodum prurientia, ut Hippocrates sexto Aphor. 6. Latas pustulas non admodum prurire explicuit. Hinc usuuenit, quòd nonnulli inter istas pustulas amplam posuerint differentiam: quasi aliæ sint hulcerosæ, atræque, inde exitiales: aliæ uero albæ, rubeæue salubriores, quarum etiam eruptio quasi saluberrima sit æstimanda. Proinde quęcunq; circa summã pusionis cutem florescant, principio boni, ęquiq; faciendum esse Aegineta consulit: sed ubi bene defloruerint, hoc est, satis maturæ fuerint, tunc manus auxiliatrices adponendas, neq; cum grauioribus auxilijs, sed tantummodo modeste exiccãtibus, atq; in lauacrorũ aquis impositis, e quibus deinde abluantur: uel calidis fomentis, medicamentisq; discutientibus (ut quidam uolunt) per halitumq; digerentibus, quæ διαφορητικα Græcis uocantur. Nanque Simonem calida tantum lauatum iuuisse Hippoc: testimonio patet. Ad hæc a facilioribus hic quemadmodum & alio omni curationum genere inchoandum esse Aegineta inhortatur: quia etiam uehemẽtiora tolerare subsidia pueri nequeant: a myrti igitur, lentisci, rosarumq; medicamentis in aqua positis ex qua abluent, eorumq; oleis, unguentis, cerotis,

A — Pustulæ. Exanthemata. Papulæ. Pituitæ eruptiones. — Pustulæ latæ. — Tuberculorum duplex differentia. — B — Diaphoretica

C tanq; auxilijs omni modeſtia exiccantibus, medendi modum in pręſenti caſu auſpicatur.
Myrtus. Myrti ex diuerſis generibus componi ſubſtantias, omnes quaſi uno ore authores fatentur: tum frigidum quoddam terreũ in hac planta exuperare, tũ etiã tenue quiddã calidi ineſſe, ergo impenſius deſiccare: igitur Dioſcor. lib. 1. cap. 133. ait, in uino elixum, & ulceribus in extremis membris illitum mederi: eiusq; duo eſſe genera, nigra, & candida: quia utraq; alteri collata, magis ab altera colore differre, ſed nigriorem maiorem in uſum recipi.
Lentiſcus. Lentiſcus tam in caliditate, q̃ frigiditate iuxta Galen. lib. 8. de ſimplic. medicam. facult. eſt quodammodo medius, & ſymmethrus, in omnibus ſui partibus adſtrictorius, exiccatoriæ facultatis in ordine ſecundo.
Oleum lentiſcinum. Ex Lentiſci ſemine oleũ fieri Dioſc. lib. 1. cap. 77. indicat.
Roſæ. Roſarum uires, atq; naturam ex aquea ſubſtantia, calida, & adſtringente, & amara conflari, ſed florem earum ualidius adſtringere, ob eamq; cauſſam magis deſiccare Aegineta lib. 7. de arte meden. tradit.
Oleum roſaceum, & unguentum. Roſacei naturam olei, roſæq; in medio eſſe Galen. lib. 3. de ſimplic. medica. facul. cap. 16. oſtendit, utpote in inflammationum augmentis optimum remedium: quia oleũ
D magis, quando inflammationes uigeant, conueniens ſit. Præterea, q̃a in medio eorum ex quibus confectum ſit conſiſtere (ex quibus autẽ pręparetur per Aeginetam lib. 7. de arte meden. Dioſc. libr. 1. cap. 44. depingitur) utiq; & in medio eorum tempore utilitatem oſtendere, quæ eſt in incrementis ſimul repellere, ac digerere: quippe in adſcenſu, augmentoq; inflationum, ac potiſſi. earum quæ in exterioribus membris extent, Chamæmelo roſaceum a Galen. in lib. 3. de ſimplic. medica. faculta. cap. 9. præfertur: q; hæ tepida caliditate cum leui adſtrictione indigeant. Eiuſmodi rationes eſſe uidẽtur, quare exanthemata ubi defloruerint, hoc eſt, ſatis eruperint, & quaſi maturuerint, iſtiuſmodi exiccatorijs lauacro adiectis perluantur, aut eorũ oleis, ſiue unguentis perlinentur.
Cerotum ex ceruſſa. Quod ſi eas exhulcerare contigerit, ceroto ex ceruſſa uti perſuadet, quia refrigerandi, opplendiq; facultatem habeat Aegineta lib. 7. teſte, quibus Dioſcor. lib. 5. cap. 57. molliendi, explendi, extenuandiq; uires addit: præterea leniter excreſcentia reprimere, & ad cicatricẽ
Ceruſſa. producere ceratis, emplaſtris, & paſtillis mixta. Letalis ceruſſa eſſet ſi intro ſumeretur, & ueneni maleficium haberet: cuius tamen uſus foris & in ulceribus innoxius permittitᷣ. Ceruſſam noſtrates Bleiweiſſz adpellant.
Cera. Cerã quodam modo mediũ inter calfacientia, humectantia, refrigerantia, deſiccantia Galen. lib. 7. de ſimplic. medicam. facul. poſuit

posuit, quæ in medicina hoc utilissimum habere fertur, q excipiendis, retinendisq; alijs medicamentis materia sit, qua omnium generũ cerata fiunt. Dicuntur autem a quibusdam Cerota, a Græco, quod est κηρωτόν, hoc est, cerotum, emplastri genus: quod non est emplastrum proprie, neq; pastillus, sed constat ex rebus siccioribus, ut igni adposi tum mollescat, postea corpori adplicatum durescat, ac pertinacius hæ reat. Conficitur pro maiori parte cum resina, quæ densiorem, solidioremq; facit formam. Fortioris item commoditatis q sit emplastrũ, in stomachi adfectionibus supra modum conducibilis. Cæterum si adhuc alia desyderarentur, præter cerota, auxilia, tunc abstergere iubemur illa ulcera, hoc est, abluere cum nitro, ceu desiccante, digerente, & ex alto in summum euocante medicamine iuxta Dioscor. sententiam lib. 4. cap. 84. cui mel Auicenna nitro in hoc casu admiscet: quasi uehementiora remedia tolerari non posse, semper in memoria tenendũ sit. A Cerotum. Nitrum.

Vtilissimum uero fuerit, & nutricem mellitissimis ferculis pasci, & uictus rationem pueri hoc modo institui: summo quidem emolumẽto genio puelli neq; nimis indulgetur, neq; supra modum defraudatur, iuxta enim satietas, & fames officiunt. Satietas, & fames iuxta obsunt. B

Celsus lib. 5. in omni pustularum curatione primum esse uult, ambulare, exerceriq;: & si quid ista prohibeant gestari: alterum, cibũ immittere, & ab omnibus acribus, & extenuantibus abstinere: eadẽ facere nutrices oportere, si eiuscemodi malis puer sit adfectus. Hoc equidem ante omnia fieri Auicenna strenue statuerat. Vtilissimũ fieri, nutricem mellitiss. ferculis pasci Aegineta tradit: proculdubio Oribasiũ sequutus, qui lac, expedire, ut bibant cũ melle, serumq; lactis coqui, & ebullito uinum, aut mulsam superspargere, & colare, Euporiston libro. 1. edocet. Identidem catarticis utendum esse, ut ex uetusto gallo facta Zema detur in potione conducere: sed ordinate hæc fieri debere: neq; omnino euacuandum, ne læsionem adferat aliquam commonemur: præterea hic uictus rationem pueri hoc modo instituere, ne eius genio nimium indulgeamus, neq; etiam iusto defraudemur: æque em̃ ambo extrema officere. Propterea Hippo. lib. de Prisca medicina, nõ minorem esse dicit, nec minus etiam hominẽ lædere. Si quis det, propinetur minus, tardiusue q expediat: famis etiam & inediæ partẽ in Fames. Inædia. Plenitudo.

 hominis

C hominis natura plurimum posse, uel ualentem facere, uel infirmum, ac perimere. Similiter non minora mala illis absimilia ex plenitudine proficisci, quæ nonnunquam etiam tam sint grauia, quam periculosa. Proinde Aphoris. lib. 1. quando uictum humidũ omnibus febricitantibus conferre, maxime uero pueris Hippoc. exposuerit, & alijs qui tali uictu uti cõsueuerint, ilico hunc subiungit Aphoris. 17. Et quibus semel, aut bis, & quibus plura ne, an pauciora particulatim oporteat adferre consyderandum esse, tum tempori, ætati, & consuetudini nonnihil condonandum esse. Omnium præterea minimum, pueros ieiunium fere idẽ. 13. Aphor, aperit, & præsertim qui inter ipsos sint uiuidiores.

Quod si præterea infantis aluus durior & astrictior sit, melle cibo adiecto nutries: at si ne tum quidem oletum fecerit, ægerrimeque cunniat, resinam terebinthinam ciceris magnitudine adijcito: si contra lubricus fuerit puerulí uenter, milium impendio quam compescendo prodest.

Mellis natura. Mel simplicis, quantum fieri possit tum facultatis, tum temperamenti extergentis medicamentorum speciei consistere, Galen. lib. 7. de simplic. medicam. facul. enumerat. Atqui in. 3. de alimen. facul. materiam ex qua mel generetur rori congenerem esse insinuat: tum frigidis siue per ætatem, siue morbum, siue a natura se ita habeant, adcommodatissimum esse, nonnullamque in eo acrimoniam sentiri, ideo quod aluum ad excretionem proritare. Aluum præterea lubricam reddere, atque subducere Aegineta in libro septimo de arte meden. corroborat. Meminisse tamen hic operæ precium est, ne ad talem usum despumetur, & quod in bilẽ facile in corporibus calidis uertatur. At si ne tum melle exhibito oletum fecerit, neque enim magna molestia cunnierit, resina terebinthinæ adijciatur. Resinarum omne genus calorificam, et exiccatoriam natura facultatem habere, sententia est quasi omniũ: sed resinas omnes terebinthinam antecedere Aegineta libro septimo de arte medendi, Dioscorides libro primo, cap. septuagesimooctauo posuere: secluso Galeno, qui primas omnium meruisse lentiscinam, hoc est, mastichen libro octauo de simplic. medicamen. faculta. adseruit. Dioscorides uero lentiscinam terebinthinæ respondere dixit: quo dicto facile de primatus earum prærogatiua litem, siue discordiam dirimit. Præterea terebinthinam urinam ciere, maturare, & aluum mollire, idem author recenset, atque eam quæ ex terebintho destillet resinam ex

D (margin letter beside "teriam ex qua mel")

Resinæ. Resina terebinthinæ ceteris ptior.

Lentiscina resina.

Terebinthina.

ex Petræa quidem Arabia adferri. Econtra uero, si pueruli uenter lubricus fieret, milium ait impedio quam compescendo prodesse: quia hoc refrigerare in primo ordine, & exiccare in.3. aut in secundo intenso, Galenus libro septimo, de medicamen. facult. testatur: itidemq; in libro primo de alimen. faculta. milium inquit præaridum esse, & friabile instar arenæ, & cineris esse: quia penitus glutinoso pingui careat, iure ergo aluum humentem desiccare: quam morari Aegineta dixit libro.1. de arte meden. q̃ refrigerandi, & siccandi exiguas in nutriendo uires possideat. A Milium.

¶ De Tussi, & Coryza infantis.

CAP. VII.



Vm aũt tussis aut destillatio (quam coryzan uocant) infantẽ impetit, mellitissimis, quod est, eclegmatis ex melle, utendum est, caput multa prius calida aqua ablutum, mox magna mellis copia perungi, postremo lingua digito molliter comprimi debet; mirum enim dictu, quantam pituitę uim ea ratione euomet. B

¶ Idem author li.3. cap.23. communẽ his oĩbus esse excrementorũ a capite in inferiores partes descensum describit: qui si in nares ingruat, & per eas fluat, coryzam huic malo nomen esse. Si uero per palatũ in fauces, catharrũ simpliciter dici: sin aũt in guttur, asperamq; arteriam deferatur interiore eius membrana exasperata, raucedinẽ tunc sequi, adpellariq; branchum, siue arteriacum malum: quo permanente malo, fluxuq;, & in pectus, pulmonesq; defluente, non negligendam, periculosamq; sequi tussim. Proinde naturam uehementem mouendo spiritum ad exteriora tussim mouere, Galenus libr. quinto de symptom. caussis recitat: quã etiã adficere instrumenta quibus uehementes perficiantur respirationes, quas exufflationes nominemus: Sic tussim nihil aliud esse, quam uehementissimam efflationem qua plurimus spiritus celerrime foras prorumpat, impetu suo extrahat, excremẽtaq; explodat, meatũ ipsius obstruẽtia: adeo, ut si prima expiratio nõ possit, ea quæ sunt molesta excutere, altera, atq; altera uice repetitis, tertio in ipsa irruere, aut toties, quoad magna ex parte suum sortiatur effectum, qui est spiritum interceptum tussi reijcere. De catarrho, coryza, & brancho Galenus in sua Isagoge, alijsq; in locis, non idem

Coryza. Catharrus. Raucedo. Branchus. Arteriarum malum.

Tussis.

Respirationes exufflationes sunt.

C idem uidetur cum Aegineta dicere, nulla tamen circa rem ipsam manente controuersia. Nec Celsus nos impediet quidq; super istiusmodi re in lib. 5. disceptans, quasi Hippoc. hæc omnia mala communi coryzæ uoce adpellarit. Ex eiusmodi omnium scitis facile ratiocinandum est, primum illum a capite humoris in nares descensum coryzę nomine dignari, quam Germani, den Schnuppen uocāt, ab antiquioribus q; ita intelligi, hunc postea tussim non rarenter proritare. Idcirco hæc duo mala infantulo ob distemperamentum calore naturæ modū plus iusto exuperās potissi. euenire ex curationis colligimus pręcepto, cō monente huiusmodi præsidia adhibere, quæ ex eadem occassone caput dolentibus competant. Sicuti in primis uti lauacris, caputq; permulta aqua conspergere: nempe q temperate caput sua tantum uirtute (de eiusmodi lauacrorum, perfusionum, irrigationum, lociorumq; usu, siue effectu, efficaciaue pulchra Galen. lib. 1. cap. 8. de simplic. medicam. facul. infert) infrigider, subindeq; caussam illorum malorū effectricem (sunt enim contraria contrarijs medicanda) dimoueat, quæ fortassis ex motu immodico, aut putredine aliqua, aut calidioris cuiusdam corporis uicinia, aut cōstipatione, aut cibo qui suapte natura

Coryza.

Contraria contrarijs medicanda.

D excitet calorem prouenire, aut eiusmodi alijs potuit caussa. Postea uero mellitissimis, hoc est, eclegmatibus ex melle utendum esse: quia talia temperatissime alleuient, infrigident, humectent, aliaq; commoda quę prius tetigimus adferant. Eclegmata sorbitiones quasi sunt. nam ea quæ magis linguntur q̄ deuorent, & in ore retenta, aut linguæ imposita, aut subdita paulatim tabescentia, uocamus eclegmata. sic Plinius e semine lini fieri eclegmata prodidit. Adhæc magna mellis copia puerum perungendum esse, eiusq; linguam, qua deinde molliter compressa, dici nequeat, quanta exinde pituitæ uis euometur.

Eclegmata.

¶ De Pruritu puellorum.
CAP. VIII.



Vod si pruritu, gingiuarumq; commorsionibus pellus torqueatur, non fomentationibus modo, sed abundanti quoq; unctione ex oleo crudo, nō sine modico ceræ liquefacto, utendum censeo.

IN pruritu, siue commorsionibus gingiuarum, hoc est, carnium quibus dentes sunt infixi, quas multifidas, & rutilas gingiuas etiam uocant,

Gingiuę, earumq; pruritus.

uocant, siue ex humiditatum colluuie, siue ex dentiũ erosione erumpentium adcidentibus, non tantum fomentationibus quæ rerũ calidarum, siue frigidarum, aut ex alĳs potentĳs consistentium, ad partes læsas medendi gratia adplicantur: sed abundanti quoq; unctione utendum esse censet, ex oleo crudo, quod etiam omotribes, id est, crudum, & omphacinum, id est, acerbum uocatur. Optimum sane hoc oleũ in sanitatis usu esse, Dioscor. lib. 1. cap. 28. indicat, atq; ex immaturis oliuis expressum, adstrictorium esse, ideoq; stomacho adcommodatum, gingiuarum a tumoribus uindex, dentiumq;, si ore teneatur, robur: quodq; cum non modico ceræ incorporatum, unguenti formam quibus hæ partes perlinentur, subibit. A

Omotribes. Oleum crudũ. Omphacinum.

¶ De Dentitione, siue dentium productione. CAP. IX.



Irca mensem fere septimũ pueris dentes plerunq; proueniunt, atq; prorũpunt, quo quidem tempore gingiuarum, maxillarum, tendinumq; phlegmones, quod est inflãmationes, non raro neruorum etiam conuulsiones, infestant. B

De puerorum dentientium miraculoso naturę opere nunc exequitur: in quo etiam nonnullę suboriantur adfectiones, ut sunt gingiuarum, atq; maxillarũ, tendinumq; inflammationes, quas nonnunq̃ febres comitantur. Quibusdam etiam pruritus in auribus exoriuntur dentientibus puerulis, aut fluore humectatæ perstillant aures, aut lippitudinibusq; capiuntur, aut uenter eorũ ob stomachi inflammationem, & uentris solutionem tumultuatur. Tot sunt a primo ortu, usq; ad ultimum miseri hominis casum incommoda, tam uarĳs, & indicibilibus fere figuris infestantia, ut non immerito Plini. lib. 7. naturalis historiæ suæ libro, hominem conqueratur tantum nudum, & in nuda humo, natali die statim ad uagitus, & ploratum abĳci, nullumq; tot animaliũ aliud ad lachrymas, & has protinus uitę principio. primãq; roboris spem, præteritumq; temporis munus quadrupedi similem facere incessum, uocem, bono temporis interstitio nancisci, os cibis non statim firmum reddi, uerticem per aliquot tempus palpitare: quæ omnia, inter omnia alia animalia imbecillitatis esse indicia: præteritis tot morbis, tot medicaminibus, contra tot mala excogitatis, quæ tamen subinde nouitatibus uincantur: at reliqua animalia q̃ primũ edita,

Puerorum dentientium symptomata.

Homo ærumnosus, calamitosus, multisq; miserĳs obnoxius.

C mox suam sentire naturam. Haud secus Aristoteles libro. 8. de natura animalium, cap. decimo, in eundem modum naturæ commiseretur humanæ. Quum cætera inquit animalia nascantur dentibus, pueri septimo mense dentire incipiunt: primumque edere dicit primores, alios uero superiores prius, alios inferiores: denique oẽs maturius dentire, quorũ nutrices lac habeant calidius. Quantũ præterea menses, diesque possint, in uarijs naturæ functionũ actionibus intueri licet. Septimũ nanque diẽ non ordine, siue numero primũ, sed sua potentia, atque dignitate, Gal. in lib. 1. dierum decretoriorũ cæteris anteponit. Sic mensis potentiã, quod singulis mensibus fœminis sanis, & ualentibus menstrua compareant, Hippoc. lib. de septimestri partu infert: itidemque septimi mensis, quia prægnanribus principium perfectionis statuat, puerisque ipsis cum septimestres sint, multa differentia, atque notatu digna in corporibus enunciant, dentesque hoc tempore comparere incipiant. Ita Aristoteles quando pueros ut plurimũ ante septimum diem conuulsione interire significauerat lib. 8. cap. 12. de natura alimen, unde factũ esse, quod nomina septimo diei imponãtur, tanque saluti iam pueri magis

Menstruum, dierumque obseruationes, & præcipue septimorum.

D credatur. Proinde inter huiuscemodi mala pueros dentientes corripientia gingiuarum, maxillarum, tendinumque, connumerantur phlegmones: & neruorum conuulsio, quam Græci σπασμοὺς καὶ σπάσματα uocant. Est autem phlegmon morbus qui inflammatio nominatur, inæqualis musculi temperatura, siue loci carnosi, ubi sanguis siquidẽ in eo existens iam ferueścat. Sanguis enim copiosior quam sit parti ex usu, alia quapiam, alijsue particulis eum aliquando mittentibus, atque ea quæ iam phlegmone corripitur recipiente: aut aliquando particula quæ adfligitur, ut in præsenti conspicitur casu, hunc ad se trahente sanguinem: qui supra hoc quod inflammationem in particula pariat, etiamque eandem extendat, ut tangenti quoque pars phlegmone obsessa renitatur, auctiorque nonnihil tumeat, dolore obsita, rubore conspersa, nec non pulsationi obnoxia, præsertim hoc malo increscente, aut potissimum suppurante. De cuius ortu, essentia, siue substantia, & qualitate, pulchra apud Galen. libro tertio meden. meth. capiti. 1. 2. & 3. indagamus. Itidem libro decimoquarto, cap. 2. Et libro decimo, capite sexto. Tum in libro qui de inæquali intemperie, & in eo qui de tumore præter naturam est inscriptus, quem ipse de semetipso citandi gratia illic allegat locum. Neruorum porro conuulsio quæ pueris dentientibus contigit, uel ob neruorum debilitatem, uel propter concoctionem

Phlegmones gingiuarum, maxillarũ & tendinum. Phlegmon. Spasmus.

Neruorum in pueris dentientibus conuulsio ais caussæ.

coctionem deprauatam, siue propter corporis in puerulo crassiciem, & humiditatem potissimum adcidere uidetur, quos tamen hoc malo correptos non omnes perire, sed plurimos eorum saluari Hippo. in libro de dentitione adserit. Conuulsionem latini, Grçcę uocis imitatione adpellant, quem adfectum Galenus in diffinitionum suarum commentario, neruorum, musculorumq; adfectionem esse ostendit, in qua eiusmodi partes sine electione trahantur, hoc est, ut inuoluntarijs his aliquando totum corpus, aliquando nonnullæ partes. Igitur conuulsionem, tremorē, palpitationem, rigorem, horrorem, singultum, tussim, ructum, sternutationē, pandiculationem, oscitationem, stridorem, communi omnia genere contineri idem in lib. 5. de morborum caus. prodit, nempe deprauato motu. Quænā absoluta sit caussa morbi, a quo partes conuellantur, dictu difficile esse, lib. 4. refert: inde, q ea quæ per totum corpus citra delicium, aut soporem fiat conuulsio, a spinalis medullę quę in ceruice contineatur morbo dependeat. Manus uero, siue cruris, uel musculi ui quapiam distensio, aut conuulsio ad illum semper neruum qui partem moueat, referendam esse noxam. A

Conuulsio quid sit.

Tunc temporis neq; pusillo quicquam, quod multo aut difficili conatu commanducandum sit, exhibere oportet. Cęterum gingiuæ digitis á balneo adsidua quadam fricatione palpandæ, gallinaceorumque adipe, aut leporino cerebro emolliendæ. B

Vbi puerulus istiusmodi malis adfectus fuerit, tunc temporis exhibere quod multo, aut difficili conatu commanducandum sit, summopere dehortatur: ne gingiuæ callosiores effectę, dentium eruptionem, euasionemq; præpediant. Cæterum gingiuas digitis a balneo adsidua frictione fricandas esse admonet, gallinaceorumq; adipe, aut leporino cerebro emolliendas. Adipem inter carnem & cutem nutriri, liquidioremq; esse, & minus concerni, ideoq; celerrime liquari, Aristoteles libro tertio de animal. historia enumerat. Sebum contra in fine carnis semper esse, fragileque, & glaciale postq; refrixerit. Omnes adipes habere calfaciendi uim, mollireque, & rarefacere, sed gallinaceum contra labrorum rimas utilem esse, Dioscorides libro secundo, cap. 65. tradidit. Nihil nos remoretur, Galenum libro undecimo, de simplic. medica. faculta. adipem a pinguedine ita differre docentem,

Quibus in dentitione gingiuæ fricandæ.

Adeps.

Sebum.

Adipis & pinguedinis differentia apud Galenum.

C quod crassior sit, ac in animantibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps proueniat, uel humidioribus pinguedo. Idem erit & cum Aristotele uerborum sensus, licet uocabulorum nomenclatura dissideat. At tu si uoles, idem ait Galenus, oleosam & pinguem in animalibus substantiam omnem adipem adpellato, ut pleriq; medici, saltem ut & pinguedinem hoc totum genus adpellare liceat. Sic Dioscorides omnium in animalibus pinguium adpellationes hac unica στέατος adpellatione absoluit. Quod hic loci admonuisse placuit: ne quis in authorum lectione ambigua detentus, præter rei intellectum insolutus adhuc dimitteretur. Proinde cerebri leporini usum, & commoditatem, Gal. lib. xi. de simplic. medicamen. facul. euidētissime huiusmodi uerbis demonstrat. Attritū, & esum utile esse didicimus pueris dentientibus, capite uidelicet toto elixo, ut ego facere soleo. Non tamen, eodem in loco infert, eximiam eius uim esse, sed melli, & butyro similem. Mel siquidem coctum, & gingiuis illitum, dentium eruptionem minus molestam efficit. De butyro & infra habebitur.

Cerebrum leporinum.

Vbi uero iam dentes emicant, atq; prosiliunt, lana delicatior atq; syncera ceruici, capiti, & maxillis applicanda: quæ, D embrocha quoq; ex oleo dulci ac calido, fouere, auditorijsq; id meatibus instillare, congruit. Quo tempore infantem uberiore uictu nutrire, nec non & calida lauare conuenit.

Cęterum ubi dentes iam emicuerint, lanam delicatiorem, atq; syncerам capiti, & maxillis adplicandam esse docet, sed molliculam, & puram. Ostensum enim est superius capite primo, lanas ad irrigationes, siue aspergines, quas Græci ἐμβρέγματα, & ἐμβροχὰς dicunt, præcipue molles, ualde adcommodatas esse, & materię quasi asperginum, siue recipiendorum humorum idoneas: quemadmodum in præsentiarum ex oleo dulci, ac calido fieri præcipit, embrochæq; modo adfectis partibus adplicari. Quæcunq; enim humida, & liquida corporis partibus insperguntur, quæ quum cito dilabentur, tunc linteolis, stuppis, aut lanis pecoris, quas ad hūc usum utilissimas esse docet Dioscor. inspersa imponuntur, uera embregmata esse nostri intelligunt: Embrochas uero, siue embrocationes, esse decoctiones quæ ex alto per uas quodpiam exiguum habens foramen effundantur, supra læsam particulam destillantes, ut penitus intro ab ictu compellantur. Qualem embrocationem auditorijs instillare meatibus cum oleo calido

Embregmata. Embrochæ.

Embrocatio.

lido

lido, ad pruritus obtundendos hic instruimur: necnon aquam calidã ab alto proijcere, cui chamæleon, & anethum admisceamus: porro infantem tunc temporis uberiore nutrire uictu. A

Quomodo diarrhoea sistenda.

Porro si diarrhoea, alui fluore quoq; infestetur, aluum epithematis compescere, quæ comprimendi facultate prædita sunt, emoliendum, inspergentes lanę uel cyminum, uel anethum, uel apium. Profuerit autem & semen rosarum insere, & uniuersum simul feruefactum arefacere.

Diarrhoea.

Inter cęterainteſtinorum, & alui mala dentientes puerulí nonnunq; Diarrhoea capiuntur, quam copiosum alui sine inflammatione, ex hulceratione q; fluorem esse intelligimus, ex naturæ imbecillitate non perfectius concoquere ualentis prouenientem, ob dolorem pręcipue infestantem, qui naturã alio pertrahat, ipsamq; sic concoquendi muneris obliuisci faciat: aut ut quidam uolunt, q̃ infantes materiam salsagine conspersam, cum lacte nutricis hauriant, hanc alui cõturbationem inferentem. Quod siquidem malum in principio æquo, bonoq; sufferendũ est animo. Increscẽte uero hoc magis magisq; malo, haud cunctanter aluus epithematis, quibus comprimendi facultatem in se habentibus insita sint, compescenda. Quicquid autem alicui rei imponitur, ex quo medicamenta, quæ ad alterandum cor, siue hepar, aut aluum consistendam, ut hic, imponuntur, Epithemata dicuntur: quę ex medicinis, ut speciebus, & aquis destillatis, aut aceto, & alijs laticibus ita componuntur, ut mediante panno lineo adplicari, aut laneo possint. Ab embrochis in hoc differre nostrorum mens est: q̃ illæ ex rebus bullitis in aqua, aut uino, & alijs: hæ uero potissimum ex aquis destillatis, & communiter ad hepatis, uel cordis alterationem, siue cõfortationem conficiantur. Comprimendi præterea facultate esse prædita cyminum, anethum, et apium posuit. Cyminum, ut idem author lib. 7. de arte meden. refert, flatum, peditusq; discutit, penitusq; extinguit: q̃ ex. 3. sit excalfacientium ordine: cuius facultatis unumquodq; eorum esse Galen. lib. 7. de simplic. medicam. facul. dicit urinã mouentium, & flatum extinguentium. Atqui anethum aluum, atq; ex alto surgentes uomitiones sistere, Diosc. lib. 3. cap. 60. testatur: tum crudos, & incoctos humores concoquere, Galen. lib. 5. de simplic. medi. facul. prodit. Eiusdem farinæ cum Anetho est apium: quia usq; adeo calidum, ut & urinas, & menses cieat, flatus quoq; discutiat, sed magis

B

Epithemata.

Epithematum, & embrocharũ differentia.

Cyminum.

Anethum.

Apium.

C semen quam herba ipsa, testis est Galenus lib. 7. de simplic. medica. facul. Prodest præterea istiusmodi medicamentis semen rosarum inserere, & uniuersim simul feruefacta arefacere: quasi siccatæ efficacius adstringant, uentremq; magis comprimant. In rosis manifestũ quod oculis nostris adpareat M. Vergilius esse folium, & eius ungues scribit: sic enim pars candida in imo folio per Dioscoridem adpellatur: de inde flores in quibus lutei apices, & quasi capillamenta in medio eius surgunt: indidẽ semina depromi coniecturamus, quorum hic meminit author, quæ in ipso cortice subesse ipso flore operta lanugine, Plinius libro uigesimoprimo, capite quarto, indicat. Hactenus ista semina a nostratibus anthera nominata fuere, quod nos a Græcis mutuatum esse ratiocinamur, apud quos ἀνθηρὸς floridus, siue iucundus dicitur. Hunc florem rosis ipsis ualidius adstringere, ac proinde sane exiccatorium esse, Galenus libro octauo de simplic. medicam. facul. adfirmat. Post flores calicem nondum totis folijs patentẽ, & explicitum rosæ globũ uocari: exin corticẽ qui calicem ambiat, dehiscenteq; rosa in quinq; ueluti lascinias scindi: caput uero rosæ esse quod ab inferiori parte lanosum intus totã sustineat rosam, quod potum Dioscor. lib. 1. cap. 115. fluentem aluum, & sanguinis, ait, excretiones compescere.

Semen rosarũ.

Appellationes plures, & diuersæ, ab antiquis in rosis indicatæ.

De semine rosarum. Vide Theophrast. de Histo. plan. lib. 6. cap. 6.

Anthera.

Rosæ globus.

D Si uero aluus sui oblita officij nihil deijciat, melle in balani formam redacto, aut nepetæ farina cum melle illita, clementer irritetur.

Quod si aluus adstringatur infantis, cum melle in balani formam redacto clementer irritandam docet. Quod enim durum intestinorũ orificio ad prouocandum excrementum imponit, uulgo suppositorium uocant: sed eruditior medicorũ lectio glandem habet, in cuius figura hoc medicamen formatur, quod ad aluum soluendam intruditur, quod Græci βάλανον, id est, glandem, siue penis extremam partem, in cuius formam cum melle aluum suapte natura lubricã reddente, atq; subducente communiter effigiatur. Aut cum nepetę farina, etiam cum melle illita, si maluerimus aluum benignius irritemus. Hanc Græci Calamintham, Germani Steinmüntz, uel Kornmüntz adpellant. trahere enim quæ in profundo hæreant ad superficiem, ut etiam menses tum epota, tum adposita efficaciter prouocet, testes sunt Gal. lib. 7. de simplic. medica. facul. Dioscor. lib. 3. cap. 38. Item Macer. Apposita, potuq; suo cito menstrua purgat.

Quemadmodũ aluus mollienda.

Suppositoriũ.

Glans.

Balanus.

Nepeta.

Calamintha.

Puto

Puto autem efficaciter conuulsionibus puerorum herbã quam Heliotropium Greci, Solarem Latini dicunt, aqua elixam opitulari, si eo decocto puerulum laueris. Expedit autẽ multo magnificentius, si oleo irino, cyprino, aut sicyonio illitus, tantus quantus est, incaluerit. A

Conuulsionibus præterea puerorum, quod morbi genus nostræ mulierculæ, die Gicht uocant, herbam quam Heliotropiũ Græci, Latini Solarem dicant, efficaciter opitulari aqua elixã autumat author, si eo puerulus decocto lauetur. Multi nominis hæc herba est. sunt enĩ qui heliotropium, & heliotropon uocent, ueluti plantæ, florisq; huius adpellationes a sole factas, quia ad solem se uertat: aut heliopon quod solem adspiciat: aut solsequium, sed more uulgari, quasi solis sequatur cursum, unde & a rusticis instar horarij, siue clepsydre in rure habetur. Latini, ut Celsus, solarem etiam Græca imitatione quasi a Sole indicata, adpellauerunt. Sunt qui scorpuron, uerrucariam nominent, de quibus adpellationibus eiusdemq; plantæ usu Diosco. lib. 4. capit. 185. & 186. consulamus. Apud Galenum libro octauo de simplic. medicam. facul. Seris, & Cichorium hoc olus nominatur, & sub amarum esse, presertim quod magis agreste sit: ob idipsum ab aliquibus picrida, hoc est, amaram dici. Eiusmodi sententiæ Theophrast. libro septimo, cap. 11. de Historia plantarum reperitur. Duo autem eius esse genera apud singulos deprehendimus authores: unum quod maius, alterũ quod minus inscribatur. Decoctũ eius in aqua fasciculum, potumq;, per inferna bilem, & pituitam trahere Dioscorides tradit. Rupta, conuulsaq; utroq; genere intybi iuuari, Plinius libro uigesimo, capite octauo, contendit, eoque nomine hanc plantam insignit (sunt etiam qui intubum erraticum adpellant, ideoque quod cichorium herba passim crescat) quam Cichorium in Aegypto q; syluestris sit, Serin uero satiuam quasi, ob quod huiuscemodi adpellationibus ueluti discriminari. Germani etiam Græcorum imitatione permoti hanc plantam wegwart, Sonnenwürbel, weglug, cõmuniter adpellant. In summa, in iocinoris, renum, stomachiq; adfectionibus pro familiari, et proficua in usu habet medicina. Expedire porro nõ parũ, si totũ pueri corpus quantũ quantũ sit, huiuscemodi illinet oleis, nẽpe Irino, Cyprino, aut Sicyonio, tanq; comuniter oĩbus excalfacientibus, author indicat. Cæterũ eiusmodi olea eatenus inter se

Conuulsionis puerorum medela. Heliotropium. Solaris. Heliotropon. Heliopon. Solsequium. Scorpuron. Verrucaria. B Seris. Cichorium. Picris. Heliotropij duo genera. Intybum. Intubum erraticum. Olea Irina, cyprina, sicyonia.

C fe cum fuis potentijs difcrepant, quatenus et ipfi fructus ex quibus cō ficiuntur olea diffideant. Iridem enim calefacere, conuulfisq; prodeffe Diofcor. lib. 1. cap. 1. teftatur: quam ita Græci a cæleftis arcus fimilitudine nominant, Romani uero gladiolum, quafi folia gladioli habeat fimilia. Sicyonij olei pręparationem, tum ufum, et excalfaciendi uim, atq; in neruorum uitijs commoditatem, Diofco. lib. 1. cap. 28. indicat, atq; a Sicyone antiquiffima Peloponnefi prope Corinthū urbem gentile nomen fibi ufurpaffe: quo etiam mulieres ad uultus uti nitorem, fcribit. In cuius locum, tum cyprini (eiufdem nominis unguentum Plinius lib. 13. cap. 1. defcribit) nos oleis liliorum, tum Keirino: aut id genus alijs neruos mollientibus utimur unguentis, fiue oleis.

Iris. Oleum ficyonicum. Oleū cyprinū. Oleum Keirinum, liliaceum.

Atqui ubi iampridem dentes erupuerint, fi digitos morfu fauciat, utile erit iridis radicem coctam, neq; admodum ficcam continere; id quod & ulceribus quoq; præfidio eft. Butyrum pariter cum melle illitum ei malo fuccurrit. Poftremo gingiuarum pruritus falfamenti ueteris caro lenit.

Dentibus propemodum eruptis, iridis radicem, de qua modo diximus, coctam, neq; admodum ficcam ori adminiftrandā effe uult: ideo, φ ulcera gingiuarum propulfet, doloresq; obtundat. Eidemq; malo pariter fuccurrere butyrum cum melle illitum: quod remedium in uniuerfum a Galen. lib. 10. de fimplic. medicamen. facul. mutuatū effe uidetur, inquiente. Sed & gingiuis puerorum dentientium adfidue illitum butyrū, nihilo imbecillius melle gingiuas extenuare, per quas exitus pateat dentibus, & alios omnes adfectus in ore phlegmonofos, ubi fluxio prius reftiterit, digerere pariter, ac concoquere. Simili modo Diofcor. lib. 2. cap. 65. infantium dentitiones adiuuare butyrum admixto melle adferit, in quem ufum eo confricandæ gingiuæ fint: prodeffeq; fubiungit, & ante dentitionem gingiuarum pruritibus, qui in infantibus excitentur. Talis pruritus a Diofcor. ὀδαξισμὸς dicitur, tantummodo feftinantibus ad eruptionem dentibus infantem moleftans: quum illa dentitio prorumpentibus tantū dentibus ὀδοντίασις dicatur tefte M. Vergilio. Iftiufmodi ergo pruritum ueteris falfamenti carnem lenire author in lucem protulit: fortaffe, quod falfa cogant, ftringant, condant, ficcent, uidelicet fine euidenti uel frigore, uel calore, ut idem lib. 7. cap. 1. de arte meden. prodidit.

Dentium erumpentiū medelæ. D Butyrum. Odaxifmus. Odontiafis. Salfamentū uetus, quod Græci ταριχὸν appellant, ut carо fale condita. Hinc Tarichia, hoc eft, fuccidia.

¶ De

¶ De Oris ulcere, cui Aphtha apud Graecos cognomentũ est. CAP. X. A



VLcus quoq; oris, cui Aphtha apud Graecos cognomentum est, nuper natis plerumq; incidit, alias quidẽ subcandido, alias rubescente, nonnunq; atro colore: & qualis in adustorum crustis uidetur, quod omnium periculosissimum, & maxime letiferum dicitur.

ἄφθαι, hoc est, Aphthae, oris esse ulcera, non adeo profunda, in pueris praecipue abundare, testis est Galenus in suis diffinitionibus, quae author hic magis abunde docet mox albescere, alias rubescere, alias esse itidem aliquas nigro colore, quae omnia periculosissima sint, & laetalia. Quorum eundem ferme in modum Auicenna libro primo, fen. 3. doctr. 1. cap. tertio meminit. Et lib. 3. fen. 6. cap. 23. Vbi etiã caussas eorum adducit sicuti partim ex malicia lactis uidelicet salsuginosi, & quasi nitro conspersi prouenientis: seu acuti, seu feruidi, seu purulenti lactentis os in lictu, siue linguam excoriantis, & exulcerantis: partim uero ex stomacho tanq; minus exquisite concoquente: unde fuligines acutae ad os, & linguam adscendant, etiamq; non parum ad hocillarum tenerrima particularum cõpositione indulgente. Sic Celsus libr. 6. cap. 11. ea longe periculosissima esse ulcera dicit, quas aphthas Graeci adpellent (ex nostratibus Germani comuniter hęc ulcera, die Brũne uocant) sed in pueris. hos enim sępe consumant: idem in uiris, & mulieribus non esse periculum: eaq; a gingiuis incipere, deinde palatum, totumq; os occupare, tum ad uuam, faucesq; descendere, quibus obsessis non facile fieri, ut puer reualescat. Haud aliter Auicenna hoc malum describit, ulcus scilicet esse in cute linguae, & oris, cum expansione. Quod Plinius plerumq; oris ulcus adpellat sine certa proprij generis adpellatione.

Aphthae. Aphtharum caussae. B

Cui praesidio iris est cum melle, aut arida, si siccam inflare malis. Pulchre itidem subuenire consueuerunt rosarum folia contusa, pariter & earundem flosculi. Crocus, pusillũ mirrhae, galla, thus, cortex thuris, aut una simul, aut priuatim seorsimq;, melle irrigata ac excerpta. Praeterea aqua mulsa,

C quod Græci μελίκρατον nominant: & mali deniq; Punici dulcis cremor, puerorum aphthis succurrere moliuntur.

Aphtharum præsidia. Iris.

Proinde huiuseemodi malo iridē præsidio esse cum melle, aut aridam, si siccam inflare maluerimus, author hic infert, nempe q; ulcera sordida expurget: quia in farinam tusam ulcera explere, & cum melle purgare, Dioscor. libr. 1. cap. 1. recitat. Magnopere hic enitendum est, ut in principio istiusmodi curæ medicamenta tam calida, q̃ frigida ad ministrentur commixta, quę paulułum adstringendo partes confortent oblæsas, atq; modice repercutiant, exacerbationem in ulceribus humorum furibundam obtundent, cum hoc etiam nonnihil abstergant. Quamobrem rosarum folia contusa, pariter & earundem flosculi pulchre dicuntur hic subuenire: tum crocus, & mirrhę pusillum, galla, thus, eiusdemq; cortex, aut una simul, aut quodlibet eorum singulatim melle exceptum. Perpetuo hic obseruandum est, ueluti & in alijs omnibus curationibus, ut lentiori gradu a mitioribus inchoetur, atq; hinc sensim ad grauiora pergradiatur: tunc magis minusque iuxta adfecti exigentem loci qualitatem, aut indatur, aut dematur, siue uarijs modis, nunc ita, nunc multo secius dispensetur. Quod euidenter exempli caussa hic uidebimus. Quatenus enim iris sua calfaciendi ui hæc ulcera extenuat, eatenus & mel extergit, desiccatq;. Rosa uero, siue eius flosculus, sua adstrictoria facultate confortat, ne quid amplius influat arcet, acrimoniam humorum compescit, nonnihilq; refrigerat. At eam si subinde caliditatem, aut adstrictionem nonnihil auctiorem reddi concupiueris, crocum addere potes, tanq̃ in ordine secundo excalfacientem, in primo desiccantem, cum paucula adstrictione, qua concoquendi uim etiam habere, per Galenum libro septimo de simplic. medicamen. facul. traditur. Q; si nonnihil in calfactione, desiccationeue, tum absterſione, superaddere uolueris, utputa si ulcera adparerent humidiora, mirrhæ addas quidpiam, sed perparum, dummodo in secundo ordine excalfaciat, desiccetq;, uerum moderatius abstergat, glutinetque. Vbi uero maiorem adhuc exiccatoriam, tum absterſoriam, tum fluxionū repercutoriam desyderaueris uim, gallas adhibeto, in tertio ordine exiccantes, secundo uero refrigerantes, in uino cocto modice, in aqua uero uehementius adstringentes. Proinde sane si fortiorem adhuc adstrictionem, strenuamq; desiccationem exegeris, thus cum cortice eius adsumito. Videre itaq; licet, quomodo

Rosarum folia.

Canon egregius in omni curatione obseruandus.

D

quomodo iuxta authoris liberam nobis concessam optionem nunc A
his, nunc aliis, nunc in uniuersum, nunc seorsim, quomodo, qualiterue huiusmodi utendum sit rebus. Præterea aquam mulsam, quam Græci μελίκρατον nominent, puerorum aphthis succurrere hic perhibetur: fortassis, ꝙ humores crassos, uiscidos, abstergat, digerat, extenuet, atq; nonnihil refrigeret. cuius confectio in processu præsentis libri cap. 96. habebitur, de qua ibidem nonnulla uerba erunt facienda. Ad hoc punici mali, siue granati dulcis in præsenti casu commendatur cremor. Quare autem dulcem istiusmodi mali cremorem seligat, quū potius acida, atq; infrigidantia, adstrictoriamq; habentia facultatem ab aliis in hoc casu eligantur authoribus, nõ satis ratiocinari possum: inde quod dulcia puero fore gratiora, aut ut Dioscorides lib. 1. cap. 13. placet, stomacho quasi sint utiliora: cui tamen Plinius refragatur sententiæ, libro uigesimotertio, capite septimo, ubi punica esse dulcia, quæ Apyrima alio dicanrur nomine, sed stomacho inutilia refert, attamen ex acerbis medicamentum stomaticū uocari, utilissimum oris uitiis, narium, & aurium, oculorum caligini, pterygiis, genitalibus, B
& his quæ nomas uocant, & quæ in ulceribus excrescunt. In eadem quidem sententia perstare Dioscorid. loco prius inducto reperimus, adserentem, ꝙ expressum ex punicorum acinis (intelligimus uuidam acinorum carnem, siue cremorem, aut succum, aut liquorem, aut decoctionem) addito melle (atq; ita proculdubio decoctum) contra oris, genitaliumq;, sedis ulcera utilissimum esse. At si talia lenia medicamenta parū proficere cernamus, alii adhibenda esse inhorrantur, quæ adurendo crustas ulceribus inducant: quorum ampliorem in eiusmodi, tum aliis curationibus modum non est animus ad unguem explicare, sed tantum Aeginetæ nostri, alias mirum in modum compendiosam doctrinam, nõnulla explanatione dilucidiorem reddere. Qui exactiores, ceu cornucopiam circa hæc, & alia curandi genera indicationes desyderat, hos apud quoslibet authores quærat. Nos ea quadantenus in authore nostro breuitate contenti, qua ne mens eius saltem obtenebretur, aut extenuetur, oblittereturue.

Aqua mulsa. Melicratum.

Malum punicum, siue granatum.

C



¶ Ad Femorum intertrigenes. CAPVT XL.

ADuersus intertrigines (quę Gręci παρατρίμματα, Romani nunc attrita, nunc confricata mẽbra appellãt) feminũ, myrtus sicca, & cyperus, & rosæ magno cõmodo inspergũtur.

Intertrigines. Attrita. Confricta. INtertrigines leuissimum mali genus, quod Plin. nunc attrita, nunc confricata adpellat membra, qualia angusti calcei atterẽtes, & urentes in pedibus efficiunt, quod malum nostræ mulieres, die Frette uocant: aut qualia confricatis longa equi uectione, in interioribus feminibus, hoc est, fœmoribus, aut aliјs partibus, ex aliјsq; caussis adcidunt. Myrtus. Myrtus sicca inspergenda est eiusmodi malo: ꝙ adstringat, & inspersa humentibus alarum, & femorum uitiјs medeatur, iuxta Dioscor. lib. 1. cap. 133. Oleum Myrteum. Hoc idem Myrteum oleum præstare, idem author lib. 1. cap. 40. commonstrat. Cyperus. Itidem & cyperus in hoc commendatur casu, quia excalfaciat pariter, & desiccet absq; mordacitate: & ꝙ ulceribus præ nimia humiditate cicatricem difficulter admittentibus mire conducat, teste Galeno lib. 7. de simplic. medicam. facul. Hinc Macer ait de cypero. Subuenit alarũ uitiјs admixtus oliuo Succus, sic uitiũ fugat intertriginis unctum. Rosæ. Haud secus & rosæ casui committuntur D præsenti: quas siccatas, easdemq; tritas, femorum intertriginibus inspergere, Dioscor. lib. 1. cap. 115. indicauit.



¶ Contra Aurium humectationes. CAPVT XLI.

HVmecta aurium uicia, lana ex alumine indita, arefacito: uel œnomelite, quod est, uino mulso, uel uinum perantiquum in aurem instillato, uel crocum deniq; ex uino tritũ, stillatim immittemus.

NOn rarenter pueri humecta aurium uicia incurrunt: quum sint admodum humidi, udumq; habeant cerebrum: quibus malis Alumina. lana ex alumine indita medebimur. eo ꝙ alumina calefaciendi, adstringendi, repurgandiq; uires possideant, maxime tum authore Dioscо. lib. 5. cap. 77. ꝙ aurium destillationibus mirifice prosint. Oenomelite. Aqua mulsa. Vel Oenomelite eiusmodi succurrimus uicіјs, quod est aqua mulsa: de qua in mellis operibus apud Plini. lib. 22. cap. 24. tractatur: quam infundi & auribus,

A

& auribus, & genitalium fistulis commodissime ibidem traditur. Vsus eius olim erat frequentior quam nunc sit, etiamque non parui emolumenti: quum Pollioni Romulo, ut idem recitat Plinius, centesimũ excedenti annum, maxime uigorẽ animi, corporisque custodierit. Quas autem in se commoditates contineat, siue quomodo confici debeat, Dioscor. lib. 5. cap. 8. describit, ueterisque, tum recentis differentiam interponit. Attamen in quibusnam morbis, quas, aut quales habeat uires, Hippoc. lib. 3. de ratio uict. in mor. acu. demonstrat. Proinde uino perantiquo in aurem instillato, etiã istiusmodi uicijs adiutrices porrigimus manus. Vetusta enim uina, & dulcia, renibus, uesicæque adcommodata esse, tum uulneribus, inflammationibus succidæ lanę ex ijsdem utiliter imponi, Dioscor. lib. 5. cap. 6. tradit: hisque etiam utiliter foueri phagedenica, & quæ in destillationes fluant ulcera. Peruetustũ enim uinum plus caliditatis, ariditatisque habere quam recens, Gale. lib. 8. de simplic. medicam. facul. ratificat. Præterea crocum ex uino tritum, stillatimque auribus immittimus, quia ad hoc quod maturet crocus, molli et, leniterque adstringat, aurium remedijs utilissimum esse Dioscorides lib. 1. cap. uigesimoquinto protulit.

Pollio Romulus.
Oenomelitis, siue aquæ mulsę confectio, & commoda.

Vina peruetusta.


Crocus.

B

¶ De Capitis infantium ardoribus, quos Syriases uocant. CAP. XIII.



INflammatio partium circa cerebrum & eius panniculos mẽbranasue (quos μηνίγγας Greci nuncupãt) in infantibus Syriasis est. Concauum in ea fit synciput, cõcaui itidem cum pallore oculi: accedit etiã totius corporis ariditas. Succurrit huic malo infantium syncipiti cum rosaceo luteũ oui (quem uitellum dicunt, siue rubrum) pigmenti modo impositum, sic tamen, ut assidua mutatione renouetur. Aliud contra syriases præsidium. Conuenit eidem quoque loco, caluariæ scilicet, infantium herbæ, quam Græci alias heliotropium, alias scorpuron, Latini solarem adpellant, folia, cucurbitæ ramenta, cucumeris, quem peponem uulgo nominant, adiacentem carni pelliculam, aut hortensis solani cum rosaceo cremorem imponere.



C

Meninx membrana, quarum duæ sunt piæ ac duræ matres uocatæ.

Inuolucra.

Capitis ardores

Apostema sitibundum.

Oui luteum, uitellum, rubrum.

INfantium Syriasis pulchre a Paulo hic describitur, ꝙ inflammatio quædam sit partium circa cerebrum, & eius panniculos, quos Meningas uocant, hoc est, membranas ut cerebrum amplectentur duas: quarum una interior sit rubentior: exterior altera solidior, quas uulgaris schola piam, duramq; matres hactenus adpellitauere. Vocanturq; etiam Inuolucra: ꝙ circa medullas inuoluantur, cerebro nutrimentum adferentes. Eiusmodi mali adpellatione latini carent: nisi ꝙ Plin. lib. 20. cap. 3. ardores capitis adpellet: Auicennæ uero interpres, apostema sitibundũ: fortasse, ꝙ curatio eius maxime refrigerantia, humectantiaq; desyderet, quemadmodũ luteũ oui, siue uitellũ, siue rubrũ, si cum rosaceo instar pigmenti syncipiti imponat: sic tamen, ut continua mutatione renouet. Oui luteũ tostũ, additis rosaceo, & croco, utile oculorũ doloribus esse, Diosc. lib. 2. cap. 44. adserit. Ad hæc eodem

Heliotropium.

loco imponere iubet herbã, quã Græci heliotropiũ, Latini Solarem uocent, de qua superius cap. 9. dictũ est, iuxta Diosc. lib. 4. cap. 185. autoritatem euidentissime demonstrantẽ. Solaris maioris folia utiliter imponi podagricis, luxatis, et capitis ardoribus in infantia, quos Græci syriasim dicant. Identidem lib. 2. cap. 123. ostendit. Cucurbitæ ramen

D

ta contra capitis in infantibus ardores, quos syriasim uocent, utiliter emplastri modo syncipiti imponi. Itidem eodem libro cap. 124. superiorem peponis corticem, qui quasi syncipiut, & umbilicus eius sit, in capitis inflammatione, quam syriasim dicunt, infantium syncipiti utiliter imponi infert. Notio hic est, ꝙ cucumis sit quasi primum, & su-

Cucumis.

premum genus horum omnium, cui statim differentia aliqua, ne ambiguæ significationes relinquantur, est adijcienda. ut sunt pepones, & melopepones, figura tantum, et quantitate, ut nõnulli existimant, inter se differentes: quarum totum genus aliqui Melones, quasi μήλωνα,

Melones.

a malorum figura adpellant, quę per uulgus Erdöpffel nominantur, de quibus in successu suo in loco uberius differendum erit. Porro hortensis solani cum rosaceo cremorem siue succũ huic imponi malo iubet author, quod Solanum Græci Strythnon, aut Trythnon, ut Gal. lib. 8. de simplic. medicam. facul. adpellant, nostri uero Solatrum, & uulgares herbularij Nachtschatten nuncupant. Istiusmodi communiter authore Diosc. lib. 7. cap. 69. 70. 71. & 72. quatuor exponuntur genera. Satiuum scilicet, hortenseq;, hoc est, cibarium. Mox Halicacabi cognomento secundũ, quod uesicariam Plin. lib. 21. cap. 31. uocat, seplasiarij Alkekengi, quia diureticum est, & lapidem expellit. Tertium somnificum.

Solanum hortense.

Strythnon.

Trythnon.

Solatrum, quorum omnium quatuor ponuntur genera.

Alkekengi.

somnificum. Postremum manicum, quasi insaniam faciens. Omniũ ad refrigerandũ plerumq; solanorũ usus obseruat: quũ aliquibus maleficij periculũ magis q̃ remediũ insit. Sed q; hoc hortẽse præsenti proficuum sit casui, Dioscor. attestant uerba, referentis, Eodẽ insp. egunturaddito rosaceo infantes in capitis ardore, quem syriasim dicunt. A

¶ Puellorum, & reliquarũ deinceps ætatũ, usq; ad eã quę uigorẽ transiluisse uidet, educatio. CAP. XIIII.



Bi iam ablactati fuerint infantuli, relaxato utcunq; animi fræno, suo modo in hilaritate, animiq; securitate uitã ducere permittentur. Exercitia ludicra, leuiaq;, nutricatus item minime ponderosi sunt admittenda. Verum simulatq; sextum iam, primumue septennium attigerint, tam sane puelli, q̃ ipsę quoq; puellæ, pædotribis mansuetis, non immanibus tyrannis, at humanis cõmittendi sunt. Ei nanq; cum summa animi tranquillitate, ac gratia, tenellos animos cũ literis tum moribus pulchre imbuunt. Et certe animorum securitas, relaxatioq;, haud parum ad uegetam corporis educationẽ momenti adferre liquido constat. B

Circa primum septennium, & pueri & puellæ literatoribus, tradantur benignis.

QVum ætas ab ætate frequenter & in poëtarum, oratorumq; scriptis quando de infantiæ, puericiæ, atq; adulescentiæ loquuntur iudicio distinguatur, non alienum erit, si & medici omniũ uitæ partium naturam, siue ad conseruandum corporis incolumis statum, siue ad temperandas pharmacorum mistiones, cognoscendam nonnihil accuratius pręcipiant. Quemadmodũ Horatius, ut cuiusq; ætatis decorum in recitandis obseruaretur personis præceperat,

Aetatis ab ætate differentia.

Aetatis cuiusq; notandi sunt tibi mores,
Mobilibusq; decor naturis dandus, & anuus.

Horatius.

Haud aliter & a medico quilibet uitæ status, siue ætates, qui inter sese differant, studiosissime contemplandi sunt, si saltem corpus sanũ in natiuo statu conseruare, aut lapsum corrigere uoluerit. Ob quam rem puellorum, & reliquarum deinceps ętatum usq; ad uigoris inclinationem

C nationem excedentium educationem hic author præscribit: præcipue tamen, quum omnis bonę ualetudinis conseruatio, iuxta Gal. aliosq; authores, aut ex ambientis aëris adhesu, aut ex motu & quiete: aut ex somno, & uigilia, aut ex his quæ adsumuntur, aut ex his quæ excernuntur & retinentur, aut ex animæ adfectibus consistat, de singulis suo ordine mentionem facturus. Atq; ubi primam ætatis portionem, id est, infantilem ętatem absoluerit, ad reliquas naturali instinctu progreditur. In septem enim spacia Hippoc. tum alij Græci, uitæ digesserunt partes: uidelicet in Infantiam, cuius finis septimus: Pueritiam, cuius decimusquartus: Adulescentiā, cuius duodetrigesimus: Iuuentam, cuius trigesimusquintus: Virilē, cuius quadragesimussecundus: Senectum, cuius quinquagesimussextus: Senium, cuius nouissimus uitæ humanæ existit annus. Vbi igitur puer a lacte abactus sit, animum eius nonnihil relaxare instruimur: ut in gaudio, atq; securitate uitam degat: ne ex aliquot eius adfectionibus prauis, etiam corporis constitutio inuicietur quidpiam. Reciproca nanq; quasi contagione, unum ab altero facile inficitur. Exercitia præterea sint ludicra, siue leuia: non fortia, quæ sufferre nequaq; ob corporis imbecillitatē possent: haud secus & nutricatum ponderosum. Verum ubi iam sextum annum, siue septennium attigerint puelli, puellæq;, pędotribis D mansuetis demandandi sunt. namq; hoc ætatis animum quoq; finxisse aptissimum esse, Galen. lib. 1. de sanita. tuenda profert, idq; potissimum cōsuetudinibus probis, & grauibus disciplinis, quæ animo modestiam pariant. Quippe ad ea quæ sequente ætate circa corpus eius moliri oporteat, maximo compendio esse, animi modestia, & ad parendū facilitas. Quæ enim ad mores spectent, hac maxime ætate perfici, absoluiq;, conuenire. Curandum itaq;, ne quo semel illam in pueris datam ob ætatis facilitatem omittamus occasionem, qua semel amissa, postea non tam facile recuperanda. Ait enim Horatius.

Valetudinis bonæ conseruatio ex quibus constat.

Vitæ partes in septem digeruntur partes.
Infantia.
Pueritia.
Adulescentia.
Iuuentus.
Virilis ætas.
Senectus.
Senium.

Horatius.

Reddere qui uoces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, & ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusq;, & aprici gramine campi,
Cæreus in uicium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisæ, prodigus æris,
Sublimis, cupidusq;, & amata relinquere pernix.

Porro

Porro quicquid circa puerorum ad uegetam corporis educationem molimur, totum tranquillitate, gratia, eorumq; animorum securitate, relaxationeq; efficiamus. quia obsequio flectimus, nō infringimus curuatum ab arbore ramum. A

Qua ętate serijs studijs incumbendū pueris.

Duodecimum pueri natalem ubi iam peregerint, Grammaticos, & Geometras uisitare, corpus ipsum in palæstra exercere, calcaribus nonnunq; additis, necessum est. A quarto & decimo anno ad uigesimum usq; primum, mathematicis, ac philosophicis rationibus sedulam nauent operam, & difficiliora magis exercitia, pro corporis fortitudine, subeāt: quo animum ac corpus iuxta exercitantes, a Veneris stimulo coerceantur. Illis tamen eligendi, & præstandi sunt tua munera Bacche.

Pueri duodecim annos nati dietæ.

Duodecimum ubi annum pueri peregerint, Grammaticos tunc, & Geometras uisitare, atq; corpus in palæstra exercere debent, donec uigesimum attigerint annum: tunc mathematicis, & philosophię incumbere, more Galen. qui se statim ab adulescentia philosophiæ studio captum, primumq; se ad ea contulisse, de seipso lib. 9. cap. 4. de meden. meth. fassus est. quibus ceu mens magis acuatur studijs, subindeq; grauior, & quadam integrior ui, robustior, animosiorq; reddatur. Huiuscemodi enim studijs natura suopte ingenio bona, redditur melior: & mala castigatur, corrigiturq;. Subeant præterea hoc temporis exercitia magis difficiliora, quo animus, ac corpus iuxta exercitētur. Nanq; a secundo septennio usq; ad tertium expletum, si ad robustissimum corporis habitū prouehere hominem cupiamus, Galeno tunc magistro, aut militem strennuū, aut luctatorem, aut alias uiribus insignem destinabimus uirum. Ad hæc, eiusmodi studijs facilius eum a Veneris usu arcemus, multumq; uini usum auertimus, ex quo multa tam animi q̃ corporis exoriantur mala. Quare Galen. pueritiam a uino abstinere uult: adeo, ut ne gustare quidem suaserit. Quippe, pueri humido calidoq; temperamento sint, & hoc haustum nimium humectet, calfaciatq; corpus, caput halitu repleat: quod tamen perniciosum sit in pueris contingere, ob insignē caloris, humorisq; excessum: eoq; deterius, q non solum corpori, uerumetiā animo ex eo damnū adcedat: quia ad iram, & libidinem præcipites faciat, tum partem ani B

Pueritia a uino abstineat.

C mi rationalẽ hebetem, turbidamq́ reddat, ob q̃d iam adultis, non nisi modice sumptum utile esse. Adulescentibus itaq́ illis tunc sensim eligenda, & præstanda sunt tua munera Bacche, quasi ad bilis excrementa uel mitiganda, uel expellenda, non sane inutilia, taliaq́ per sudores, & urinas uacuantia.

In summo uero ætatis incremento, absoluta numeris omnibus uictus ratio tum animi, tum corporis exigitur: proinde nullo non exercitiorum specie utendum, maxime quibus singuli operam dare consueuerunt. Cibos abundantiores, plenioresq́, inculpatæ alimoniæ, usurpent.

Aetatis summi incrementi regimen.

In summo uero ætatis incremento, quod circa medium quarti cõsistit septennij annorum, hoc est, a uicesimo quinto, usq́ ad quadragesimum quintum, tunc uictus ratio, quæ plane tum animo q̃ corpori congruat, itidemq́ seligatur exercitiũ legitimum: q̃d facile ex optima corporis constitutione prius adquisita intelligimus. quia naturã quando modo sit alacris ad omnia subeunda, promptaq́, quia optime iampridem instituta sit, postq̃ satis se exercitatã, siue in aliqua uersatam reduxerit, mox ab ea cessabit opera: tum cibo potuq́ eatenus

D uescet, quatenus salubrior fuisse experta sit: neq́ plus eorũ sumet, q̃ necessum fuerit. sic sanũ, incolume, optimeq́ institutum efficiet corpus, mensq́ actutũ emanabit sana, libera, & inculpata, oĩbus tam animæ q̃ corporis insultibus facile succurrens. Quę enim ad mores pertineant, qua maxime ætate perficiantur, absoluanturq́, per Gale. uerba prius ostensum est: q̃ si & corporis membra roborari hactenus studuerimus, per sanũ habitũ, & incrementũ facile comparabimus. Sed ut etiã rationalis pars in adolescente ornetur, non utrobiq́ eadem uictus ratio ex usu erit. Nanq́ ut nulla nõ exercitiorum specie utantur, maxime quibus singuli operam dare consueuerunt, siue ad corporis robur firmandum, siue ad alimoniæ cibum in uitæ usum quærendũ: quorum tot numero esse Galenus dicit, ut difficile uideatur, omnes uitæ species certo complecti numero. Et ueluti in corporis alitione, ciborum ut inculpatæ sint alimoniæ, atq́ nonnihil plenioris iuxta illius ætatis statum ratio maxime est obseruanda: ita & in animi educatione, ut mens sobrie, & philosophicis imbuatur ornamentis, omnibus modis est elaborandum: monente etiam nos ad id efficiundum Flacco, Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu. Vasi

quod

quod imbuitur laticis, facile effluit, perpetuo tamen odore inibi ex eiusmodi conceptus permanente. A

Quibus uero iam ætatis suæ status Senium uersus declinat, ijs uictus philosophicus & frugalior tam animi quam corporis impendio confert. Cæterum exercitationis omne genus, pro ætatis ratione perpetuo relaxandę sunt: deq; pleniore alimento, pro inclinationis modulo usq; subtrahendũ frigore iam eorum habitudinem corripiente. Aetatis habenda ratio.

Sub extrema ætatis inclinantis (quam Græci παρακμαστικὴν uocãt) parte, Senium inchoat, cuius ut seruetur ualetudo, edendorum bibendorumque natura in qualitate, quantitate, et facultate exquisitissime est perpendenda: scilicet ut nec plura, nec pauciora capiantur q̃ quæ concoqui, distribuiq; possint, ut bene nutriant, nulloque superuacui uel deficientis admisso. Quamobrem Galen. lib. 1. Aph. 13. super Hippoc. q̃ senes facillime ieiunium ferant, sententia, ait, senes ciborum tolerare paucitatem: deinde qui ætatem consistentem habeant, sed eos qui ad extremam senectam attingãt, etsi non possint longam tolerare inediam, paucis tamen indigere cibis. namq; eos tale quidpiam pati, B quale lucernis pene extinctis adcidat, quæ continuam olei exigant suffectionem, multam tamẽ & subitam simul nequeũtes sustinere. Exhibendam itaq; esse uniuersam multitudinẽ paucam, quæ etiam in multas partiatur portiones. In talibus enim inediam iniungere longam, exitiosum esse. Proinde in exercitationibus ad priorem modum qualitas, quantitas, & facultas obseruandæ sunt: peruidendumque, ut moderate, mediocriterq; tales fiant, atq; ut singulis corporis partibus æquabiliter adhibeantur. Senum equidem corpus postulare, Galenus libro quinto de sani. tuenda adserit, non secus q̃ iuuenum, ut dimoueantur: ne insitus alioqui calor in his extinguatur. Ad hoc, corporum in ætate florentium, iuxta Hippoc. reperiri, quæ quidẽ quietem postulent: minime tamen quietẽ senibus competere, neq; exercitiũ uehemens nõ obesse posse: quũ calor senilis excitari, adcendiq; ceu uentulo quodam desyderet, quem uehemens motus facillime dejciat, aboleatq;. In summa, exercitationes, alimẽtorumq; exhibitiones, & alia id genus, ne excessus mediũ transiliant, perpetuo pro ętatis ratione, uel sunt augendæ, uel relaxandæ, iuxta uulgaria medicorum

Senij in ualitudine conseruanda ratio. Paracmasticę.

 præcepta:

C præcepta: tum de pleniori in inclinante ętate alimento obseruandum, ut nonnihil subtrahatur, præcipue frigore iam totum senile corpus corripiente, iuxta Hippoc. lib. 1. Aph. 13. placitum, senibus parum calidi innati esse, paucis propterea fomitibus egere: quia a multis extinguerentur. Itidem crescentes plurimum innati habere calidi, plurimo igitur egere alimento: ne alioqui corpus absumatur.



¶ De Frictione præparatoria, quam παρασκευαστικὴν Græci nominant.

CAPVT XV.

Exercitationem mediocris quædã corporis calfactio præcedat, syndone crudiore scalpentes, mox nudis etiam palmis oleo madentibus confricantes, tantisper, quoad abunde calefiat, & mollius reddetur corpus, floridoq; rubore suborto, iusti ac decentis habitus moles inducatur.

Vita ad aliquot años perdurat, & protrahitur, minime tamen in perpetuum.

Porro qui optimum corporis nactus est habitum, ne ullo morbo quod fieri potest unq; tentetur, licet mortem quod semel natum est effugere nequeat, commodissime tamen prouidebit, ut in plurimũ eius uita perduret tempus: quodq; eo facilius impetrabit, quando co D mestorum, bibitorumq;, sine quibus esse nõ possumus, propterea q̃ indesinenter e corpore nostro aliquid semper defluat, curã, rationemq; habebit, ut ab his superuacanea excrementa relicta, debitis excernantur modis. Sunt autem huiuscemodi excernendorum uariæ species, quæ aut in uentre perficiantur, aut in iocinore, arterijs, & uenis: aut aliæ eorum per singula quod distribuitur membra alimenti, cuiusq; tamen sua sit uacuatio. Indidit enim natura animalibus instrumenta, ut alia sint quæ excrementa ipsa repurgent, atq; separent: alia quæ deducant: alia quæ excernantr. Multis præterea ex caussis, singula excrementorum genera aliquando in corporis continentur partibus: adeo etiam, ut non raro per singulas animalis particulas congerantur, & copia sui, tum crassitudine, tum lentoreque remorentur: præterea ob caloris imbecillitatem, qui dissecare, soluereque talia deberet: siue ob transitus alicuius angustiam. Quum autem ex caloris imbecillitate, qui talia excrementa resoluat, atq; tenuet, ab exercitandi defectu proueniat, unde & mox innumera subsequantur incommoda, haud imprudenter de exercitij modo, fructu, et generibus

Excernendorũ species uariæ.

in

in futurum auget. Namq; exercitia soluere excrementa possunt, tum per sudoris meatus eijcere, & ipsa membra firmiora reddere, naturalemque calorem accendere, & ex partium inter se attritu, duriciam quandam membris, indolentiamq; comparare. Sunt præterea tria sanitatis tuendæ genera, in quibus sanitatis tuendæ studium consistit. Primum, sunt corpora, & quæ iam sint sana, & quæ eo statu seruanda sunt. Alterum, sunt signa, corporum adcidentia, ex quibus corpora ipsa dignoscuntur. Tertium, sunt caussæ ex quibus sanitatis custodia perficitur. Quarum materia quatuor complectitur generibus, uidelicet Admouendis. ut sunt cibus & potio, atq; medicamenta quæ intro sumuntur: similiter & aër qui attrahitur. Faciendis. ut sunt frictio, ambulatio, uectio, equitatio, atq; omnis motus, exercitatio, somnus, uigilia, & uenus. Ex foris incidentibus. ut est aër primus nobis circundatus, lauacra, unguenta. Educendis. ut retentionis caussæ contraria caussa semper admoueatur: quarum omnium materiam ad salubrem uictus rationem pertinentem, uires earum habere compertas necessum est: quando hinc dexter oriatur usus, qui in opportuno cuiusq; tempore, ac modo uere depræhendi potest. Quemcunq; aut nulla talis cognitio materiæ latuerit, recte ὑγιεινόν Græci adpellari uoluere: sicuti illum qui ea quæ pertinerent ad exercitationes calleret, gymnasten. Quemadmodum uero aliquis debito tempore, mensuraq; se exerceret, atq; singularum actionum ordine congruo, decentiq; utatur qualitate, statutum est in præsentiarum exequi: postea uero & de reliquis, ut de alimenti ipsius tempore, modo, ordine, qualitate, alijsq; materiebus summatim modo nominatis, per capita ipsa nonnihil fusius agendum erit. Non temere itaq; ab exercitio, in præceptis tuendę sanitatis tradendis, authior noster exorsus est, iuxta Hippoc. præscripta: qui duobus in locis haud uulgaribus, nempe Aph. 16. lib. 2. tum in. 6. morborum popularium libro toties inculcat, laborem debere cibum præcedere: tum laborem, cibum, potionem: somnum, uenerē: omnia mediocria esse debere: quasi sanitatis tutelam a solo labore auspicaturus esset, quem deinde cibus, potio, somnus, & uenus excipiant. Discernendum prępterea hic est, an labor, motus, & exercitatio idem sint, nec ne. quia non quemuis motum exercitationem esse in processu sequentis capitis notabitur, sed tantum eum, si quis uehementior extiterit. Quum autem duplicia exercitationum genera ad sanitatē conseruandam reperiantur: unum quod ad excrementorum inanitionem

A

Sanitatis tuendæ genera tria.

Gymnaste.

B

Exercitij legitimi tempus & mensura.

Labor, Motus, Exercitatio an idem sint.

Exercitationū ad sanitatem cō seruandam genera duplicia.

C conducat: aliud ad euexiam, hoc est, commodã corporis habitudinem: & uehementior motus ille exercitatio sit, ex qua tria in corpore perficiantur. Vnum uidelicet, membrorum duricies ex mutuo ipsorum attritu, ut minus ex laboribus adficiantur corpora, tum ad labores robur aliquid firmetur. Alterum quod hic perficiatur, genuini caloris est augmentum, ex quo deducendorum in corpore ualidus fit attractus, atque immutationes magis expediuntur, tum nutritiones magis feliciter succedunt, ut singulæ corporis partes melius perfundantur. Tertium autem est, spiritus citatior motus, per quem omnes expurgantur meatus, excrementaq; pelluntur. Quo autem talis exercitatio magis præstet exercitantibus se, sane eius utendę statuendum erit, in primis ipsis excrementis, quæ uel in uesica, uel in aluo inferiori contineantur expulsis. Verendum enim, parum ne quid ex his in corporis rapiatur habitum, quod caloris ui correptum sit, qui per exercitationem est accensus. Corpus itaq; molliendum esse priusq; ualentiores motus adcedat, excrementaq; extenuanda, & exigui corporis meatus laxandi: ne solidarum partium quæpiam aut rumpatur, aut conuellatur: neq; excrementa spiritus impetu impulsa, meatus prædictos obturent. Ob quam rem corpus sensim calfaciendum, & solidæ partes molliendæ, humoresq; tenuandi, & exigui meatus laxandi: ne ullum rupturæ alicuius, aut obstructionis exercitato impendeat periculum. Sic recte quidem frictione hac, quam etiam author noster cum Galeno uocat pręparatoriam, utemur, cuius metam, finemq; esse in secundo de sanita. tuen. libro aperit, ut solidę molliantur partes, humida soluantur, corporis exigui meatus laxentur. Cuius etiam utendi modum, siue formam in eodem depingit libro: unde licet linteolo totum corpus mediocriter fricandum esse, prius tamen calfaciendum, moxq; oleo fricandum. Neq; tum protinus adcedendum ad pingue Galenus censet, anteaq; cutis incaluerit, & meatus laxentur, q; corpus præparatum, aptumq; sit ad oleum capiendum. Manuum præterea circumactus debere paucos esse, minimeq; compressu graues, non nimium celeres: huc tantum directi, ut corpus sine cõpressu calefaciant: quibus decenter peractis, floridus rubor per totam diffundatur cutem: tunc igitur pingue inducatur, & nudis manibus medio quodammodo inter molle, durumq;, modo infricetur: quatenus corpus neq; sit coactum, neq; constrictum, neq; ultra q; par sit laxum, remissumq; reddatur, sed legitimum naturæ seruet modum. De eiusmodi

Motus uehementioris exercitatio tria in corpore perficit.

D

Frictio præparatoria.

eiusmodi infricandi corporis modo fusius apud eundem, si libuerit, reperies authorem. Sufficiat hic nos scire, omnis præparatoriæ ante exercendum frictionis scopum esse, ut corpus molliat, mollis, duræq; mediam qualitatem dominari faciat, & pro eiusdem qualitatis ratione, quidquid reliquum est, ut docet Galenus, exigi. Omnes, in summa, frictionis effectus sunt isti: rara densare, & mollia durare, quia dura hæc esse conueniat: præterea dura mollire, & densa laxare, quia hæc ut sint mollia, oporteat. Item carnem augere, siue minuere quando opus sit. Ponuntur porro Frictionum duæ: quarum una, de qua hic dictum est, ad exercendum corpora præparat: quare præparatoria adpellata. Altera, quę post exercitationem adhibetur, ipsisq; exercitationibus subseruit, quæ apotherapeutice græce dicitur, latine recuratoria: cuius in sequenti capite mentio facienda erit: quasi plusculo administrata oleo, simul pinguetudine humectet, & solidas emolliat, & quæ in habitus (ut Galenus eam describit) meatibus continentur, euaporet. De utrarumq; modo, siue usu, si ampliorem desyderaueris materiam, penes eundem Galenum, satis copiose expiscaberis. A

Frictionis omnis effectus qui sint.

Frictionum duę sunt: quarum una præparatoria, altera apotherapeutice, id est, recuratoria dicitur.

¶ De Exercitationibus.
CAP. XVI. B



VEhementior corporis agitatio, siue motus, exercitatio est: meta autem uehemētiæ esto, animæ ad spissitudinem alteratio.

Exercitij fructus.

MOre Galeni, non quemuis motum exercitationem uocari uult, sed eum tantum qui uehementior sit. Eorum autem quæ ad aliquid dicuntur, idem ait, quoddam uehemētius dici: atq; ita fieri, ut idem motus alteri sit exercitatio, alteri uero minime. Verum aūt uehementiæ terminū, quo minus in hoc erret, anhelitus esse alterationem: quia in quibus nulla fiat anhelitus mutatio, hos nō iure exercitationes uocari. Labores itaq; ualidiores, uehementioresq;, q̄bus ex seipso calor in homine augeat, quibus q; corpus modo robustius reddat, modo celerius & ad oēm motū expeditius, cōmuniter exercitationes uocari, proprie uero & a loco apud Gręcos una adpellatione γυμνάσια dici, quæ loca sint publice extructa ungendi, fricandi luctaturis, discumq; iactaturis, aut tale quidpiam facturis confluentibus.

Exercitationē non quiuis motus efficit, sed qui sit uehementior.

Vehementiæ in exercitatione terminus.

Labores qui exercitationes uocandi.

Gymnasia.

C Exercitationes porro instrumẽtales, corporis partes præparant, quo minus adficiantur, & robustiora, atq; infracta ad operationes quasq; reddantur: ad hæc, ut cibi ualidius ab ijsdem attrahantur, promptius permutentur, & inde alant liberius, emoliuntur: ob inductum ex uehementi pulmonis motione feruorem. Præterea non meatus tantũ expurgant, sed redundantias etiam corporis ferme omnes, uehementes pulmonis motus conficiunt, & euacuant. Quoniam ergo in culpatior alimẽti in corpus, eiusq; partis distractio (quę uulgo digestio, Græcis ἀνάδοσις dicitur) fit, quum nulla neque plenitas, neq; ulla etiam cruditas tam retrimentorum, quàm humorum, siue in uentriculo, siue in intestinis adcumuletur (periculũ quippe ingens, ne ante in totius animantis partes rapiantur, quàm coctura probe conficiantur) liquet, exercitationes oportere cibi susceptionem præcedere.

Exercitij fructus.

Labor cibum præcedat.

Ex eiusmodi equidem exercitationibus, præter hoc quod instrumentales corporis partes præparentur, ut eo minus adficiantur, tum robustiora, & quasi infrangibilia ad quascunq; operationes obeundas reddantur membra, etiam cibos ualidius ab ijsdem attrahi, promptiusq; permutari, & alere liberalius efficiunt. Ob quam rem Gale. lib. 2. de sanita. tuen. ait, quando exercitatio talia præstet, operæprecium quidem esse, tempus utendæ eius statuisse. Quum enim alimenti in corpus, eiusq; partes distractionem iuuet (quam hactenus rude uulgus, digestionem nominauit, & præter alia significata, etiam pro eo quod est διαφορεῖν sumpsit, id est, discutere: nos teste Galeno in suis diffinitionibus, hanc cibi distractionem uocamus, quam Græci ἀνάδοσιν uocant, eamq; a natiuo calore in totum corpus, eiusdemq; partes cũ propria mutatione fieri, & confectione dicimus: etiamq; a concoctione in hoc differre, quod hæc per natiuum calorem in stomacho solummodo fiat: illa uero, quia quod per eundem calorem coctum sit, in diuersas huc, illucq; digerat partes, diligenter aduertendum est, ne quid cibi crudi, incoctiq;, aut succi multitudo, uel in uentre, uel in uasis contineatur: ne periculum quoddã ex eo obueniat, scilicet, ut anteaquàm per maturam concoctionem tale quidplam utile fiat, in omnes prius animalis

D

Distractio. Digestio.

Anadosis.

malis rapiatur partes. Igitur post exercitationem comedendũ esse studiose docemur, etiam admonente superius Hippocrate, Laborem debere cibum præcedere: atq; in Aphor. 10. lib. 2. commonstrante, corpora quæ impura sint, atq; perparum ab excrementis perpurgata, quo magis ea nutriamus, magisq; ea lædamus. A Labor cibum præcedat.

Porro opportunitatem, atq; adeo temporis occasionem lotij color arguit: quippe aqueum, crudum etiamdum succũ ex uentriculo redditum pręfert. Rubrum uero ac biliosum, concoctionem iampridem ad unguem absolutam insinuat. Quod uero utcunq; ac modice pallet, inchoatam nunc primum cocturam portendit. Tum igitur exercitationibus manus admouendæ, uesica prius uentreq; exonerato. Concoctionis, & cruditatis notio ex lotio.

Commodissimum itaq; exercitationis tempus esse Galenus ostendit, quando hesternus cibus duplici concoctione iam prorsus sit confectus, cum ea quę in uentre, & quę in uasis sanguinis agatur, atq; iam denuo cibandi tempus instet. Nanq; prius, aut posterius exercitatione uti, aut crudis hominem implere, aut pallidę bilis augere prouentum refert. Quo autem opportunitatem, atq; rectam temporis in exercitando occasionem nanciscamur, urinæ notas concoctionem peractã esse inspiciamus. Quia ex aqueo lotio, quis non crudum adhuc in uenis morari succum diuinabit? sic ex ruffo, biliosoq;, succum iandudũ concoctum esse: ex modice uero pallido, secundam concoctionem peractam esse: ex quibus postremo depræhendatur signis, urina mediocriter extreme ruffa, siue mediocriter pallida, tunc exercitationẽ esse adeundam. Perpetuo tamen hic obseruetur, ut hæc non fiat nisi expulsis prius excrementis, quæ uel in uesica, uel in inferiore aluo contineantur: atq; ut nullum obeatur exercitium quàm ante cibum. Exercitationis tempus commodissimum. B Vrina concoctionis peractæ nota.

¶ De omnibus Exercitationum generibus. CAP. XVII.



VNiuersæ semel exercitationi cõmune id est, quod ex seipsa animantibus caloris augmentum excitat, facitq;. Peculiare uero est, quod singulis speciebus discernitur. Exercitatio uehemens.

EAdem sunt Galeni uerba lib. 2. de sanita. tuen. Commune omnis exercitationis illud esse, quod alibi ipsi ex ipso caloris augmentum Exercitationis omnis commune quod sit.

h exhibeat.

C exhibeat. Quippe calefieri corpora nostra, & balneis, et calidarũ aquarum lauacris, & cum per calidiores tempestates insolemur, & cũ igni foueamur, & cum calidis medicamentis perfricemur. Cæterum ab externo omnẽ eiusmodi calorẽ adscitũ esse, nec de proprio principio, sed aliunde accensum, exercitando uero insiti caloris augmentũ animalibus ex ipsorũ corporibus excitari, atq; talem omniũ exercitationũ cõmunẽ esse effectũ, nomen autẽ propriũ. Peculiare enim esse, quod singulis speciebus contineatur Paulus hic tradit. Propterea Gale. exercitationũ genera uocat luctam, pancration, pugillatũ, cursum, et alia id genus; quorũ quædam sunt exercitationes: alia et exercitationes & opera simul. Exercitationes enim esse, quę modo dicta sint, ulterius recenset, tum præter hæc quæ Græce dicantur τὸ ποτιλίζειν, τὸ ἐκπλετρίζειν, τὸ σκιαμαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι. Praeterea saltus, disci iactus: tum coryco, folle, pila, uel per alteres corpus fatigare. Exercitia simul & opera esse, cum quis fodiat, remiget, aret, uites putet, onus gestet, equitet, armatus pugnet, iter faciat, uenetur, piscetur, aut cum alia quæcunq; homines, uel opifices, uel non opifices in uita usus caussa exerceant, faciant, siue ferrariã, ęrariamq; factitẽt, seu aratra pangant, aut tale aliqd pacis, belliue instrumentũ fabricẽt. Sunt aũt horũ quibus tantũ exercitij loco utamur, quia triplex in uniuersum ipsorũ est usus operũ, cum istiusmodi aliquando operis caussa usurpemus: interdũ uero meditationis, quæ tñ ad usum futuri sit operis, haud raro tamen pro exercitatione tantũ: quemadmodũ Gale. semetipsum aliqñ hyeme in agro deprehensum fateť, tum ligna findentẽ, tum hordeũ in pila contundentem, ac deglubentẽ, exercendi corporis caussa solummodo coactũ, quæ nimirũ agrestes quotidie pro opere faciebant. Hæc sunt genera exercitationũ, quarũ etiã qualitates, siue differentias (utroq; eñ modo has iuxta Gal. adpellare licet) internoscere operępreciũ erit. ut sunt uelocitas, tarditasq; mouendi: præterea q aliud sit robustũ, aliud imbecillũ: aliud uehemens, aliud leue. Vtendi uero rationes omniũ prædictorũ generũ, cum suis differentijs proprijs, sunt huiusmodi. Nam motus aut est perpetuus, aut intercisus. Qui perpetuus est, aut æquabilis, aut inæquabilis erit. Qui uero intercisus, aut ordine certo, aut citra ordinẽ progredieť: quæ tñ utendi rationes ab ipso negotio cõmodissime capiuntur. Ab his etiam quæ extrinsecus sunt posita dicunť. ut exercitare se sub dio, tecto, in mixta umbra: itemq; in loco frigido, aut mediocriteṙ temperato, aut plane sicco, aut humido, aut medio modo

Exercitationis effectus quum sint peculiares, etiam sua propria nanciscuntur nomina.

Exercitationũ genera.

Exercitia simul & opera quæ sint.

Exercitij loco quibus utamur, & ob triplicem usum.

D

Exercitationũ qualitates, siue differentiæ.

modo attemperato. Complures itaq; exercitationũ differentiæ inueniuntur, e quibus tantũ quæ hic sunt traditæ, perstringere uisum est. Depræhendimus siquidem, aliud alio magis membrum exercitio fatigari, & quædam lente motis fieri, quædam ocyssime agitatis, quędã nixu & robore adhiberi, quædam sine his: quædam cum robore pariter, & celeritate, quædam languide. A

Valens quidem (quam ἔυτονον Græci uocãt) hoc est, uiolenta, & robusta exercitatio, musculos & neruos ad robur præparat. cuius farinæ sunt fodere: ingẽti onere sublato, aut eodem in loco manere, uel paululum procedere. Accliuis, longaq; pro cuiusq; uirili inambulatio, huius quoq; generis est. Tum si quis per funem manibus adprehensum scandat, atq; id genus fere innumera.

Exercitatio uehemens, & ualida.

At quod uiolenter, & sine uelocitate exercetur, εὔτονον, hoc est, ualens a Galeno uocatur: quod non uiolenter, & cum celeritate σφοδρόν, id est, uehemens dicitur. Violenter autem siue robuste dicamus, nihil referre Galenus adfirmat. Eiusmodi exercitationes sunt fodere, q; ualens robustaque exercitatio est, musculos & neruos ad robur præparans. Item quatuor simile equos habenis coërcere. est enim impense robusta exercitatio. Simili modo maximo onere sublato, aut eodem loco manere, aut paululum procedere. Accliuem quoq; inambulationem eiusdem generis esse uolunt, q; eo motus genere, & ueluti onus sustineatur, ab ijs quæ primum mouentur, reliqua corporis membra uniuersa. Ad hæc, si quis per funem manibus adprehensum scandat: sicuti in palestra pueros exerceant qui eos ad robur præparent: atq; id genus innumera, quorum apud Gale. circa robustas exercitationes iustum cathalogum habemus.

Exercitatio ualida.

Vehemens, Robusta.

B

Sed quæ celeritate, citraq; robur & uiolentiam peraguntur, sunt cursus, umbratilis armorum meditatio, duorũ cum summis manibus concertationes, ἀκροχειρισμοὺς Græci nominant. Iam quę uel coryco, uel pila fit corporis exercitatio, huius quoq; generis est.

Exercitatio cita.

QVÆ AVTEM CELERITATE peraguntur exercitia, citraque robur & uiolentiam, sunt cursus, & umbratilis armorum

Exercitationes celeres quæ sunt.

C meditatio: quæ simulata est pugna, cum ad palum exerceatur, quam Græci σκιαμαχίαν nominant: & duorum cum summis consertis manibus concertationes, quas ἀκροχειρισμοὺς Græci uocant: tum quæ per corycum, & pilam exercitatio fit, utiq; cum a distantibus, & currentibus administratur. At reliquas celeris motus exercitationes a Galeno plene ostensas, hic intactas relinquimus.

Robusta uero exercitatio celeri non raro componitur: quæcunq; enim robustæ exercitationes fiunt, ijs omnibus ut uehementibus quisq; utatur, motionis modo celeritatem adijciat.

Quando robustis exercitationibus ut uehementibus uti liceat.

Eam siquidem exercitationem quæ ex robusta, celeriq; composita sit, Galenus uehementem esse demonstrat. Quia quæ robustæ dicantur, ijs omnibus ut uehementibus uti licere, moti modo celeritatẽ adijciamus. Neq; in postremis uehementes esse adserit has, ut sunt fodere, discum mittere, saltare, idq; continuato sine intermissione opere. Similiter graue quoduis telum iaculari, continuatis sibi q̃ maxime iactibus, aut graui armatura tectum celeriter agitari: & qui talium aliquo exerceantur, intermittere paululum soleant. Ex quibus inquit, inter adsiduam, interpollatamq; exercitationem esse differentiam. Sunt enim quędam, ut dictum est, quæ morula interposita usurpentur, ut labores, operaq; sunt: nedum exercitia, ut fossio, & remigatio. Quædã uero ut remissiores exercitationes sine interposita quiete magis fiunt, ut continuatus diu cursus, quem Græci δολιχὸν reste Galeno uocant, & ueluti est iter facere.

Exercitationis assiduæ, intemperatæq; differentiæ.

D

Porro exercitationum genera alia lumbos potius q̃ brachia, aut crura exercent; alia spinam totam, aut thoracẽ modo, modo pulmonem.

Supra hęc porro omnia exercitationum genera cum suis differentijs exposita, sunt & alia quæ magis lumbos, q̃ brachia cruraue exerceant, ut adsidue se inclinare, aut rursus reuocare, idq; aut pondus aliquod a terra tollentem, aut adsidue in manibus sustinentem. Alia brachia, manusque magis exercent, ut sunt acrochirismi, & sciamachiæ. Alia crura magis, ut sunt itatio, cursusq;. Alia thoracis, & pulmonis propriæ exercitationes sunt, quæ per maximas fiant respirationes.

Exercitij finis.

Exercitetur autẽ quisq; donec corpus intumescat, & co-

lor ille floridus appareat, motionesq; ualidas æquabiles ac promptas edat: inter hæc etiam sudorem calidum cum uapore misceri cernes: tam diu omnino exercitationi indulgendum, neq; antea desistendum, q̃ ubi quiddam memoratorũ senseris immutatum. Verbi caussa, si contractior paulo corporis moles, tumorq; uidebitur, interdicenda confestim corporis exercitatio. Neq; minus certe, si coloris gratia marcescit, enanescitq;, quiescendum est. Iam si motionis quippiam collabi olfeceris, protinus utiq; desistendum est. Itidem si sudoris ulla, uel quantitatis, uel qualitatis alteratio, puta si minor, uel frigidior sit, exercitio uale protinus dicito. A

Dictum est superius, ubi in lotio iam perfecta concoctio cernatur, mox frictionis rationem hucspectare, ut membra molliantur: id tamen doceri per floridum colorem, qui in summa resideat cute, tamen artuum flexibilitatem, habilitatemq; ad omnem motum. Postea uero exercendum esse (Galeni hęc sunt uerba, omnino authoris nostri sermoni conformia) dum & corpus intumescat, & color illi floridus adpareat, & motus prompte, æquabiliter, & concinne edat. Inter hęc uero sudorem cum calido uapore mixtum cernamus. Exercitationẽ uero inhibendam tum primum esse, cum aliquod horum fuerit mutatum. Quippe si contractior paulo corporis moles uideatur, desistendum ilico esse. si enim ultra quid pergat, etiam boni succi nonnihil educat, atq; ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius, atq; ad incrementũ minus habile. Non minus profecto, & si coloris gratia uanescat, cessandum esse: quando si exercitationem continuamus, frigidum efficiamus corpus, & nimium exhauriamus. Iam motuum alacritatem, æquabilitatem, uel concinnitatem, si remitti quippiam collabiq; cernamus, utiq; statim desinere conueniat. Itidem, si in sudore accidat ulla qualitatis eius, quantitatisue mutatio, quippe quem & copiosum magis & magis per incalentẽ edi partẽ, prout motibus uehementiæ plus accesserit. Quum igitur is, aut minor intelligatur, aut frigidior, tamen sciamus digeri, exhauririque corpus, præterea refrigerari ac siccari plus iusto. Quo magis sollicite attendendum exercitando corpori esse, ut cum dictarum iam notarum quælibet adpareat, protinus cessandum.

Galeni uerba authoris conformia.

B

C Mox oleo circũfuso fouere, recreare, ac deinceps recreatoria, ἀποθεραπευτικὰ Græcis nuncupata, ceu pædotribæ uulgo faciunt, fricatione uti conuenit.

Exercitationis cuius finis sequi debeat, duplex modus.

Exercitatio ubi, quousq; intendi, augeriq; in sanitatis ratione debeat, modo expeditum est, cuius finem quoq; sequi debere Galenus adfirmat. Eam quoq; duplicem esse ostendit: alteram quidem exercitationis ceu partem, alteram uero eius ceu speciem. Nanq; omnis exercitationis probæ peractæ postremam dici partem apotherapiam, quæ duplici suscipiatur consilio: & ut excrementa expurgentur: & ut corpus a lassitudine tutum reddatur. Licet prior caussa, quę est excrementorum secretio, exercitationi etiam communis sit: cuius duplex omnino est propositũ, & solidas animalis partes firmare, & excremẽta excernere: proprius tamen apotherapię scopus est, lassitudinem im modico exercitio succedentem submouere, atq; prohibere. Propterea tutissimum quidem esse, apotherapia semper uti, idem Galenus inculcat: quæ qualis adhibenda sit ipsa, finium ad quos tendamus demonstrare naturam. Quoniam adpetamus, ut solidarum animalis partium excrementa, quæcunq; excalefacta, extenuataq;, per exercita-

Apotherapia.

Apotherapiæ scopus proprius.

D tionem in corpore adhuc maneant, prorsus eĳciantur, & frictiones quæ per alios administrentur adhiberi oporteat, & cum his unã, tum ipsarum quæ fricentur partium tensionem, tum etiam spiritus cohibitionem. At quum nec frictionum unica ratio sit, nec spiritus cohibendi, deligendum ex utroq; genere esse, quod utilissimum sit. Quũ autem ex frictionibus quæ dura sit, corpora cogat, id est, densiora simul durioraq; reddat, in apotherapia uero nec tardam esse frictionem, nec duram oporteat, oleum nimirum fricando corpori largiter circumfundendum est: quod ad uelocitatem simul, & molliciem frictionis multum conducat, & quæ tensa sunt remittat, & quæ inter uehementius laborandum fatigata sunt, emolliat. Cæterum quomodo partes in apotherapia sint tendendæ, & spiritus cohibitio quomodo in ea sit inungenda, cum eiusdem utilitate etiam, tum qui sint in ea motus proprĳ, tum alia quęq;, Gale. lib. 3. de sanita. tuen. copiosissime ex serie sua recenset: cuius rei locum indicasse, satis esse, uisum est, quæ penes eum inuenire datum sit, minime hic ut pro nostris quasi inuentis inserenda: quum alias uniuersa ferme hic a Paulo tradita, Galeni officinam suboleant.

Frictionis duræ effectus.

¶ De

A



¶ De Frictionum secundum quantitatem, & qualitatem, generibus.
CAP. XVIII.

EX frictionibus, duræ quidem ac uehementis uis est stringendi, atque indurandi: Mollis uero, cum laxandi, tum corpus emolliendi: proinde quæcunque corpora non adamussim temperata, laxiora sunt, duriter: quæ uero coacta magis & tanque compacta, molliter ac clementer fricare congruit.

Exercitationis uires.

Galenus libro. 2. de sanita. tuen. allegat Hippocratem ex eo libro quem κατιντρῦον inscripserit prodentem dura frictione corpus ligari, molli solui, multa extenuari, mediocri crassescere. Eius autem uerba ea esse, ait. Frictio uim habet soluendi, ligandi, carnem augendi, minuendi: nempe dura ligandi, mollis soluendi, multa minuendi, mediocris carnem augendi. Quum igitur duo inter se diuersa atque disiuncta, idẽ Galenus ait, reperiantur: unum quod faciat, aliud quod a faciente fiat, nonne hæc in toto dicuntur genere discrepare? quemadmodum frictiones ex genere sunt facientium: adfectus uero ex genere eorum quæ ab eiusmodi fiant, unde non paruæ in frictionum genere tum adfectuum contrarietates oriantur. In frictionum enim genere cum dura & mollis, tum multa & pauca reperiatur: in adfectuum uero colligationem, & solutionem corporum, & gracilitatem ac crassitudinem. Quare priorem adfectuum contrarietatem, ex priore frictionum contrarietate nasci cernimus: nempe colligationem ex dura frictione: simili modo secundam ex secunda, ut solutionem ex molli, & sic de alijs, ut gracilitatem ex multa, carnis incrementum siue crassitudinem ex mediocri.

Frictionis munus.

Frictionum, tum adfectuum ex ipsis prodeuntium diuersitates.

B

Atqui si quis temperato sit corpore, perspicuum sane est, hunc neque leniter, neque uehementer esse confricandum, imo summa ope niti decet, quo utrumque uitemus excessum.

Quũ enim optimũ corporis statum seruare, non aũt alterare conueniat, ex omni genere mediocritas adhibẽda est, siue frictiõe, siue exercitatione, ita ut nec durior, nec mollior habitus corporis reddatur. In densiori equidem, ne in carne aliquid excrementorum inhæreat timendum

Mediocritas semper obseruanda tam in frictionibus, quam in exercitationibus.

C timendum: in rariori uero, ne quod est salubre effluat. Atq; enim gracilitas, ac crassitudo corporum iniurijs sunt obnoxiæ: illa quæ interne, hæc quæ foris ab ipso corpore proueniunt. Ad eiusmodi præcepti pleniorem intellectum, Galenus in secundo de sanita. tuen. talem in terminis, ut dicunt, casum effingit. Finge ergo tale esse corpus, quale propositi nobis in hoc libro pueri esse præsumpsimus, sanum prorsus & omnis excessus medium, ita ut neq; molliorem hunc effectum uelimus, neq; duriorem, sed nec carnis eius modo adiectũ quicquã, detractumue. Num igitur ita se habenti corpori, aut duram, aut mollem frictionem admouebimus, aut etiam multam, aut mediocrem? Ego plane quamlibet harum inutilem censeo. quippe cum a dura durius, a molli mollius, a multa gracilius, a mediocri crassius reddetur: quorum nullo illi est opus, imo pristinam potius mediocritatẽ ad unguem seruari. Quare neq; duriter id, neq; molliter, neq; multis frictionibus, neq; quantitate mediocribus, sed paucis, et qualitate mediocribus infricabimus: nihil ultra moliti, q̃ ut ad exercitandũ p̃paremus.

Casus in terminis apud Gale.

Præterea multa eademq; dura fricatio adhibita, molem
D corporis cõtrahit; e diuerso, exigua mollisq;, in molẽ attollit.

Theonis sententia apud Galen.

Hic liquet quæ fuerit Theonis sententia, quam Galenus copiose inducit, cui de frictione scribenti placuerat, qualitates cum quantitatibus semper coaptandas esse: quasi per se imperfectiores sint, q̃ ut aliquis successus ex ipsis proueniat. Nanq; duram pro qnantitatis ratione, totidem numero adfectus reddere, ut si multa adhibita fuerit contrahere, constringereq; corpora possit, & phlegmone p simile quidpiam relinquere. Si uero mediocris, implere imminuta: exiguam autẽ in summa cute ruborem ad tempus excitare. Simili modo mollis frictionis pro quantitatis modo triplex opus ostenderat. quæ enim pauca esset, leniter carnem remittere, ac facile contrectabilem, siue tactu mollem reddere: multa autem quæ esset, euaporare, & liquare: mediocris uero, laxa, fluida, carne implere. Quæ quidem Hippocratis doctrinam non accusare, sed multo maxime confirmare Gale. adserit: q; mollis frictio semper molle, tenerumq; corpus reddat, siue exigua, siue multa, siue mediocris sit, tum illi ex quantitate aliquid adcedat diuersum. Inseparabilem plane a molli frictione fieri, molliendi facultatem: sicuti a dura uim durandi, cogendi, constringendi, ligandi, densandi, aut tactu duram reddendi, aut quomodocunq; aliter eandem rem

rem interpretari uoluerimus.

Tria quippe frictionum diſcrimina, quæ a quantitate ſu-muntur, ſi tribus quæ a qualitate dicuntur, copulaueris, nouem ſyzygias abſolues, perinde atque in ſubſcriptione ſequenti, tanq̃ in tabula, liquido uidere licet.

Quantitas.		&	Qualitas.
	1 Multa		Dura
	2 Multa		Mollis
	3 Multa		Mediocris
	4 Pauca		Dura
	5 Pauca		Mollis
	6 Pauca		Mediocris
	7 Mediocris		Dura
	8 Mediocris		Mollis
	9 Mediocris		Mediocris

Qualitas.	Quantitas
	Galenus
Dura	Pauca
	Multa
	Mediocris
Lenis	Pauca
	Multa
	Mediocris
Mediocris.	Pauca
	Multa
	Mediocris

Eadẽ Gal. uerbis ſunt quaſi cõformia, quæ hic, tũ alibi ubi ita occurrerint, nõ mutato ſermone recẽſere libuit. Quippe tres, ait, quæ a qualitate frictionũ ſumunt̃ differẽtię, ſi eas tribus quę a quantitate dicunt̃ iunxeris, nouẽ cõiugatiões effeceris: ſex quę a Theone ſunt poſitę ĩ ĳs quę paulo ſupra memoraui uerbis: et tres quę ab eo ſunt p̃t̃miſſę, dũ mediã mollis, durę q̃ omiſit: quanq̃ ne intelligere q̃dẽ, neq̃ nol lẽ frictionẽ, neq̃ durã, phas eſt, ut nõ ſimul intelligat̃ mediocris etiã. Cui ſi tres quantitatis differẽtias iunxiſſet, nouẽ ita uniuerſas frictionũ differẽtias effeciſſet, nõ ſex. ut ſunt multa & dura: multa & mollis: multa et mediocris. Pauca & dura; pauca & mollis: pauca & mediocris. Mediocris & dura: mediocris & mollis: mediocris & mediocris.

Frictionum a qualitate ſumptarum tres differentiæ.

Frictionum nouem coniugationes.

Vna quidẽ frictionũ ſecundum quantitatẽ, uerbi cauſſa, multa, tribus qualitatũ cõiugata, durę inquã, molli & mediocri, in duricia tres conſtituit differentias. Contra exigua, ſiue pauca fricatio, ternis eiſdem, ternas producit alteras. Mediocris uero qualitate, ĳſdem tribus connexa, tres alias efficit, quemadmodum in prẽſcripta figura licet liquido cernere.

G Nouem harum, inquit Galenus quas deſcriptio complectitur cō iugationum, cum Theon ſex primas tradidiſſet, reliquarum triū certe non meminit: quia ipſe ſecum manifeſtiſſime pugnans. Si enim exiguæ ac multæ, media quędam eſt quam mediocrem uocamus: etiam mollis, duræq́; altera certe media erit, quam mediocrē, moderatamq́; adpelles. Sane meminiſſe per omnem ſermonem conuenit, hæc omnia in reſpectu, collationeq́; dici.



¶ De Vociferatione, & Exclamatione.

CAPVT XIX.

IN uociferationibus nihil quidem ad rem, neq́; uel tantillum ad ſequundæ ualetudinis tutelam facit, ſcita & cōcinna, plauſibiliſq́; modulatio: ſonituum autem grauiorum fragor tantopere conducit, ut iugi exercitatione uſui adcommodandum cenſeam. Ea quippe ratione, plurima aeris uis in corpus per reſpirationem attracta, non iam thoracem q̄ uentriculū, totiuſq́; meatus corporis expandit, diducit, atq́; diſponit. Quapropter inter legendum ſuperflui etiam humores

Grauiorum ſonorum fragor utilis eſt.

D identidem excernuntur, legentibus quidem ſonoroſius non abſq́; contentione, frequentius, idq́; per ſudores: ijs autē qui manſuetius uocem intendunt, per abditam ac obſcuram uniuerſæ molis exhalationem. fit etenim ſcreando per attenuationem plurium retrimentorū, puta ſputi, mucci, phlegmatis excretio, atq́; expenſa. Quidnam igitur aliud præſentioris præſidij, ijs qui præ algore recalfactionem deſyderant, adhibebimus, q̄ ſedulam reſpirandi functionem? Legendum itaq́; ſubinde eſſe arbitror, totiuſq́; tum corporis mole remiſſa, tum carne liquata, arteriam, reliquaq́; ſpirandi inſtrumenta in concinnam raritatem diducendo, per cæteras uocū grauiores functiones uerba facere conuenit. Neq́; id uero temere, nihil penſi habentes, agendum: ſed corpore prauis, corruptiſq́; humoribus exorte, ſtomacho immenſis euidentibuſq́; cruditatibus carente, tum deniq́; modulari, ac uocis exercitationem

Clamoſa lectio.

Mitior lectio.

tionē adgredi expedit: ne plures uitiosi halitus atq; uapores, in uniuersam corporis molem, eiusq; partes distrahantur. A

THoracis, & pulmonis maximis respirationibus proprias esse exercitationes, etiā Gale. attestat̄. Maxima em̄ uox, & exclamatio uocis, instrumenta oīa permouet, & preterea calorē naturalē purgat, & attenuat, corporisq; partes solidas roborat, & firmat, & male adfectas stabilit. Quare asthmaticis, difficilemq; anhelitū trahentibus, orthopnoicis, phthisicis, ueteribusq; doloribus circa pectus excitatis cōgruit. Scitū aūt & concinnū, plausibilemq; uocis modulatū nihil sanitati conferre, author uult, at uero grauiorū uocum fragorē tantopere conducibilem esse. Nanq; per talem plurimū in respiratione attractum aërem, thoracē & uentrē diducere, & aperire, meatusq; per totū corpus patefacere, & distinguere, ideoq; in proclamationibus, & ualidis lectionibus fieri redundantiū humorū excrementa, ut & sudores aliqn̄ excitent̄. In mansuetiori aūt uocū intentione, abditiores, obscuriores q; fiunt exhalationes, ut screando per pluriū retrimentorū attenuationē, nōnulla aut sputi, aut mucci, aut phlegmatis quędā excernant̄. Quo fit, ut ob frigiditatē calore egentibus, maxime præcipiendū sit, ut quo sedula respirandi functione utant̄, subindeq; legant, pręsertim in corporeę molis remissione, tum carne liquata, itaq; asperā exercēdo arteriā, totumq; corpus, & reliqua spirandi instrumenta rarefaciēdo. Cessandū uero, aut potius omnino abstinendū a ualida lectione, ubi necdum manifesto intelligatur cibum esse concoctū: ne plurimū corruptorū humorū, atq; euaporationū regressus in corpus digerantur. B

Thoracis, & pulmonis exercitationes maximis fiunt respirationibus.



¶ Cuiusmodi affectus exercitationes excipiant. CAP. XX.

VLcerosus quidem affectus a retrimentorum copia, tenuium simul, & acrium prouenit.

SVper est, inquit Galenus libro tertio de sanitate tuenda, quemadmodum peccata si qua inciderint, commodissime corrigas disserere. Primum igitur non absimile est in id maxime, & frequentissime peccatum incidere iuuenem exercitationibus deditum, quæ Lassitudo adpellatur. Iidem in libro 5. de sympto. caussis, molesti sensus alterā speciem in laboriosis adfectionibus, siue post labores, siue sponte euenientē indicat, triplicemq; huius lassitudinis sensum distinguit, Nanq; corpus ait quasi fractū & contusum

Vlcerosi adfectus caussæ.

Lassitudinis sensus triplex.

C contusum interdum uideri: uel ultro, citroq; distentum: uel cum moueatur plurimis quasi ulceribus conspersum. Quum uero, idem Gal. ait, ulcerum sensus per corpus transcurrere uideatur, q̃d uero motis magis adcidat q̃ quiescentibus, non admodum magna fuerit lassitudo, ac putent ita adfecti perinde se pungi, ac si complures ipsis sint acus infixæ. quia a rodente humore hoc symptoma nascatur. Tum in 3. de sanita. tuen. libro de eadem lassitudine ita recitat. Quidā dum tristi, molestoq; sensu inter mouendum afficiuntur, hunc alij indicibilē, alij ulcerosum adpellauere.

Tensionis uero lassitudo nullam, de qua ratio ulla sit habenda, superfluitatē corporibus incumbere portendit. Verum in lacertis, atq; neruis, affectio quædam effectricis causæ potestatem præferens, residet.

Lassitudo tensionis spontanea.

Quū igitur tendi corporis moles uideatur, idq; citra exercitationem huiusmodi adfectum nominari lassitudinem tensionis spontaneam, Gal. inquit, potiss. uero ob multitudinem continentes partes discendentem, ut ab ipsis contineri non possit, euenire. Eiusmodi enim D malo adfecti usti, extenticq; sibi esse uidentur, idq; aut in omnibus corporis partibus, aut ijs tantum quibus laborarint.

Inflammatiua uero, qua nimirum partes ueluti contusas, aut phlegmone obsessas sentimus, tum potissimum incidere insueuit, quum musculi supra iustum excalfacti, attraxerint quippiam ex circumfusis sibi redundantijs.

Lassitudo inflammatiua.

Tertium uero lassitudinis genus, quo aiunt ossium se fatigatione detineri, ne nimium quidem motum laborantes tolerare possunt: manifestusq; in ipsis est caloris sensus, neq; non mordicationis, tentionisq;: quippe magna uiciatorum humorum copia, per totum animalis corpus transmittetur. Hæc Gale. lib. 5. de sympt. caussis. Eiusmodi adfectorum membra ceu contusa, & phlegmone obsessa, sentire, idem lib. 3. de sanita. tuenda recenset.

Est porro & alia affectio quarta: quæ quidē incidit, dum plusquam par sit, musculi exiccantur, sic ut squalens contractumq; corpus adpareat, et ad motiones quodāmodo pigrū.

Est nanq; adfectio, inquit Galenus, alia quoq;, quæ ceu lassitudo sit, nonnullis imponens: quæ incidat, cum supra iustum musculi siccentur,

centur, sic ut squalens, contractumq; corpus adpareat, atq; ad motus quodam modo pigrum: non tamen ei quicquam eorum quæ modo dicta sunt inesse: ut neq; is qui ueluti ulceris, aut tensionis est, multoq; minus qui ueluti phlegmonis est sensus: quippe diuersiss. aspectū eius modi affectionis esse, & eius quæ ultimo loco relata sit: quia hæc squalens, & contractius corpus efficiat, at quæ phlegmonis sensum præferat, mole etiam quā pro natura ampliore. Quare in uniuersum simplicium affectionum quatuor esse differentias. Primam quidem, ut dictum est, ulcerosam ab excrementorum copia, tenuium simul, & acrium orientem: quæ nimirum inter exercitandum duplici ex caussa proueniat: aut eo scilicet excremento quod crassius erat fuso, & attenuato, non tamen toto expulso: aut adipe molliue carne liquata. Necessum em̄ esse, abs tali humore, ceu tenui, atq; acri, pungi, & quasi uulnerari cutem, tum ipsam carnem, sic ut etiam horror interim oboriatur, imo etiam quadantenus concussio, commotioq; totius corporis inæqualis, quod Græci ῥῖγος uocant, si modo admodum tum copiosus humor is, tum acer sit: atq; talem quidem ulcerosam esse lassitudinem. Secundam autem esse, ubi solum tendi membra uideantur sine ulceris sensu, in qua certe lassitudine nullum excrementum in corpore contineri, de quo ratio ulla sit habenda, sed residere in musculis, & neruis ex nimia tensione, quam exercitando admiserint, affectum quidem effectricis caussæ potestatem testificantem. Adcidere nanq; in uehementi tensione, omnes musculorum fibras tendi, non tamen similiter omnes lassari, sed eas maxime quæ per longitudinē tensionis porriguntur: quippe quæ obliquiores quodammodo iaceant minus, in directum agi: quare in his nullum instet periculum: in his uero quæ immoderatius sunt extentæ, ita ut parum a rumpendo absint, relinqui affectionem quandam similem ei quæ inter agendum fiebat. quippe tendi adhuc uideri, cum tamen nulla iam tensione urgeatur. Tertia uero lassitudinum differentia, qua nimirum ceu contusę, aut phlegmone obsessæ partes sentiantur: tum maxime soleat incidere, cum musculi nimium excalfacti attraxerint quidpiam ex circumfusis sibi excrementis. Quod si etiam tum tendonibus, tum neruis idem affectus incidat, ὀστοκόπον, quasi ossium dolorem eum affectum nominari: ob penitiorem uidelicet sensum, partibus quę in alto maxime corpore sunt positæ, nomen tribuentes. Atq; has quidem esse tres lassitudinum differentias cum quarta affectione corporis, squalens scilicet, &

A

Lassitudinis affectionum simplicium differentiæ quatuor. Vlcerosa.

Tensiua. B

Phlegmone seu obsessa, hoc est, inflammatiua.

C contractius efficiente corpus, quæ potius lassitudinem comitetur, q̃ ut ipsa iuste lassitudo adpelletur. Cęterum cõpositas adhuc quatuor, atq; alias lassitudinum compositarum differentias idem ponit Gale. quas hic recensere superuacaneũ esse uisum est, dum hæ penes authorem satis abunde habeantur.

Lassitudinum compositarum differentiæ.

Lassitudinis ulcerosæ præsidia.

Cæterũ ulcerosæ lassitudinis remedium est, si quæ redundant secernas, & euapores, frictione multa, molliq;, oleo nõ parca manu infuso, a quo omnis adstringendi uis abest.

Corporis uero, inquit Gale. quod his sit adfectum remedia quædam propria cuiusq; lassitudinis sunt, quædã omnibus communia. Ordiendũ aũt ab ea quæ ulceris sensum inuehat, quã etiam ab excrementorũ acrimonia ortã dictũ sit, quæ maxime in ea incidat corpora, quæ & mali sint succi, atq; excrementis abundent. Remediũ igitur huius ex ijs quæ affectioni sint contraria, comparari: quippe si quæ redundarint, euaporauerimus, tum malũ cessaturũ. Frictione equidem multa euaporabunť, molliq; cum oleo, a quo omnis astringendi uis D absit. Illud tantũ in præsentia satis dixisse Gale. uult, q̃ plane dulcissimum oleũ, id esse ad propositã adfectionẽ maxime accommodatũ.

Tensuræ remedia.

Altera uero defatigatio, in qua tensio sentitur, hoc sanationis propositum habet, quam Græci χάλασιν, id est, laxationem dicunt. Laxatur itaq;, & remittitur quod distensum est, frictione exigua pariter & molli, ex oleo dulci, tranquillitate item & quiete, lauationibusq; temperatis, & pluscula deniq; in calidis undis mora: si iterum atq; iterum hoc modo lassum laueris, plurimum sane profueris.

Chalasis, id est, Relaxatio.

Alteram uero lassitudinem in qua tensio sentiatur, Gale. illud pro remedio posuit, postulari, quod Hippoc. Græce χάλασις, id est, relaxatio dicatur. eam nanq; tensioni contrariam esse, ad eumq; modũ quo duritati mollitiem. Quod uero per exercitationem incidat, tum pauca, molliq; frictione, eaq; ex oleo dulci, atq; e gelido, tum intermissione omnino, aut etiam quiete: pręterea lauatione medij temperamenti, atq; in calida pluscula mora, adeo, si bis, uel ter laueť, plus prosit.

Defatigationis inflammatoriæ tres sanationis scopi.

Tertia lassitudinum phlegmonosa, sanationis tres sortita scopos est: superuacanei uidelicet excrementi euacuationẽ:

extenti relaxationem: & inflammationis refrigerationem. A
Oleo igitur copioso, tepido, frictionibus mollissimis, medij temperamenti aquis longa, & diutina mora, illiusmodi lassitudinibus succurritur. Pari modo & multa quiete, præsertim continua.

Tertia lassitudo inquit Gale. quę ex uehementissimis nascitur motibus, solaq; supra naturalem habitum musculos attollit, sic ut phlegmoni persimilis adfectio sit: itaq; & leui offendant tactu, & calidiores adpareant: doleant uero etiã si ipsi per se moueri conentur. Incidere etiã hanc lassitudinem plurimum his, qui asueti exercitationibus non sint: nam exercitari asuetis rarenter incidere, utiq; ex uehementissimis, plurimisq; motibus. Sanationis uero eius consilium ad tria dirigi, eadem fere ad quę omniũ phlegmone obsessorum: nempe superuacanei uacuationem, extenti requiem, & inflammationis refrigerationẽ. Ergo & oleũ copiosum, ac tepidũ cum frictione mollissima, & longissima in medij temperamenti aquis mora, huiusmodi lassitudines emendare. Quod si paulo tepidior aqua sit, plus prodesse. Ad eundem modum multam quietem, & unctionem adsiduam, deniq; omnia quæ id quod lassatum est quiete, linimentoq; recreent: at quod superuacaneum est, per halitum digerant. B

Quartus affectus, primo quidem die nihil sane eiusmodi mutationis, cuiusmodi meminimus, opus habet, excepta calidiore aqua, quæ lente adstringere festinat. Postera dies recreatoriam (quam apotherapiam dicunt) exercitationem postulat. Lauacris præterea protinus exiliant, maxime ubi gelidam aquam subierint. Omnes postremo defessi, alimento refici quamprimum desyderant. Lassitudinis quartę subsidia.

Est alia quædam super has quarta, similis quidem lassitudini, non tamen lassitudo (mera hæc sunt Galeni uerba) quod neq; ulceris, neq; tensionis, neque phlegmonis affectum præ se ferat: sed nec horrorem ullum, doloremue; nec pigriciam ad motus (quemadmodum lassitudines) infert, sed gracilitatem tantum, ariditatemq; facit. Quippe ita & digeruñt excrementa, & quæ tensa fuerant, laxañt, nec aliud in corpore relinquit præter siccitatẽ, quã ex immodico motu contraxerunt. Postulat aũt primo die nihil sane diuersum quæ ab ijs quæ prius Galeni uerba.

dicta

C dicta sunt, præter calidiorem aquam, quæ sensim contrahat, & calefaciat, & roboret cutem. Secundo die apotherapiæ exercitationem, quę tum in motu, tum frictione, & pauca & mollis & tarda sit: pręterea solium similiter calidum, uerum protinus in frigidam exiliant, quo uidelicet ipsis robur in cute una cum calore constet. Nam & minus in sequenti tempore per halitum amittunt, & facile in carnem, cutemq; nutrimentum resumunt: quo maius his commodum nullum profecto inuenias: ut qui nullum notabilem affectum, præter carnis gracilitatem, ariditatemq; habeant. Quippe postulat (arbitror) tale saltem corpus, nutriri simul ac madefieri, quorũ utrumq; ex humido nutrimento optime consequetur. De uictu autem ad lassitudines idoneo si quis copiosiora scire aueat, eundem perlegat authorem.

¶ De Cutis astrictione.
CAP. XXI



D Vtis constipatio (quam στέγνωσιν Græci appellãt) uel meatibus obstructis, uel ipsis densatis incidit. Obstructo uero & obduratio illa e lentis, crudis, crassisque humoribus originem habet, quũ uidelicet confertim ad cutem ruunt. Densatio uero modo ab ijs quæ refrigerant, modo astringentibus, & nonnunq; ab arefacientibus conciliatur. Procliue uero admodum est istuc deprehendere. denudato nempe corpore, exalbicante pallore, pariter & ex cutis tũ duricie, tum etiam eiusdem densatione, & quod inter laborandum quis ægre tandem incalescit.

Stegnosis, & eius caussæ.

GAlenus occlusæ cutis adfectum, quem Græci στέγνωσιν appellant, ipse meatuum cutis uitium uocat, quo transmittere superuacua prohibeatur. Hoc etiam incidere ait, aut obstructis meatibus, aut densatis. Densationem uero eiusmodi μύσιν dici apud Græcos, quasi conuenientiam indicat. At Obstructionem quidem exlentis, crassisque excrementis oriri, cum confertim ad cutem ruant. Densitatem uero tum ab ijs quæ adstringũt, tum quæ refrigerant, fieri. Verumtamen obstructionem rarius, si saltem præscriptæ rationi obediatur: densitatem uero ut plurimum contingere. Euenire autem, ut post balneum, sudoremue, laxata prius cuticula, auræ flatum incidentem ilico obstructionem

Densatio quæ Mysis dicitur. Obstructio, & densitas unde

obstructionē quampiam densationemq; efficiat. Sed densitatis cutis notas facillime deprehendi, protinus ubi se exuerint, ex colore albo, cutisq; duricie, tum densitate, tum quod in ipsa exercitatione ægrius nonnihil inualescant, neq; æque ut prius sudent, nec tam bonum in sum̄a cute colorem ostendant: atq; ut si quidpiam sudoris emittere cogantur, ualentiore ipsis exercitio iniuncto, minorem quam ex consuetudine sudorem, frigidoremq;, tum halitui minus similem excernant. A

Medetur huiusmodi quidem affectioni perpulchre excalfactio: minus itaq; prolixis exercitationibus, lauacris uero calidioribus indulgendum. In solio porro egelido, mora diuturnior non sit, sed neq; aqua etiam in qua lauatur sit admodum gelida. Cęterū induendi iam, oleo prius aliquo, mediocrem calfaciendi uim habente, dulci, ac tenui perunguntur. Postremo cutis densitati sanandæ satis efficax remediū, oleum anethinū censetur, pręcipue si ex uiridi annetho concinnatum sit. Hoc ipsum est oleum quod ex abietis semine, populoue constituitur, efficacissime præstare adserunt. B

Constipationis, densationisque curatio.

Remedium quoq; huius affectionis calefactionē Gal. proponit, quasi frigiditati contrariam: ad hoc exercitationem ualidiorem, atq; balneum aliquod calidius. Moram uero in frigido solio diuturniam uetat, ipsumq; frigidæ aquæ lauacrum. Induendos etiam ungi aliquo quod calefaciat mediocriter, præcipit. Cutis præterea densitati sanandæ, anethinum oleum satis esse, maxime uero si ex uiridi anetho fiat. Ob quod nostri hoc oleum sudorem prouocare, in rigoribusq; febrium spinæ utiliter inungi experti sunt. Maxime autē conducere, P. hic ait, si ex uiridi concinnatur anetho: quum n̄t in lib. 7. minoris efficaciæ alias hęc esse, quę ex uiridibus fiant, præsertim quū sint insolata, prodat. Proinde ad talem affectum facere Gale. docet, sicut etiam ad uehementes lassitudines, & acopum quod ex abietis semine componatur: cuius concinnationē, atq; in pręsenti casu commoditatē, apud P. lib. 7. indagare licet. Item ad eosdem languores loco fructus elates, id est, abietis, alni (quæ populus nigra est) fructus parem inijcere quantitatem idem autor ostendit. At Gale. acopi ex abietis semine compositionem lib. 4. de sani. tuen. enucleat, quod ab eo etiam extollitur: quia expediat his qui in carne, & tota corporis mole succos congesserint,

Oleū anethinū ad quid ualeat.

Acopa.

Alnus, Populus nigra. Acopum ex semine abietis.

k qui

C qui scilicet aut coqui desyderẽt, aut per halitũ digeri. Eiusdem ad hæc oleũ indicat, cui relaxandi insit uis, simile huic, q̃d in Italia sit, sabino. Itidem & utile sane medicamentũ esse, q̃d ex populi floribus fiat, eodẽ in loco insinuat: quo absente, simile aliquod oleũ præparari posse.



¶ De Spontaneis Lassitudinibus.
CAP. XXII.

Vandoquidẽ ulcerosus, ut dixi, affectus ex uiciosa succositate acrium retrimẽtorum nascitur: ea si exigua fuerit admodũ, apotherapiæ modo exercitatione corrigitur: sin uero grandior altius radices egerit, huic tum exercitationẽ, tum omnem penitus motionem interdicemus, immo quietẽ, somnumq́ prescribentes, abstinentiam per integrum diem precipiemus: deinde aduentante uespera, liberaliore oleo perunctos, & mediocriter temperato lauacro lotos, alimẽtis optimi succi, sorbilibusq́ tenuiter alemus. Minime uero gẽtium, Bacchi muneribus eosdem defraudauerimus: quoniam semicrudos, si quid aliud, concoquũt humores. Et si beneficio eorum, quorũ meminimus, symptoma cessauerit, ad institutum iam olim receptum, priscamq́ consuetudinem ceu ratio postulare uidetur, hominem reducere conuenit.

D

Vinum crudos humores coquit

Vbi de lassitudine, quę exercitationi superueniat, disputatum est, de similibusq́ affectibus, quorũ aliqui exercitationes maxime sequebantur, iusto nunc ordine de eiusmodi differendum erit quæ citra exercitationem incidant. Illam uero quæ imodicas lassitudo exercitationes excipiat, sanorũ Gale. esse symptoma asserit: quæ autem sine his consistet, morbosum. Itaq; ab Hippocrate comodissime dictum esse, lassitudines sponte natas morbos pronunciare. Hic diligenter aduertendum est, ulcerosum sensum lassitudinis esse symptoma: caussam uero unde ea nascatur, affectum esse lassitudinis, atq; præterea ipsam lassitudinis caussam, aut intra animalis ipsum corpus cõtineri, quam Greci προηγουμένην uocent: nos uero externam iusto uocabulo nominemus. Ex quibus proinde tria in uniuersum prodeant genera, de quibus omnis fiat sermo; ipsius scilicet lassitudinis symptoma: deinde affectus

Lassitudines sponte natæ morbos pronunciant.

affectus unde hoc oriat: atq; porro affectus ipsius caussa. Quæ quum ita sint posita, atq; inter se optime discreta, attamen cuiq; sua superest ab alio differens species. Caussę enim, ut dictum est, aut sunt internę, aut externæ: affectus uero, ut superius ostensum est, aut ulceris, aut tensionis, aut phlegmonis sensum importat. Symptoma uero tres sensus habet suos, neque ijs pauciores, neque plures. Proculdubio affectus ille qui ulceris sensum facit, & motis quidem grauem excitat sensum, ceu corpus ulceratum esset, idq; uel circa cutim tantum, utique cum sit moderatior: uel circa subiectam illi carnem cum sit ualentior: uel circa utranque cum sit adhuc atrocior, lassitudinis symptoma hoc post se relinquit: quod quidem ex tali proficiscitur affectione, nempe acrimonia tenui calidi humoris, qui corpus erodit, stimulat, & pungit: quæ tum aliquando ex immodico motu, ut prius dictum est, aliquando ex uicioso succo oritur, qui nobis non attendentibus in corpore succrescat, atq; tales hinc infert lassitudines quas Hippoc. spontaneas uocat. Quum igitur istiusmodi lassitudinis quæ ulceris sensum præferat caussę sint, humores qui in cute, & carne uicio si contineantu r acrimonia: siue tales plane sint exigui in sensibilibus corporibus excrementorum mordacium: aut sint multi, sed nondũ plane adhuc mordaces, attamen ulcerosam hanc lassitudinẽ efficiunt, omnium quorum excrementa humorum siue calida, siue frigida fuerint, ipsa aut expellẽda (iudice Galeno) aut certe alteranda erũt. Quũ uero non omne excrementũ alterationẽ a natura recipiat: q̃a neq; oĩs cibus in cuiusuis animantis uentre concoquat, nisi quędã cognatio ei quod concoquit, cum eo quod concoquit interueniat, non mirũ est, si quod omnino alienũ a natura cuius gratiã ipsa nõ recipiat, sed educere id q̃ primũ necessariũ sit, ueluti ea quę in uentre corrumpant, prorsus uel uacuatione, uel deiectione propellant. Laboriosior uero nõnihil ille conatus erit in carne, atq; alijs corporib. imbibitũ uiciosum educere succum, præsertim ubi in eis quorũ sensibilis sit capacitas cõtineatur: aut interdũ ipsa laborantis natura medicamentũ malũ succũ mature uacuans nõ admittat: siue alius quispiam obstet affectus, qui talẽ educendi rationẽ deneget. In summa, uacuationẽ, alterationemq; communiter huc spectari sciamus, qui excrementorũ uicijs medeant, propria tamen utriusq; generis seorsim sunt eligenda, dummodo nõ una æque ratione educamus, alteremusue. Vlcerosa itaq; lassitudo, quæ ex acrium excrementorũ uicio constat, inprimis examinanda est:

A — Lassitudinis caussæ unde pendeant.

Lassitudines ab Hippoc. dictæ spontaneæ quæ nam sint.

B

Vacuatio, alteratioq; quomodo excrementorum uicijs medeantur.

C utrum in solidis tantum corporibus, an intra uenarum sinus malus iste contineatur succus. Eorum uero quæ in uenis sunt, nullum plane nec manifestum, nec euidens habetur signum, prçter unicam urinam: quæ autem ex aliis tantummodo conijcere liceat, quemadmodum sunt & illa, ut quo uictu usus sit æger: item an malum naturæ succum congerat: ad hæc, an aliqua naturalis siue consueta excretio defierit: ultimo, an exercitatione, uel purgatione siue per uomitum, siue per aluũ, aut usu aquarũ sponte nascentium soliti aliquando superuacua expellere, id per aliquod tempus intermiserint: ex his quidem de mali succi modo coniecturam facere oportet, deinde remedium ad mensuræ eius quantitatem proportione inueniendum. Nanque si exiguus omnino sit, & ad cutem tantum collectus, mediocrius: si uero multus & in profundo, ualentius exiget remedium. Ad exigui autem, & iuxta cutem existentis adfectus curationem, Gale. iuuenem boni succi quendam exempli loco inducit: qui prius salubri omnino uictus ratione utebatur, attamen necessitate quapiam urgente, longi temporis iter confecerat, in quo nec exercitabat se, neq; lauabat se pro con-
D suetudine, cibis potioneq; mali succi utebatur, tum a prandio, uel cœna, uel etiam toto die uehiculo uehebatur, neq; bene plerunq; dormierat: quum autem nihil ab eo in modo adsumptorum erratum esset, quo in cruditatẽ aliquam incidere potuisset, nihil inde mali succi congerere potuisse: itaq; ad talis curationem iuuenis, non admodũ operosum ex necessitate requiri remediũ, sed sola exercitatione, quç apotherapia superius dicebatur, facile curari. Nam unicus hic attenditur scopus, ut excrementa quæ circa cutem sint, educantur. Si uero idem iuuenis, inquit Galen. præter alia quæ eadem sint, etiam in cruditates sæpe incidat, atq; ulceris sensum habeat, non cutetenus modo, uerum etiam altius in corpore, ita ut totum id malis succis refertum sit, cui tunc nec exercitatio, nec motus omnino nullus iniungendus, uerum quieti, atq; somno commendandus, abstinentiaq; totum per diem cogendus, uesperi uero pinguiter ungendus, atq; balneo mediocriter lauandus, pro ciboq; sorbitio aliqua boni succi danda, sed plane q̃ minima: nequaq; uero a uino coercendus. eo quod illud semicrudos tumores concoquat, & aliud quiduis, atq; quod sudorem, urinamq; promoueat, somnum conciliet. Quicquid enim mali succi iam plane corrumpitur, nec concoquitur, id sudore, urinaq; expellendũ: quod uero semicoquitur, plenius concoquatur, tum utilius reddatur: quod quidem

Vinum crudos humores coquit.

quidem commodius fieri non potest in quiete, & somno, ad hæc consienda adcommodatissimis remedijs. Quo facto, & cum malum constiterit, ad consuetudinem tunc iuuenē aliquis cōmodissime reducet. A

Quod si sequenti quoq; die perdurauerit, iam tum de ualentiore auxilio despiciendum est. Quippe si uirium robur permiserit, alterū ex duobus aut uenam secare, aut euacuare expedit: atqui utrum alteri præferendum, inque rem potius fuerit, discernendum. In inualidis enim, parumque robustis, a uenæ apertione prorsus abstinēdum est. Sed ut non expedite & ne quid nimis, ita cum modo subpurgandū est.

Vires perpendendæ.

Si in posterū etiam diē duret, Galenus ait, (cuius uerba ubi textui Paulino congruant, tum hic, tum alibi semper immutata adijcere placuit) de ualentiore iam remedio est cogitandū, maxime si per noctem, uel lassitudo magis quam ante, uel fastidium infestet, uel peruigilet, uel somnos turbatos, & imaginationibus inquietos habeat: his enim si non disuadent, duorum alterum, aut sanguis mittendus est, aut purgatio exhibenda: sed discernentibus nobis, utrum magis expediat, ut mox dicetur. Sin uires imbecilliores dehortantur, sanguis mittendus haud quaquam est, sed deiectio mediocris adhibenda. Nanque uirium robore constante si lassitudo adhuc infestet, ulterius Galenus docet, æstimandum tunc esse, an talis humor cum sanguinis copia, an cum crudis humoribus, siue per se solus cōsistat. Si enim cum sanguinis copia, tunc uena incidenda: aut aliquid aliud quod tantundem ualeat, agendum. Tandundem enim cum sanguinis missione ualent ista, ut si quibus hæmorrhoides essent retentæ, has ut emittamus: & si mulieri menstrua consueta cessent, hæc prouocemus: horum uero si nihil adsit, malleolos scalpello incidamus. Quibus peractis aluum eo medicamento deijciamus quod malo succo maxime sit adcommodatum. Viciosum præterea succum citra sanguinis copiam consistentem, purgatione esse eijciendum, atq; tali quæ sit infestanti excremento adcommoda. Sunt autem talium infestantium alia biliosa, alia atra bile conspersa, alia pituitosa, quæ uel salsa, uel acida etiam existant, quorum quoduis aut crassius, aut sero propius, aut media quapiam consistentia inueniatur. Quæ quidem certe omnia certis dignoscenda sunt notis. Conspicuum enim est, eos qui in ocio uitam degant, pituitosum aceruare succum solere: qui multum laborent, uitiosum, uel

Galeni uerba.

B

C melancholicum, illum æstate, hunc autumno gignere. Quo etiam labores diuturniores fuerint, tanto ad atram bilem generandam procliuiores erunt. At qui cum immenso fiunt sudore, crassius efficiunt excrementum: ueluti qui sine sudore peraguntur, magis tenue, quemadmodum sunt illi qui in hyeme, & in frigido aëris statu obeuntur. Hic etiam urinæ, tum sudoris qualitates inspiciendæ. Sudorum enim alius aut est aridus, aut salsus: aut ueluti lutum, aut uirus plane olet: aut amarus, qualis in regio morbo adparet: qualiscunque enim is in corpore habetur, tale necessum est ut eius adpareat serum. Dignoscimus etiam sudoris qualitatem ex colore, ut si pallidus fuerit, pro eiusmodi bilis ratione adpareat: flauus uero, ut post ualidissimos labores, & uehementem æstum: medius uero, quasi ex ambobus commistus. Simili modo urinæ tum consistentiam, tum colorem æstimamus: ita tamen, ut nec ea quæ in ea pendeant, aut sidant, prætermittamus, sed omnia expedite perpendamus. Etenim eiusmodi dignotio, sanguis qui in uasis continetur qualis sit ostendit: cuius rationem, siue diiudicationem apud authores hinc inde eruere licet. Sicuti autem urina succorum qui in uasis sunt qualitatem prodit, ita & sudor, & alia quæ per uniuersum animalis habitum adparent, affectus illos qui lateant illic

Sudorum diuersitas in suis qualitatibus.

Vrinæ notæ.

D aperiunt, demonstrantque. Videmus equidem, superantibus in corpore calidis succis, hominem insolito caloris sensu urgeri: frigoris uero, cum frigidi dominent. Ad hæc albiores, pituita superante reddimur: bili uero abundante, pallidiores: atque etiam plane flauiores, quando bilis meracior fuerit. Colorem enim a succo prouenire, non ex solidis animalis partibus, in confesso est: quare certissimam succi cognitionem ex colore diiudicamus, si non ambientis uiolentia calidi, frigidiue, nec ullo animi adfectu inductus sit. Itaque corpus albius solito effectum, inquit Galenus, pituitosum abundare succum indicat: sicubi pallidius, aut flauius, biliosum: rubicundius uero quam pro natura mutatum, sanguinis abundantiam subesse significat: ita nigrius, nigram bilem. Videri præterea insinuat, aliquos ceu plumbi colorem habere: & rursus aliquando ceu mixturam esse albi, liuidique: aut aliquando liuorem sine albo consistere: qui colores crudos dominari succos indicent, quod sint de genere pituitæ, minus tum humiditatis habentes quam ea quæ publice pituita uocetur. Eiusmodi igitur albi, crudique succi alius aliam sortitur nomenclaturam, qui nondum a natura sunt percocti, sed crudi adhuc manent: quoniam sanguis in medio biliosorum atque horum

Colores in corpore humano unde proueniãt.

Succi crudi.

succorum

succorum consistat: quos tum uno uocabulo appellare uel crudum succum, uel pituitam, quorũ illi ex sanguine fiant, quando supra modum sit percoctus: hi uero ex eo nondũ perfecto. Habere autem ambos innumeras particulares differentias Galenus prodit, quæ ab aliquibus innumeratas redigantur species, quasq; in hunc modum digerit. Nam quoniam alij priusq; ad exactum sanguinem nutrimentum perueniat, ueluti semicocti sint, alij prorsus incocti, crudique, alij paulo absint a sanguinis forma: rursus alij sanguinis faciendi, siue (ut ita dicatur) sanguificationis ultima pars, qui utiq; excessu caloris prouenient, quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum a sanguine recesserunt: ubi paululum, uel citra sanguinem restitum, uel ultra processum est, audacter mittendum sanguinem esse: ubi plus, consyderatius agendum: ubi plurimum, in his nullum omnino mittendum esse. Quantitatem uero & inspiciendam esse uult, ut si bonus sanguis exiguus sit, reliquus uero succus plurimus, utiq; in his abstinendum a detractione sanguinis esse. Sin is quidem exiguus, sanguis uero copiosus, audacter incidenda est uena. Deinde deijcere aluum oporteat, ratione tamen habita de abundantis succi copia pariter, & specie. A

Vbi uero crudorum succorum moles infestarit, tum neque uasa aperienda, neq; purgandum, neque exercitationibus deniq; uacandum, imo ne moueri quidem, neque lauari contulerit: uerum omni in quiete, hoc modo affecti, scrutandi sunt. Epulis item hac potionibus, medicaminibusq;, quibus extenuandi dissecandiq; potestas, absq; euidenti calfactione utendum. Eduliorum itaque loco oxymel, ptisanæ exiguum, interdum aquam etiam mulsam exhibebimus. B

Simili modo, ijsdemq; quasi uerbis quæ hic introducimus, Gale. hanc rem attigit, ut si in eodẽ homine reliqua sint eadẽ omnia, sed in lasso corpore sanguis bonus existat exiguus, crudi uero humores plurimi, huic tunc neq; sanguinẽ esse mittendũ, neq; aluũ deijciendã, neq; exercitationem adhibendam, neque omnino aut motum, aut balneum admittendũ: quod uena incisa bonũ emittat sanguinẽ, malũ uero qui in primis maxime uenis circa iecur, & mesenteriũ colligat, in totũ

C ita attrahatur corpus: atq; per deiectionem tormina, et rosiones generentur, animiq; deliquia, atq; cum eo q nec notatu quidpiam dignũ educat: eo q succi omnes crudi, pigri, atq; ad motũ minus idonei ob crassitudinem, frigiditatemq; cõsistant: quo etiam fieri, ut omnes obstruantur uiæ, per quas id quod medicamentum deducit ferri, ad aluum deberet, itaq; nec ipsi educantur, neq; educi alios sinant. Ob q̊d oraculi uice Hippoc. præcauisse. 22. Aph. lib. 1. concocta tantum medicamento tentanda esse, cruda autem mouenda minime. Similiter neq; exercitationibus omnino mouẽdos, neq; lauandos esse uult, qui in primis uenis crudorum habeant copiam, quũ omne id genus motus succos illos in totum agat corpus. In quiete igitur tales seruandos mandat, dandumq; ipsis cibum, potionem, medicamentaq; postulat singula eorum generum quæ attenuent, dissecent, & succorum crassitudinem conficiant, sine tamen calore manifesto, qui succos uehementius excalfactos, in omnẽ corporis ferri partem faceret. Itaq; nutriendos esse oxymelite docet, & omnibus his quæ citra uitiosi generationem succi, humorem crassum dissecent, soluantq;. De Oxymelitis usu superius cap. 4. satis abunde indicauimus. Item & ptisanæ exiguo alendos esse iubet: eo quod frugum maxime apta sit ptisana, atq; in hoc casu tutior: quia modice nutriat, & nusq; per angustos meatus hęreat, sed quod permeet, & meatus per totũ detergeat, atq; quicquid in semicoctis crudisue succis contineatur crassi, id dissecet, atq; resoluat. Ad hæc aquæ mulsæ quoq; exiguum his adnumerat, quam eandem uim, & naturam habere cum mulso, Dioscor. lib. 5. cap. 9. testat̃, quam etiam melicraton adpellat. Eiusmodi præterea eduliorum loco modice administrare cogimur: q tales de quibus hic mentionem facimus, uictũ sustineant tenuem, si modo alij ulli tenuem: quia crudorũ quos paulatim cõcoquant copia, ad corporis alimentum abutentes.

Oxymel. Ptisana. D Aqua mulsa. Melicraton.

Quum autem cunctis in hac conditione constitutis hypochondrium suspendi, inflariq; procliue admodum sit (quoniam quicquid eis offertur, prompte flatuosum redditur) operę omnino preciũ fuerit, dapibus piperis aliquid cõfundere.

Quum autem, Galenus inquit, istiusmodi omnibus turgida, inflataq; sint, atq; facile quidquid adsumpserint in flatum uertatur, non inutile fuerit, longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe q flatuosi spiritus crassitudinem soluat, & quæ in præcordijs pigra cessent, ad uentrem

Piper longum.

trem depellat, & concoquendis quæ sumantur, subueniat pro communi piperum ratione. Nanq; albo utendum esse, si longo caruerimus: quia uentrem supra alia duo genera roboret: itemque & nigro, quod pondere præcelluerit. Idem author lib. 8. de simplic. medicam. facul. fructum quidem nuper admodum germinantis longum uocat piper: qui autem uelut omphax sit album, & nigro quidem acrius, quod quidem superassatum sit, & superexiccatū. Dioscor. lib. 2. cap. 148. uniuerso piperi communem adscribit naturam, et uim, calfacere: urinam ciere: concoctiones adiuuare, breuemq; in India nasci arborem: licet alij fruticem adpellent, ferentem fructum a principio siliquarum modo oblongum, quod longum dicatur piper, claudentemq; intra se quod exiguis milij speciebus simile sit integrum, absolutumq; mox futurum piper: quod si per maturitatem legitimo dehiscat tempore, racemos ex se mittere granis quæ nouimus onustos pipere nigro, ut V. Marcellus interpretatur refertis: quæ uero alijs acerbiora euadant, candidum dici piper. Nigrum uero maiori acrimonia esse q; candidum, tum in cibis gratius, & si tempestiue maturuerit odoratius, condiendisq; obsonijs utilius.

A Piper album, & nigrum.

Præstat autem in primis diospoliticum medicamentum usurpare.

B

Sane utilius esse, Galenus procedit, & Diospolitico medicamento uti, cuius duplicem etiam ponit compositionem. Aut enim ex paribus omnibus cumino, pipere, ruta, nitro, eoq; modo magis uentrē soluere. Aut cum reliquorum pari pondere nitri misceatur dimidiū. Paulus lib. 7. talem edidit cōpositionem. Cymini in aceto macerati, ac fricti unciam unam: piperis, zingiberis, singulorum uncias duas cum dimidia: quæ melle excipiantur. At Galenus cyminum hoc esse uult Aethiopicum: piper uero uel longum, uel album: & rutæ folia modice siccata. Si enim plusculum siccentur, acria, amaraq; reddi, & supra q; par sit calida: & si prorsus non siccentur, excrementiciū quendam retinere humorem, nondum ex toto concoctum, cuius uitio flatus minus discuti queat. Mel quoq; despumatum his quatuor addere permittit, aliquando nihil, ut aut ptisanę cremori, aut alijs quibus maxime conuenire uideatur cibis inijciatur, deinde hoc medicamentum sumi, & ante, & post cibum.

Diospoliticum medicamentū ubi repertū sit, aut nomen nactum, Oribasius Medicaminum lib. tradit.

Sed & illud quoq; quod e tribus piperum generibus con

C ſtat diatrion pipereon, quaſi διὰ τριῶν πιπέρεων dicitur, appoſitiſſimum ſic affectis fuerit remedium. Vtiliſſimũ eis fuerit oxymeli.

Diatrion pipereon.

Appoſitiſſimum ſane remedium ſic affectis, ut Galenus refert, & quod ex tribus piperibus conficiatur, quod Diatrionpipereon Græci uocent. hoc autem non adeo medicamentoſum ſit, ex uarijsq; confectum, ut non minimum his qui ſumpſerunt negocium ſubſit, quomodo mixta illi medicamenta concoquant, ammi, ſeſeli, libyſticum, & id genus alia. Maxime uero expedire hoc, ad manum præparatum habere dupliciter: alterum ſimplex, hiſq; ſummopere competens, qui recens frigus in uentre habeant, atq; ſuccum pituitoſum. Alterum uero quod magis medicamentoſum ſit: quo maxime utamur in ijs fluxionibus quę a capite ad pectus uſq; deſcendant. Simplicis autẽ compoſitionem huiuſmodi eſſe, ut ad cuiuſq; trium piperum draahmas 50. abunde addantur aniſi, thimi, & zingiberis ſingulorum drachmæ 8. & tale quidem ſimpliciſſimũ eſſe, & adhuc ſimplicius a quo detractum ſit zingiber. Alterum uero eſſe quod ex ijſdem conficiatur, uerum ad cuiuſq; trium piperum drachmas. 50. reliquorum cuiuſq;. 16. D drachmarum inijci pondus: quibus omnibus ſimul tunſis, & per tenue cribrum tranſmiſſis, mel optimum curioſe deſpumatum admiſceatur. Quod quidem medicamentũ dare conueniat non ſemel, bisue quotidie, ſed etiam ſæpe, ſcilicet mane, & ante cibum, & poſt: etiam cubitum euntibus recte dari, cochlearij pleni menſura, nempe paruis parui: & maximis, maximi: & medijs ad portionem. Huius præterea medicamenti uſum Paulus in lib. 2. cap. 23. de curatione quartanarum febrium quaſi utilem, ſalubremq; commendat. Porro de oxymelite ex Galeno, & Plinio tum alijs locis in capite. 4. ſuperius ſatis ſuperq; oſtenſum eſt.

Simplex.

Compoſitum.

Pro potu apomelite, hoc eſt, cremore ex fauis aqua ablutis, utendum cenſeo, potiſſimum ubi utcunq; ſubacuit. Vinis item quæ leuiter ſubaceſcunt.

Apomeli.

Apomeli optimũ aqua confici, bibiq; tota æſtate refrigerantis uicee, Galen. atteſtatur: poſſe quoq; cui id libeat, ad eam hic propoſitam adfectionem commode uti, potiſſimum ubi coacuat, id quod ei ſæpe contingat, alias magis, alias minus; utpote ex aqua confecto, non pluuia

pluuia sicut mulsa, sed qualibet. Quanq; possit, qui uolet, & ex pluuia aqua id conficere: uerum nec ipsam suadeat, quoniam nihil sit deterius quando acescat, potissimũ ad ea quæ hic sint proposita. Quin immo mediocriter ut aceat, ualde Galenus curat, si saltem non omnino incuriose hoc confectum sit. Confici autem legitime, quando fauus nec admodũ sit uiciosus, coquaturq; bene in fontana aqua, quæ & pura sit, & dulcis. Atque si expresso a fauis melle eatenus in aqua coquatur quoad nulla inde spuma existat. Itaq; hac tantum utendũ potione esse, tum uero e uinis ijs quæ leuiter acescant. Paulus libro septimo capi. decimoquinto ex monumentis Philagrij adcipit fauorũ albescentium melle insartorum lb.1. aquæ fontanæ libras.3. cum dimidiata: fauum in minutas dissecando partes, emolliendo, & uniendo, aquam cum melle decoquit dum spuma eius & ueluti crispum, cereumue, plenum ex parte relinquatur, atq; tum refrigerans, denique summa cura in uase conuenienti recondit. A Apomelitis confectiones.

Nutrimentis præterea quę absq; calore extenuant, cuius generis habetur capparis, quem Romani Persicũ sinapi dicunt, uel ex oxymelite, uel ex oleo & aceto pariter sumptus.

Nutriendum præterea cibis esse, etiam Galenus prosequitur, qui citra calorem extenuent: cuiusmodi sit capparis ex oxymelite, uel oleo sumptus ad duos, uel tres dies. Idem autor lib.2. de alimen. facul. capparim ex fruticũ genere ait stirpem esse, plurimamq; in Cypro nasci, prætenuibusq; constare partibus, proinde minimum ex ea alimoniæ in uescentium corpora digeri, quemadmodum ex alijs omnibus quæ tenuia consistant. Eiusmodi præterea plantæ fructum medicinis q; cibo familiarem esse, atq; sale condiri: quia solus asseruatus putrescat: ubi uero ablutus, & demaceratus fuerit, donec omnem salis exuat naturam, tunc minimi sane alimenti cibum fore, ita ut obsonium, & medicamentum cum ad excitandum prostratum adpetitum, tum ad deradendam, deijciendamq; pituitã uentri adhærescentẽ adcõmodari: ac deniq; ad lienis, iecorisq; amoliendas obstructiones, ad quos usus cum oxymelite, aut oxelæo, ante alias dapes omnes sumi oportere. Eadem & idem author de cappari lib.7. de simplic. medicam. faculta. scribit, quibus & annuit Dioscorides libro.2. cap. centesimo sexagesimoquarto. Quare autẽ sinapi Persicum a Romanis nominetur capparis, certam rationem negat V. Marcellus inueniri posse: quod B Capparis. Sinapi Persicũ.

C æque a cunctis rei rusticæ scriproribus capparis adpelletur.

Tensiua defatigatio.

Tensionis defatigatio, dum non ab exercitatione proficiscitur, nimietatem quandam solidas animantis partes expandentem insinuat. Cæterum neq; quenq; fugere, quia luce clarius, potest, quod quandocunq; sanguineus humor nimia abũdarit copia, eum incisa uena detrahere, uel malleolum ferire, præsentissimum est remedium.

Eam uero lassitudinem Galenus ait, quæ tensionis adpelletur, cum citra exercitationem consistat, abundantiam indicet aliquã quæ solidas animalis distendat partes, præcipue in musculis neruos staminosos, quos Inas uocant, sic uisum esse quibusdam probatis medicis, tum nõ in postremis Erasistrato. Vbicunq; uero sanguinis redundantia grauet, supra ostensum est, optimum esse uel uenam incidere, uel malleolum scarificare.

Inflammatiua defatigatio.

Spontanea uero lassitudo, in qua phlegmones sensus est, ne unius quidem atq; alterius horæ, nedum duorum triumue dierũ interuallo, moram sustinet, nisi enim quispiã sangui-D nis missione occuparit, atq; præuenerit, febrim illico inducet acerbissimam. Commodius uero, atq; adeo magis in rem laborantis fuerit, si nihil impedimento sit, bis eodem die detrahere. Sed priore quidem detractatione non ad animæ hominis usq; deliquium auferemus, posteriore uero ne animi quidem defectionem formidabimus. Si qui in ea affectione constituti sanguinem mittere superfederint, eis profecto, nisi uenti ualde secundi flauerint, naufragium factum putabis.

Sed hoc lassitudinis genus quod in superioribus, inquit Galen. phlegmones similitudinem repræsentare diximus, tum propter doloris magnitudinem, tum q; cum euidenti calore etiã musculos maiorem in molem attollat, quæ quidem ne paucis quidem horis, nedum duobus tribusue diebus, eodem consistat tenore, prout Erasistrato placeat, sed statim febrem accendat uehementissimam, nisi sanguinis detractione malo prius occurratur. Affirmat præterea, sanguinem in huiusmodi lassitudine esse calidissimum, eiusq; plurimũ detrahi qui ea premantur fere omnes postulare. Non paucos uero eorum febricitare,

tare, etiam si sanguis detractus sit: itaq; nec cunctandum esse, nec pa- A
tum detrahendum, sed & mature educendum, ad animi etiam defe-ctum usq;, nisi quid aliud uetuerit. Optimũ uero fieri, bis eodem die, si saltem fieri possit, sanguinem detrahere, atq; ita primum quidem mittere multum expedire, ut animi defectum homo non adeat, secundo uero defectus quidẽ tempore minus formidandus. Qui enim in priori detractione resoluitur, secundam minime sustinere potest: in hac uero secunda si quid tale homini inciderit, facile tunc reuocabitur. Qui uero sic affecti sanguinem non miserint, & si euaserint, utiq; fortunæ beneficio id acceptum ferant. Euasuros autem minime, in alia quapiã ratione leuentur, aut sanguinis e naribus profluuio, aut largo sudore profuso. Sed diligenter æstimandum esse, qui sanguinem sunt missuri, admonet, in thorace ne, dorso, siue lumbis, tensio, pulsusq; dolor figatur, an in capite potius, & collo. His enim adfectis humeralẽ uenam diuidendam esse, maxime uero capite extente repleto, & calido: illis uero internam: quod si uero omnino æqualiter lassitudo corpus occupet, ambarum mediam. Reliqua qui scire circa illius lassitudinis curationẽ desyderet, Gale. in lib. 4. de sani. tuen. ad finẽ usq; perlegat.

¶ Cuiusmodi rationem uictus senectus postulet. CAP. XXIII. B



[S]Elidi quidem aridique temperamenti ipsa senectus est. Emendatur uero tum calorificis, tum humectandi, iuxta calfaciendiq; uirtute prçditis. Proinde sunt sed nõ ad lassitudinem usq; fricandi.

Senectutis intẽperiei correctio.

Galenus lib. 5. de sani. tuen. illud ex maxime necessarijs inquit esse, & ueluti elementum totius artis quæ ualetudinem tueatur, q̃ numerosas hominum naturas ediscamus, atq; non de uno, sed de pluribus hic agendum esse hominibus animum inducamus: quare operæprecium esse, naturales corporum differentias prius compertas habere, anteaq; de sanitatis tuendç præceptis aliquid exordiamur. Quicquid præterea circa sanitatem tuendam delinquatur, aut intemperantiæ hoc, aut ignorantiæ maxime imputandum esse. Ignorationi uero facile medeatur pro quauis corporum natura, propria sanitatis tuendæ ratione adposita: initium uero sumendum esse ab optima natura, ad cuius curationem omne dirigi consilium, non ut eo corrigatur, sed

Naturæ hominum numerosæ Medico sunt pernoscendæ.

G ut in statu suo conseruetur. Quod hactenus quidem obseruatum esse hic comperimus, dum per singulas ætates hucusque Paulus cucurrerit, in præsentiarum autem de paracmastice, id est, inclinante ętate nõnulla uerba faciet. Quum autem hoc in opere etiam de uitiosis quibusdam corporum naturis agatur, ac quemadmodum cuiusque earũ seruari ualetudo possit, inspiciamus. Optimum autem corpus ad sui custodiam postulat, ut in qualitate, quantitate, & facultate legitime conseruetur. Verbi gratia, ut exercitationes sint moderatæ, mediocresque, ut dictum est: utque singulis corporis partibus æquabiliter sint adhibitæ sine omni excessu: qui si contingat, ut accuratissime corrigatur. Simili modo in edendorum, bibendorumque natura qualitas, quantitas, & facultas obseruetur: ut mediocritas pro scopo teneatur, ut nec plura, nec pauciora capiantur, quàm quæ bene concoqui, in corpusque distribui queant, ut postremo optime nutriant. Sic in somno, uigiliis, balneis, animi actionibus, & aliis id genus, oĩs excessus medium seruetur. Quod si autem in aliquo peccetur, hoc peccatum corrigatur: nempe hoc unico, & communi corrigendi scopo, ut omnis excessus cõtrario arguatur excessu, ut si plusculũ corpus pridie fatigaueris, hodie aliquid demas: sin minus, aliqd addas, & sic in aliis. Ne autẽ in cor

D rigendo quidpiã erremus, utile erit primũ corporis affectus adamussim pernoscere, qui deinde quot, aut quantum delictum sit, nos doceant. In affectibus enim hos fieri excessus liquido cernimus: quòd nonnunquam corpus aut gracilius, aut obesius, aut durius, aut mollius, aut siccius, aut humidius, aut rarius, aut densius quàm ante apparuerit, reddatur, atque cum eo quod nec naturalem coloris sui gratiam ad unguẽ seruet. De quibus affectionum excessibus, tum aliis circa corpus in qualitate, quantitate, & facultate optime obseruandis, & naturis quidem corporum, tum membrorum singulorum pernoscendis, in processu operis adamussim habebimus. Quibus agnitis, optimum quidẽ corpus cuiusmodi sit, facile diiudicabimus, in statuque suo cõseruabimus, & quod ab huius perfectione deficiat, excessu contrario, ut dictũ est, emendabimus. Ab optimi autem corporis perfectione tribus de caussis corpora deficiunt, ut Gale. refert: aut quod statim in utero uiciosa fuerint: aut quod qualibet de caussa in non naturalem affectum post partum deuenerint: aut ex ætatis ratione, ut hic in senio manifeste depræhendimus. Senium enim frigidum, siccumque est: ueluti in libro de temperamentis a Galeno ostenditur: quia annorum copia senectus

Ætas paracmastice.

Corpus optimum in qualitate, quantitate, & facultate legitimis conseruari desyderat.

Affectuum in corporibus excessus qui sint.

Corpora ab optima perfectione tribus de caussis deficiũt.

Senium frigidum, & siccum.

ctus sit gelida, quando paulatim corporum essentia cum innata calliditate diffluat, membraque exarescant, caro comminuatur, corpus corrugetur, membraque omnino fiant impotentia. Quare Hippocrates senibus parum calidi innati esse dicebat Aphoris. decimoquarto, libro primo, paucis propterea egere fomitibus, q̄ a multis extinguerentur: ob quam caussam febres Senibus non similiter acutas fieri, q̄ frigidum eorum sit corpus. Esse itaque, quod omnes homines proprie senectutem adpellent Galenus ait, non aliud, q̄ siccum & frigidū corporis temperamentum, annorū multitudine proueniens: quod & interdum ex febrium morbo accidat, & inde ex morbo Senium appellatum: omnes autem eadem illius temperamenti culpa senescamus, alius tamen alio tempore citius, seriusue, prout uel natura ab initio simus comparati, uel ex uictus ratione, uel morbo, uel solicitudine, uel alio id genus immoderatius siccati. Quum autem omnis affectionis corporalis prouidentia in duobus consistat, nempe propria eius internoscenda essentia, & materiæ præsidiorum uiribus, attamen in proposito senio scienter affectum eius esse siccitatem cum frigiditate pernoscatur, merito siquidem quæ humectant, & calfaciant præsidiorum tanq̄ materias his administrandas esse ab eo qui saltem idoneus senum esse medicus uelit. Cuiusmodi sint balneum dulcis, & calidæ aquæ, & uini potio: tum ex cibis quicunq̄ humectare, & calfacere natura possint. Quo autem ordine hic procedatur quopiam, & quadruplex materiæ genus præ manibus sit, quibus uires præsidiorum insint: nempe unum eorum quæ sumuntur, alterū quæ geruntur, tertium quæ educantur, postremum quæ foris admoueantur, utiq̄ ex singulis eligenda quæ aut calefaciant, aut humectēt. Itaque ab exercitatione, & frictione, & omni motu in senilis affectus correctione cœpisse satius esse Galenus intelligit: quod nō frustra, immo & uerissime Hippoc. dixerit, Laborem cibum præcedere. Hinc etiam Homerum recte cecinisse. Vt lauit, sumpsitq̄ cibum, det membra sopori. Postulare enim, æque senum, q̄ iuuenum corpora dimoueri, manifestum est omnibus, ne insitus alioqui in senioribus calor extinguatur: itaque nec ex toto quietem eos adquirere, neq̄ exercitium uehemens admittere. Quum autem frictionis munus sit, robur uitale excitare, tum modice calefacere, & ut distributio alimenti sit facilior, et nutritio promptior efficere, senum uero corpora sint frigida, nec alimentū ad se trahere potentia, neq̄ id probe conficientia ut ex

A

Senium ex morbo.

Prouidentia affectionis corporalis in duobus consistit.

B

Quadruplex materiæ genus quibus præsidiorum uires sumuntur.

C ut ex eo nutriantur: non absurdum quidem erit, senibus ueluti exercitationis cuiusdam loco fricationẽ cum oleo administrare, post hanc inambulationẽ, gestationemq́ꝫ, quę tamen sint intra lassitudinem, & ex senis uiribus (iuxta Galeni sententiã, atq́ꝫ uerba) coniectatæ. Facile quidem dictum esse idem ait, quod seni expediat mane oleo ungi, ac fricari: cæterum apte hęc opere peregisse, omnino difficillimum esse. quoniam durior paulo frictio lassitudinem afferat: præmollis uero inefficax sit, tum etiam quæ omnino exigua sit: sed multa quoniam magis per halitum digerat, q̃ ad nutritionẽ conducat: & postremo, quũ seni uel minima caussa maximæ mutationis occasio sit. Propterea in cibi tum qualitate, tum modo non minima cura circa eos est habenda. quippe quum senes si breue quidpiam transgressi limites fuerint, non leuiter oblædantur.

Alimentum autem imbecillioribus ter administrãdum: circa horam diei tertiam pauxillum panis cum attico melle: post hæc hora septima, promissis frictionibus & exercitijs, D pro senectę modulo, balnei quoq́ꝫ usu adhibito, ante omnia quidẽ quę aluũ deijciant, mox etiã pisces, atq́ꝫ alites porrigemus: postremo uero in cœna, quæ inculpatos succos pariãt, quęq́ꝫ ægerrime corrumpantur in stomacho, exhibebimus.

Ergo tutius esse Gal. præcipit, imbecillo seni exiguũ dare, ter die. Sicut Antiochus medicus solitus erat se cibare, quem hic pro exemplo proponit, cuius etiam uerba ex sua serie hic recensere libuit, dum modo ex hoc amborum mens authorum hic circa senum uictum aperiatur. Iam quidem annos natus plus q̃ octoginta, ac quotidie ad forum progrediens in eum locum, ubi concilium ciuium conuenerat: interim etiã longa uia ad ægros inuisendos pergens: cæterũ a domo in forum, quasi trium stadiorum spacium, pedibus cõfecit. Quo etiam modo, infirmos si quos prope habebat inuisit. Longius uero si quo erat eundum, partim gestatus in sella, partim uehiculo uehebatur. Erat autem ei domi domuncula quædam, quæ hyeme calebat camino, æstate citra ignem, tum attemperatum aërem habebat. In hac mane omnino fricabatur, tam æstate q̃ hyeme, utiq́ꝫ deiecta prius aluo. In foro autem, loco aliquo circiter horam diei tertiam, uel ad summum quartam, sumpsit panem cum Attico melle, plerumq́ꝫ cocto, rarius

[Margin: Antiochus medicus.]
[Margin: Galeni uerba.]

rius crudo. Postea partim cum aliis cõmentans, partim ipse solus aliquid legens, ad sextam usq; horam perseuerabat: ab hac tum in publico balneo fricabatur, tum uero exercitabatur, aptis scilicet seni exercitationibus: de quarum forma paulo post agemus. Mox lotus, prandebat mediocriter: primum his sumptis quæ aluum deiiciunt: post hæc, maxime piscibus, uel quos saxatiles uocant, uel qui in alto mari degunt. Rursus in cœna, a piscium usu abstinuit: sed boni succi aliquid, ac quod non facile putresceret sumpsit, utiq; aut far cum mulso, aut auem ex iure simplici. Atq; hac quidem uictus ratione, Antiochus in senio usus, sensibus illæsis, membrisq; omnibus integris ad extremũ durauit. Hæc de Antiochi medici regimine Gale. recitat. Hic uero inter cætera notandum est: quod per horam diei tertiam intelligamus iuxta nostra horologia mane horam nonã, per septimam uero horam meridionalem quasi primam: hoc eo fieri, quod nostra hora duodecima tam diei, quam noctis semper sit illorum sexta tam diei, quam noctis. hoc enim modo supputatur, ut exortu solis initium primæ sit meridiei sexta: solis occasu duodecima: sic rursus initiũ primæ, media nocte sexta, & solis exortu duodecima. Hinc euenit, quod nostri sacerdotes ad horam primam occinant, Iam lucis orto sydere. nanq; a solis exortu quasi horarum initium sit auspicandum. Igitur Plinius lib.2.cap.79. ipsum diem alios aliter obseruare tradit. Quod etiam nonnulla scripturæ loca adhuc indicant. ut Marci.15. Lucæ.23. Ioannis.11. Nonne duodecim diei sunt horæ? Item & Act.2. Non ii ut uos putatis ebrii sunt, cum sit hora die tertia. Clarius hoc liquet Matthæi cap.20. per patremfamilias primo diluculo conducentem operarios in uineam suam, hoc idem facientem circiter horam tertiam, sextam, nonam, & undecimam, hoc est, oriente sole circiter sextam, nonam, duodecimam, tertiam pomeridianam, & sextam. Simili modo Galen.lib.9.cap.4. dicit iuuenem ubi febricitare hora noctis cœperit, eum postridie mane circa horã diei tertiam uidisse. Sunt enim in summa horarum duo genera. Aequales. s. quas & æquinoctiales nominamus, quæ uigesimæ quartæ diei naturalis sunt partes. Inæquales uero duodecimæ sunt temporis portiones, ob id temporales dicuntur: q inter solis ortum, & occasum, uel inter occasum & exortum supputentur. Hæ etiam erraticæ, tum planetarum horæ dicuntur: quod diurnæ nocturnis inæquales sint, & brumales æstiuis. Cæterum pauxillum panis cum attico melle administrandum esse, quod non tantum

Margin: A (beside line 1); Horarum supputatio. (beside "extremũ durauit…"); B (beside "primæ sit meridiei sexta…"); Horarum duo genera. Æquales. Inæquales. (beside "ma horarum duo genera…"); Mel Atticum. (beside the last line)

m a Dioscor:

C a Diofco. lib. fecundo, cap. feptuagefimoquarto, immo & ab aliijs omnibus Attico Hymetio melli honor deferatur: forte, quod foli tenuitate, & aëris bonitate non aliter, quam in ingeniorum felicitate Athenę longe alias antecellant regiones.

Vina ex melle condita libenter admitto, potiffimũ fi quis fenum, uel in renibus lapillum, uel pedum affectionem, quã ποδάγραν nominant, incumbere fperet, adijciendumque huic œnomeliti petrofelinum.

Mel fenibus utile.

Vina ex melle condita libenter admittuntur: quare Galen. libro tertio de alimen. facul. ait, fenibus, ac in uniuerfum frigidi temperamenti corporibus mel effe perutile. Tum præcipue & hic collaudatur mulfi, fiue œnomelitis ufus, de quo in .12. capite fuperius mentionem fecimus, cuius tantum intinctu multos fenectam longam toleraffe, neque alio ullo cibo Plinius lib. 22. cap. 24. prodidit. Ad eundem ferme modum Oribafi. lib. 1. uinum pachychymon libere fenib. interdicit: atque tales cibos, qui aut nephreticam, aut hydropem inferant pasfionem. Admifcendum autem arteticis in uino mulfo petrofelinum folum: forte, quod tale urinam cleat, & lateris, ueficę, renumque doloribus iuxta Diofcor. lib. 3. cap. 70. in potione fumptum medeatur. Per petuo autem fenem fugere oporteat infraxim generantes. At Gal. de fani. tuen. lib. 5. uinum fane pueris alieniffimum, fenibus uero aptisfimum dijudicat. Sed uinum fenib. deligendo huc dirigit, ut in fubftantia fit tenuiffimum, colore uero quod Hippocrates κιῤῥὸν, id eft, giluũ adpellet, quod tum etiam ξανθὸν, id eft, flauũ adpellare potuiffet. Commodiffimum prętereа hoc uinum effe, & quod ὠχρὸν græce, id eft, pallidum dicatur, quod inter flauum, & album medium colore exiftat. Porro duo ex uino fenibus maxima adcedere cõmoda declarat. Vnũ, quod omnia eorũ calefaciat membra. Alterũ, quod per urinas ferum fanguinis expurget: itaque optimum id fenibus effe, quod hęc maxime pręftet: quale eft illud quod fubftantia quidem eft tenue, quia urinas mouet: colore autẽ flauum, quũ proprius is fit præcalidorum uinorum color. Ex pallidis etiam, aut flauis uinis, quę pinguis fint fubftantiæ, hæc & fanguinem augere oftendit, & corpus nutrire: quo fieri etiam, ut ea utilia fenibus interdum fint, eo fcilicet tempore, quũ nec ferofam humiditatẽ in uenis habeant, & ali liberalius defyderent. Sed qui in hac ætate fint cõftituti, plurimũ aquofo excremento abundare,

Oenomeli.

Petrofelinum.

D

Vinum fenibus quale cõueniat.

Vinum fuluum.
Vinum giluum.
Vinum flauum.

Senibus duo ex uino commoda obueniunt.

propterea

propterea maxime ijs uinis indigere quæ urinas cieant. Præ oībus aūt A
cauendū esse, ne quidpiā q̊d crassum efficiat succū ingeratꝛ: nanqꝫ tali ie
cur, lienē, renesqꝫ obstrui: quo fieri, ut si liberalius eiusmodi utanꝛ, alij
aqua intercute, alij calculo sint laboraturi. Quibus aūt calculi suspicio
in renibus gignēdi suboriaꝛ, aut podagræ alicuius, articularisue mor
bi imminens impetus, ijs quæ melle condiantur uti concedit, in quod
conijciaꝛ petroselinū: quasi solū articularibus satisfacturū. Reliqua ad
huc de uinis, lacteqꝫ, alijsqꝫ senum edulijs qui scire aueat, authorem
hunc adeat, indidem omnem huius rei materiam reportaturus.

Si quando res ipsa postulat, ea quæ in uentre pituitā pro-
gnatam incidant seligere, transeundum, ut reor: confestim
ad humectantem educationē, ficis quidem ante alios cibos,
& in primordio cœnæ exhibitis: brumali uero tempore cari
cas, nullo symptomatis sensu in dextro hypochondrio infe-
stante, utiliter offeremus.

Quomodo inci-
dendum contu-
max phlegma.

Esse Gale. aīt, quibus exercitata ratiocinatio sit, ubi senis corpus
quantū ad ipsas attineat partes, frigidū, siccumqꝫ esse audierint, facile
tum serosis, et pituitosis excrementis ob uiriū infirmitatē impleri, quę B
quidē conabunꝛ emittere, solidas aūt calefacere, atqꝫ humectare. Ve-
rum aliquos etiam inueniri, qui excrementorū copia decipiantur, in
definiteqꝫ pronuncient, senum temperamentū esse humidū, qui proti-
nus in ipso primo agendorū consilio fallanꝛ, dum senum corpora sic
canda putent. Ex cibis itaqꝫ potius qui siccent exhibeant. ut ex oleri-
bus brassicam potius q̄ maluā, aut blitū, aut lapathum, aut atriplicē,
aut lactucam. Ex leguminibus præ ptisana lentem, & præ faba mili-
um, & prę zea panicum. Ex fructibus amygdalas & terebinthi semen
potius, quam cucurbitas, & cucumeres maturos, & pruna, & mora.
Ex carnibus ferarum potius quam cicurum, & salitas potius q̄ recen
tes. Itaqꝫ cū contra res ipsa postulet, nanqꝫ cū his maxime prosint cibi
humectantes, ipsi uero quorū uis sit humida fugiāt, et quorū sicca am
plectenꝛ: quare si qn̄ ob pituitā cogamur aliquid ex his quę incidant,
ac dissecent petere, reuertendū tū ilico esse sine mora etiā ad humectan
tē uictū, ab ipso authore diligēter admonemur. Simili modo qn̄ pro-
pter obstructionis suspicionē ad cibos, siue medicamēta cōuertamur,
quæ obstructos liberēt meatus, quo minus tū humidi temperamenti
cibi sint, nec illo ipso die cōmittendū, multoqꝫ magis postero die eidē

 proposito

C propoſito hærendum, ac far cum melle exhibendum, acetiq; aliquid ei miſcendum, utiq; cum ptiſanę ritu præparetur, aut ex mulſo, uinoue phalerno ſumere iubendum, aut lacte utendũ, aut ptiſana bene cocta quæ piperis polline acceperit: ita uero & maturi fici, præ cæteris

Ficus. fructibus ſint eligendi, hyeme uero caricæ. Ficubus ea ineſſe bona Galen. lib. 2. de alimen. facul. adſcribit, q ſint commeabiles (ab omnibus tamen ante cibum dari conueniet) & facile in totum corpus peruadant, penetrentq;. Item q abſtergẽdi ui polleant haud ignobili, cuius gratia commanſæ e calculoſis renibus arenularum uim propellant. Ventrem flatibus nonnihil moleſtare, ſi non celer deſcenſus ille hoc anticipando occurreret: quo fieri, ut non multum temporis in uentre trahant, neq; diu inflare ſinantur. Maturas quoq; ficus immaturas nõ parum antecellere, q æquum & in alijs cernatur fructibus. At Dioſc. lib. 1. cap. 149. Plinius uero lib. 29. cap. 8. ficus recentes ſtomacho noxias eſſe ſcribunt, ſed aluum ſubducere, urinamq; ciere, atq; facile ab eis ſoluta cohiberi: papulas, ſudoresq; prouocare, ob id autumno inſalubres eſſe, quoniam ſudantia huius cibi opera corpora refrigeſcant.

Carica. Siccatas uero, quas latini caricas uocent, corpus nutrire, calefacere, ſi-

D tim afferre, bonam facere aluum, in ſtomachũ tamen & aluum deſtillationibus inimicas eſſe, gutturi uero, faucibus, ueſicæ, & renibus amicas. Veſicę uero ſemper utiles eſſe, & anhelatoribus, ac ſuſpirioſis, item iocinorum, renum, lienum uicijs, ſimiliter & ſe recolligentibus a longa ualetudine, comicialibus, hydropicis, atq; coctæ cum hyſopo pectoris uicijs, tuſſibus diutinis, pulmonumq; malis utiliſſimas. Sed Galenus loco prius allegato, circa caricarum uſum nos commonet. Eſto q fici multiplici utilitate commendẽtur, ſi quis tamen crebro largiterq; eſitauerit, non eſſe innoxias ſenſurum: ad hoc etiam, q nõ probum gignant ſanguinem, quapropter pediculorum agmen generent: incidendi uero, extenuandiq; uim habeant, cuius & gratia partim hic ſumuntur: quo nomine etiam aluum ſtimulent ad excretionem, renes q; expurgent, iecori autem, lieniq; inflammatione obſeſſis (quod hoc dicto hic tangitur, nullo ſymptomatis ſenſu in dextro hypochondrio infeſtante) officiant, ueluti ficus, etiam non ex peculiari quadam uirtute eximia, ſed cuiuſmodi tum ratione omnium epularum dulcium. Quum etiam alias obſtructis illis locis, aut ſcirro, duriciaue tentatis nihil uel proſint, aut obſint ex ſeſe proprijs ſuis uiribus, ſed incidentibus, extenuantibus, & abſtergentibus iunctæ, non mediocriter auxilientur:

lientur: quare medici nonnulli in dictis lienis, iecorisque affectibus, eas longe ante cibum cum thymo, uel pipere, uel zingibere, aut pulegio, aut satureio, aut calamento, aut origano, aut hyssopo dare soliti sint. Corpus & uires adiuuare Plinius refert, ob quod ante athletæ hoc cibo pascebantur. Pythagoras exercitator primum ad carnes eos transtulit. Sunt qui caricas fici genus esse dicant, quod a loco nomē assumpserit, hoc L. Vitelliū cum legatus in ea prouincia esset nouissimus, Tiberij Cæsaris temporibus, in Albense rus intulisse. Brumali uero tempore tales sumendæ sunt, propterea q natura ijs sit, teste Plinio, et Dioscoride, calefaciendi. A

At ubi serosa, pituitosaque retrimenta in senio cōfectis corporibus suggeruntur, singulis diebus locium mouere, & aluum, maxime ante cibū, absorpto prius oleo, subducere expedit. Sed illud liquido constat, quod in prima mensa olerū omne genus cum oleo & garo, ex muria item oliuæ, & pruna denique damascæna manducanda sunt: quod si uehementius aluus suppressa fuerit, mercuriali & cnico succurritur: B quibus non minus conducit & terebinthina, interdum unius modo ponticæ nucis instar, clyster, aluo duræ & astrictæ saluberrimum est præsidium.

Quoniam autem Galenus ait, cum pituitosum, tum serosum excrementum in senum corporibus colligatur, & urinas moueri quotidie conueniat, non tamen per pharmaca, sed apio, & melle, & uinis quæ id pręstare ualeant, & aluum soluere, potissimum oleo ante cibū absorpto: sed & oleribus ex oleo, garoque, ante cibum assumptis. Sint in primis herbacea omnia ante alios cibos olerosa manducanda, cū oleo & garo, iuxta tam Gale. quam Pauli autoritatem. De oleo perspicuū est apud Dioscori. lib. 1. cap. 28. calefacere communiter oleum omne, bonam præterea aluum facere. Sed Garum Diosco. lib. 2. cap. 31. esse, iuxta V. Marcelli interpretationem, intelligit illud, quod liquidum, et fluens aquæ modo supernatet, neque id in piscibus tantum, sed in animalium etiam carnibus garum dici, quod ex earum salsura exudatū, siue exinanitum fluxerit. De Garo multa ex antiquis scriptoribus per Hermol. Barbarum lib. 2. cap. 234. corollariorum traduntur. Breuiter id Garon esse dicamus, quod ex carnibus salsis, uel piscium, uel ani-

Oleum. Garum.

C malium refudauerit. Quin oliuas ex muria præfumere aliquando, idem Galenus adprobat. Muriam Græci Halmen uocant, quam Galenus lib. 11. de fimplic. medicam. facul. falfuginem pifcium falforum nominat. Similiter lib. 5. cap. 963. idem Barbarus natura halmen effe murien, & falfilaginem pifcium inueteratorum afferit, hoc eft, ius falfum in quo feruentur: quam mulieres falimuriā adpellent. At V. Marcellus fuper Diofcorid. lib. 5. cap. octuagefimofecundo, muriam effe halmen inquit, eamq; in duplicem dirimit, eiusq; de qua hic mentio fit confectionem, ex Columella prodit. Hodie muriam pro aqua falfa uulgares accipiunt. Paulus nofter libr. feptimo muriam falforum pifcium, oliuarumque fale conditarum, quas κολυμβάδας appellent, in extergendo maiorem uim continere, oftendit: ideoq; contra coxendicum dolores, & exhulcerata inteftinorum tormina magna cum utilitate infundi. Idem libro primo oliuas falfas, fiue conditas, ante alia edulia comeftas appetentiam cibi reuocare, aluumq; difficilem lenire indicat, idq; fane acrius quum uel aceto, uel aceto mulfo prępare ntur, fiue condiantur. Porro pruna deniq; damafcena manducanda effe fenibus Paulus perfuadet: cui equidem & Galenus fententię annuit eiufmodi uerbis. At quotidie quidem tum per hæc abunde aluus quidem foluitur, tum ex ficis, utiq; cum hi habētur, & prunis, ac alijs id genus quæ æftate, autumnoq; uigeant: hyeme uero & caricis, & prunis damafcenis, ijsq; aut elixis, aut in mulfo cui plufculum infit mellis, maceratis: effeq; id melius fi mel fit Atticum. Longe autem ad aluum deijciendam damafcenis Hifpana præftare fentit. Contrarium Diofcorides fapit libro primo, cap. centefimo quadragefimofecundo, quum dicat, damafcenis prunis aluum compefci: quod quidem eius iudicium Galenus libro feptimo de fimpli. medicam. demiratur: ignorare fe ait, quur ita Diofcorid. fentiat, quum tamen & ipfa palam fubducant, minus tamen quam ea quæ ex Iberia importentur. Siquidem damafcena magis aftringere, at quæ Iberia ferat dulciora effe, nō negari. De agreftium autem fructu quafi adftrictorio, uentremque fiftente, apud nullum effe ambiguū. Plinius libro decimoquinto, capit. decimotertio, in peregrinis ait arboribus dici. Damafcena a Syrię Damafco ita cognominata, iam pridem in Italia nafcentia grandiore quoq; ligno, & exiliori carne, nec unquam in ruga ficcata, quando foles fui defint. Galenus autem libro fecundo de alimento. facul.

Muria. Halmen.

Salfilago.

Salimuria.

Aqua falfa.

Oliuæ falfæ, uel conditæ.

Pruna Damafcena.

D

Pruna Hifpana.

primam

primam bonitatis laudem damascenis a Damasci Syriȩ monte contribuit: proximam uero his quæ in Iberia, & Hispania. Nostra uero pruna cum Damascenis æquipollere, in comperto habemus. Postremo si uehementius supprimatur aluus, Mercuriali, & Cnico succurrendum esse Paulus admonet. Aeque facit & Galenus, qui senibus nullo pacto condonat, ut aloëtia insumant pharmaca, siue alia medicamentosa, præcipue si non quotidie aluus soluatur, si saltem alternis exoluatur diebus. Si uero ad biduum ipse astringatur uenter, neque tertio soluatur die, & cnico in ptisana, alijsque quȩ modice medicamentorum obtineant uim utantur. Mercuriali etiam, & marina brassica. Est autem Mercurialis herba apud nos uulgaris, uinetis, & campis nascens, cui una præcipuaque illi in deijcienda aluo naturæ uis a cunctis medicinæ scriptoribus adiudicatur: quȩ Grȩce παρθένιον, λινόζωστιν dicitur, Latine Mercurialis, tanquam Mercurij herba: quod ab ipso deo inuenta sit, teste Plinio libro uigesimoquinto, capite quinto, Germanice Bingelkraut, Scheissfraut, Mistmylt, Hundtsmylt, Speckmalten, Scheissmelden, Küwurtz uocatur. Ioannes Vigonius libro septimo autoritate Auerrois, Mercurialem elixatam cũ brodio gallinarum, & cum zuccharo sumptã, ad uentrem stipticum potenter emolliendum, & euacuandum maxime commendat. Item & caponem cum Mercuriali decoctum, quod brodium deinde adsumptum, uentrem non tam mollire, quam etiam humorem crudum, & chol. purgare nigram detestatur. Cnicum iuxta Dioscoridem libro quarto, capite centesimo octuagesimosecundo, posteriores cartamum dixerunt, cuius semine duntaxat ad purgationes uti Galenus libro septimo de simplicib. medicam. faculta. declarat: quod Dioscorides tundi docet, expressumque succum ex eo ad purgandam aluum in aqua dulci, aut gallinacei esculento iure: stomacho tamen nocere: quod incommodum, Mesue per stomatica, ut sunt anisum, galanga, mastix, & similia iniecta emendat: eiusque proprietatem esse indicat, ut pituitam educat, pectus, pulmonemque mundificet. Cartamum Germani Vuilden Saffron, Garten Saffron, Flor, uocant, quo certe condimenta hodie loco ueri croci florescere, hoc est, crocei coloris efficiunt. Postremo & terebinthi resinam conducere ambo authores scripsere, quæ sumenda sit aliquando nucis ponticæ, hoc est, auellanæ, quam Leptocaryon Græci uocant, magnitudine:

aliquando

A
Pruna nostratia.
Mercurialis.
B
Cnicus.
Cartamus.
Terebinthi Resina.
Nux pontica.

C aliquando duarum, triumue, quippe quæ non solum aluũ soluere citra noxam possit, uerumetiam uiscera omnia, iecur, lienẽ, renes, pulmonemq; abstergere. de qua superius cap. 6. satis huic proposito conuenientia meminimus. Persuadet tamen Gale. ut prædictis uarie utamur: ne uno tantum delecto, id perpetuo exhibeatur, q̃d eorũ quibus natura spacio assuefacta sit, sumentis uim negligant, contemnantq;. Vires itaq; sint uariandæ, neq; ullum prædictorum copiosius sit exhibendum. quum quotidiana inueniamus experientia, aliorum uentrẽ magis, aliorum minus medicamentis esse obedientem. Cum hoc etiam plurimi sunt, qui si copiosius desederint, & quanto magis sint uacuati, tanto uenter eorum in sequentibus diebus reddatur astrictior: ob quam rem his qui in diuturnis sistuntur morbis, quales in hyeme potissi. contingant, aut quibus post longam infirmitatem in conualescentia similis accidat affectus, aluum ducere Gale. de se fatetur, non acribus per inferiora fusis. Sed tantum oleo, quod etiam quidẽ cum his agat qui sani sunt, saltem uentrem astrictum habentes, atq; etiam cum ijs qui a longo morbo conualuerint. Oleo em̃ siccius excrementum madescit, transitus efficiuntur lubrici, & corpus senile alias duris D pellibus similiter rigens, emollitur. Quapropter Dioscorid. olei iuuamenta explicans, clystere idem infundi, præsertimq; ileosis dicebat.

Canon notatu dignus.

¶ Ad Rugatum contractumq; corpus. CAPVT XXIIII.



Rugatam quidem corporis cutem reddit erui farina, una cum uite candida commixta.

Aliud smigma indesinenter abstergens.

Ficus pingues una cum Bryonia in farinã conteruntur, eruiq; farina usta, sepiæ piscis testa, pauco melle instillato, in eundem usum contunduntur.

Dictum est, senectam suapte natura aridam, & frigidã esse, ob annorum multitudinẽ factã, ꝙ paulatim corporũ essentia iam tũ innata effluxerit caliditate, ideoq; mẽbra carne diminuta exarescere, corpusq; corrugari, propterq; extenuationem ipsam laxiorem fieri cutem, atq; rugosam, & adeo inæqualem, ut in una parte caua, altera uero eminens uideatur. Ne igitur tale corpus rugatum, contractumq; perniciem aliquam subeat, atq; senile corpus pellibus quasi obseptũ, similiterq;

ſimiliterq́; obduratum remolleſcat, duo ſmigmata author hic propo A
nit, quibus cutis repurgetur, & erugetur, aſperaq́; quaſi emendetur, cutisq́; color commẽdetur, ſiue diſcolor ſit, ſiue maculoſa exteratur. Sunt autem Smigmata arida medicamenta, quę & cataplaſmata uocantur, ut Paulus lib. 7. cap. 13. enumerat, quorum alia quidem affectibus hulcerũ conueniant, alia uero cuti admoueantur. *Smigmata. σμήγματα.* Quæ uero hulceribus competant, aut eſſe σαρκωτικὰ, ut quæ cauitates carne repleant: aut κατασταλτικὰ, quæ tumentia ſupprimant, & excreſcentias carniũ reprimant: aut κατουλωτικὰ quæ cicatricem inducant: aut καυστικὰ, id eſt, deurentia: aut σηπτικὰ, id eſt, quæ exedant: aut ἴσχαιμα, id eſt, ſanguinem cõprimentia. *Smigmatum genera.* Quæ autem cuti adhibentur, aliqua eorum ſunt detergentia, & exterentia, ut conflata ex creta cimolia, punice, ſiliqua fermenti, hordeo, peponum carne, flore ſalis: quædam uero attenuantia, & diſtrahentia, ut ea quæ ex ueratro, alcyonio, ſulphure, uua paſſa ſylueſtri, ſinapi uel napĳ, pyrethro, hordeo, lemnitide, ſepiæ teſta. Smigmata porro admonet omnia corpori refocillato, & ex morbo conualeſcenti eſſe adhibenda. Primo itaq; quod hic ponitur, ſmigmate pro- *Smigma primũ.*
mittitur erugatam corporis cutem reddi, ſi erui farina cum uite candida commiſceatur. B
Eruum Romani, Græci uero Orobon uocant, iuxta Dioſcor. lib. 2. cap. 100. omnibus notum eſſe ait, exigui fruticis, foliorum anguſtorum, & exiguorum ſeminum, quæ in ſiliquis ferantur, ex quibus farina fit medicinæ adcommodata. *Eruum. Orobon.* Eiuſdem confectionem farinæ eodem loco demonſtrat, quam bonam facere aluum, urinamq́; ciere, & cutis colorem commendare etiam perhibet. Hanc farinam, teſte Varrone, maculas ex toto emendare corpore, Plini. lib. 22. cap. 25. prodit. Quin & uniuerſo corpori ſi quis quotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem exiſtiment, ſed cibis omnino alienum hominis eſſe, uomitiones mouere, aluum turbare, capiti & ſtomacho oneroſum eſſe, genua quoq; degrauare, ſed madefactum pluribus diebus miteſcere: bubus, iumentisq́; utiliſſimum. Quare Gal. lib. 1. de alimen. facul. inquit. Boues apud nos, ut apud alias plæraſq; gentes, eruo in aqua edulcato paſcuntur, hominum cibis prorſus hoc ſemen damnatur, q̃q́; in ingenti graſſante fame, nonnunq̃, ut Hippoc. ſcribat, ob expugnabilem neceſſitatem homines ad id confugiant. Idem lib. 8. de ſimplic. medicam. facul. Eruum eatenus incidere, extergereq́;, atq́; obſtructiones expedire adſerit, quatenus amaritatis ſit particeps. Vitem candidam Græci ἀμπελολεύκην, hoc eſt, uitem candidam, *Vitis candida.*

n & ψιλωθρὸν

C ψιλωθρόν, a depilandis corijs, quē usum habet, nominant, Germanice, Vuilder Zyttwan, Stickwurtz, Scheisswurtz, Vuilder kürbs, Römische ruoben, nominatur. Eadem & Bryonia, & Bryonias, ut a Columella, dicitur. Radix eius est alba, & grandis, rhaphano similis: quæ cutem repurgat, & erugat, iuxta Dioscor. lib. 4. cap. 176. asperam etiã, & ceu exustam a sole cutem, uaros, lentigines, & cicatrices nigras cũ eruo, chiaq; creta, & fœno græco emendat. Hanc Galenus libr. sexto de simplic. medicam. facul. abstergentem, & desiccantem, & moderate calidam uim habere, posuit: quobrem lienes induratos liquare, siue epotam, siue foris cum ficubus impositam, & sic psoram, & lepram sanare: quæ & Pliniu libro uigesimo tertio, capi. primo confirmat. Porro aliud smigma indesinenter abstergens, ficus pingues cum Bryonia in farinam contritas recipit, eruiq; farinam ustam, & sepiæ piscis testam, cum pauco melle instillato in eundē usum contusa. Iuxta V. Marcelli interpretationem in Dioscorid. libro secundo, capite uigesimo commentatam, sepiæ piscis testam crematam, & non erui farinã ustam hic legere debemus: quum crematas in suas testas sepiæ usque dum quod crustaceum in eis sit abscesserit, tum in puluerē tritas (Dioscoridem enim taliter ab eo uersum ita loquentem inducit) uitiligines, furfures, dentes, asperam, & discolorem a sole cutem exterere cõ

Bryonia. Bryonias.

Smigma secundum.

Sepia piscis.

D memoret. Addidit adhuc hæc nobis magis hoc ita esse persuadentia: quum duo in sepia, primũ ponat, quod duriore testa intra eam claudatur, & quæ foris claudat id, testam. Deinde in exteriori testa duplicem rei substantiam ponit: nam quod intus pumicosum, & tenerius q; pumex, & quod foris siliceum, durius, crustaceum. Ex quibus duobus tum uires medicas sumi. nanq; in eo quod testa clauditur, uentrē mollire: & in eo quod claudit, asperitatem palpebrarum leuigare, uitiligines, atq; alias labes his similes corporis exterere, at hoc quidem eius cinerem facere. Huic alludit sententiæ Galenus libro undecimo de simplici. medicam. facul. Sepiam, & Polypum ex mollium piscium genere esse scribitur, quibus caput inter pedes, & uentrem existat, pediculis tamen octonis. Græci σηπίαν sepiam uocant: pisces istos, a quodam Græco poeta dici, cum Lolliginibus solos piscium cognoscere quid atrum, quid nigrum sit, unde etiam sæpe emisso atro cruore, iter occultare, atq; impedire. De his qui uolet Aristo. libro quarto de partibus animalium, capi. nono legat. Sepiæ corticem scabricies per se emendare, Plinius lib. trigesimosecundo, cap. 4. tradidit. Paulus

Sepia. Polypus.

lius uero noster lib. 7. aspredinibus, atque aliis cutem impetentibus, siue uexantibus, annuit egregia absterſione ſuccurrere. A



¶ Vt suauiter ſpiret corpus.
CAPVT XXV.

SIcca cupreſſi coma contuſa, piceę cortex unguento confuſus, ſuaueolentem corpori inducunt odorem. Memento tamen, ne quis matutino diluculo, una cum indumētis iam corpori applicatis, parum uel caſſiæ, uel ſauinæ deguſtare detrectet.

QVo corpus ſenis ſuaueolentē edat odorē, cupreſſi, ſiue cypreſſi comam, atque piceæ corticem (quā Pityn arborē Græci, Latini etiam picē, Germani Bechbaum nuncupant) confundi unguento iubet. Itemque & caſſiæ parū: cuius plura genera in odorifera Arabia naſci Dioſcorid. docet, atque ſauinæ deguſtare. Non dubium eſt, ſi quis odorifera per ſe aut attrectet, ſiue eiuſmodi linimenti more confectis ſe perlinet, exinde meliorem ſibi odorem uendicare: quare circā huiuſmodi non opus erit longius hic immorari. Auicennam conſule lib. 7. tract. 3. cap. 23. B

Picea arbor, pitys Græce dicit.

Caſſia.



¶ Ad Calfaciendum habitum.
CAPVT XXVI.

QVoniam habitum inſtaurari poſſe obiter inſinuauimus, ſolutus ad calfaciendum illū intrito calorifico utatur: quod ex his conſtat. Nepeta, ſamſucho, hyſſopo, baccis lauri, rore marino (quam Græci λιβανωτίδα nuncnpant) lapide Pyryte, ſale, fece uini combuſto, nitro, pumice, pro uniuſcuiuſque ratione, exiguo ſinapi, uua taminia, & grano gnidio. Poſt balneum uero calorifico utatur acopo, uino rufo ueteri, potione ex uino mulſo, pipere, rutha, & conſimilibus.

QVo habitus ſenilis calefiat, intro quodam calorifico utendum eſſe, indicat, quod habeat aut Nepetam, quam Calaminthen Græci uocant, calida ſiccaque temperie ex tertio quodammodo ordine, utraque qualitate, ut Gal. li. 7. de ſim. med. fac. explicat.

Nepeta.
Calamintha.

C Periclitantibus enim et corpori admouentibus extrinsecus imposita, primum quidem ualde excalfacere, & mordicare, cutemq; exugere, postremo etiam ulcus efficere, idem adijcit. In corpus autem intro ubi assumatur, tum per sese sicca, tum etiam cum melicrato perspicuo calfacere, sudoresq; ciere, omneq; corpus tũ digerere, tum exiccare. Qua ratione nõnulli ducantur, ipsam contra corporis concussiones, rigoresq; per circuitum repetentes adhibere, foris quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non segni, intro sumentes ut dictum est. Quæ omnia Aemilius Macer de Nepeta dicta hisce complectitur carminibus.

Macer. Herbam quam Nepitam uulgari more uocamus,
Hanc medici græco Calaminthi nomine dicunt.
Sicca calensq; illi uis est, & tertius item
Est in utroq; gradus. cum mulsa trita tepenti
Sumpta, solet totum sudore reuoluere corpus,
Ex oleo quæ sit decocta, perunge fricando
Illum, uenturæ metuit qui frigora febris,
D Non frigus tantum, sed febrem sæpe repellit.

Nepeta triplex. Dioscor. lib. 3. cap. 38. triplicem ponit Nepetam. Montanam quandam, quam Gal. ad omnia superius dicta efficaciorẽ esse dicit. Quandam pulegio similem, maiorem tamen, ob hoc agreste pulegiũ a quibusdam dictum: Tertiam agresti mentæ similem. Prorsus tantam inter mentam, mentastrũ, & Nepetam esse societatem H. Barbarus ait, ut non mirum sit, quandoq; misceri ab autoribus, earum & species, & nomina: adeo etiam, q modo pulegium tam officinis, q ruribus uocetur, ut non plane sciatur, an calaminthæ genus sit, an uerum pulegium. Germanorum uulgus hanc uocat herbam, Steynmũntz, Kornmũntz, Nepten. Aut sampsucho constet id calorificum intritũ, quod

Sampsuchus. & ab omnibus eque authoribus etiam amaracus dicitur, apud Roma

Amaracus. nos uero Maiorana. Testimonia dant Plinius lib. 21. cap. 9. & 22. Dio-

Maiorana. scorid. lib. 3. cap. 42. Misceri hanc acopis, malagmatisq; idem tradidit Dioscor. Galenus præterea lib. 6. de simplic. medicam. facul. amaracon dicit non instrenue excalfacere, nõ ualde autem desiccare. Semen habet copiosum amaracus, odorẽ molliter iucundum, radicem aridã telluri suam hęrentem, & multifidam. Semine, & auulsione prouenire Theoph. lib. 6. cap. 7. de Historia plantarum indicat, plantamq; pos

Hyssopus. se eius transferri. Item & ex hyssopo calorifica intrita confici possunt, quæ

A

quæ herba satis in uulgari nota omnibus est hominibus, atque a Romanis pariter, & Græcis hyssopus dicta, teste Dioscor. lib. 3. cap. 27. extenuandi, calefaciendique uires idem ei tribuit. Hanc Gale. lib. 8. desiccare, & excalfacere, tertio ordine, cæterum tenuium esse partium narrat. Similiter & baccis lauri, atque aliis, quorum singulas in hac parte uirtutes suo ordine explicabimus. Admonuisse tamen uult author, ut pro uniuscuiusque ratione singula hæc adplicentur. Laurus, quam Græci daphnen uocant, calefaciendi, molliendique uim iuxta Dioscor. lib. 1. cap. 91. habet, sed eius baccæ maiorem: quare Gale. lib. 6. de simplic. medicam. facul. Lauri arboris & folia, & fructus desiccare, & calfacere uehementer scribit, sed fructus etiam plus quam folia. Acopis, & unguentis quæ calefaciendo sint, & discutiendo Dioscor. misceri condonat. Rosmarinus, quæ Græce λιβανωτὶς dicitur, in quadruplicē per Dioscor. lib. 3. cap. 79. & 80. distinguitur, scilicet in sterilem unam, ferentē fructus duos: & in eam quæ ad coronas utilem, quam Rosmarinum Romani nuncupant, quam calefaciendi uires habere, & acopis quidē admisceri tradit. Omnes autē Libanotides abstergere, & incidere Galen. lib. 7. de simplic. medica. facul prodit. Pyrites lapis, ita fortasse dictus, quod plurimum in se habeat ignis, quem Græci πῦρ uocant: nos uero Igniarium nuncupamus, at Plini. libr. 36. cap. 19. Viuum adpellat, castra utentibus perutilem: quod clauo, uel altero lapide hunc percutiant, statim scintillas edentem, quas ubi sulphur, uel fungus aridus, uel folia exceperint, dicto celerius ignem trahant. Huic siue cocto, siue crudo calefaciendi uim inesse, Dioscor. lib. 5. cap. 96. memoriæ tradit. H. Batbarus & gemmam esse quandam recitat pyriten, nescire tamen se, an ab hac differat, digitos uero attritu urentem: cuius Albertus magnus lib. secundo tract. 2. Mineralium, cap. 14. meminit. Sal omnis halas Græce dicitur, Panacea, ut H. Barbarus prodit, a remediorum iuxta Lucretium multitudine. Sunt autem sales omnes uel natiui, uel fictitii: de quibus abunde apud Dioscor. lib. 5. cap. 80. legere licet: apud Plinium uero lib. 31. cap. 7. ubi etiam ostendit, omnem salem aut fieri, aut gigni. Capite uero. 9. eiusdem libri sal acopis adiungi ad excalfactiones docet. Fex uini nihil aliud esse, nisi sedimentum uini cum deferbuerit in dolio, compertum est, quæ a Græcis Tryx nuncupatur, quod Germani quasi imitantes uocabulum, fęcem uocant Truosen. Istiusmodi quondam crudæ, pariter & coctæ usum fuisse apud authores ubique depræhendimus. Cremationem tamen utrique non parum

Laurus. Daphne. Baccæ Lauri. Rosmarinus. Libanotis. Pyrites lapis. Ignarius lapis. B Sal. Halas. Panacea. Vini fex. Tryx.

C adÿcere uirium certo constat, ideoq; crematam Græcorum medicina
Phecla. Sphecla. singulari hoc nomine. s. Phecla donauit, quod Barbarus Sphecle scribit, quasi fecula. Dioscor. lib. 5. cap. 86. fecem ualidissime adurere, extergere, ad cicatricem perducere, astringere, siccareq; notat. Hanc siccatam recipere ignes, ac sine alimento per se flagrare, nitriq; tanq; naturam sapere, easdem uires habere Plinius libro decimoquarto, cap. uigesimo attestatur. Paulus noster libro septimo, cap. decimotertio, fecis uini usum ostendit in quadam Manethonis confectione, quę διὰ φέκλης, id est, ex fece uini cremata dicatur. Nitri naturam non multum a sale distare Plinius lib. 31. cap. decimo, testis est. In medicina etiã calfacere, extenuare, mordere, spissare, siccare, exhulcerare: utileq; ÿs esse, quæ euocanda sint, discutienda, lenius mordenda, atq; extenuanda.
Nitrum. Nitri olim pluribus in locis, æque ac aliorum metallorũ fuisse fodinas nitrosas, authores hinc inde memorant: nulla tamẽ ętas fictitiũ illud habuit nitrum quo hodie in bellicis tormentis (heu ad mala humana exitiosissima excogitatis) utimur, quod uulgares nostri sal nitrum uocant. Litrum in medio salis, & aphrolitri uires habere Gale.
Sal nitrum. Litrum. Pumex. lib. 11. de simplic. medicam. facul. refert. Cæterum de Pumice talia scribit
D Galenus libr. nono de simplic. medicam. facul. Si inter metallica recenseatur, tunc calumniaturos quibus animus pruriat accusandi libidine: & si inter lapides ponatur, lapidem esse negaturos: atq; multo minus terram esse concessuros, nec marinorum quidpiam habere admissuros. At Plinius lib. 36. cap. 21. Non prætermittendam esse & pumicum naturam: siquidẽ ita adpellari quosdã lapides erosos amne.
Cisseris. Cis. Dioscor. hunc cisserim uocat lib. 5. cap. 79. quasi erosum. nam uermiculus triticarius, & hordearius cis dicitur iuxta Phocionem grammaticum: quemadmodum H. Barbarus notauit. Eundẽ astringere, gingiuas exterere, & purgare quæ claritati oculorum officiant, simulq; calefacere, idem Dioscorides memorat. Sinapi, quod etiam Napi a
Sinapi. Napy. quibusdam dicitur, Galen. libr. octauo calfacere, & desiccare ordine quarto adseruit, quare sinapis exiguum sumendum esse hic insinuatur. Vua taminia Græce Staphidragia dicitur (quam nostræ officinæ
Vua taminia. Staphidragia. Staphisagria. Staphisagriam hactenus nuncupauere) hoc est, Staphis agria, a quibusdam astaphis, a latinis taminia, pedicularis herba, pituitaria, contra Pliniÿ libro. 23. cap. undecimo, sententiam, a V. Marcello declaratur. Efficacissime hęc pediculationibus medetur. Galenus libro sexto Staphidis huius duplex facit genus. Alterum cultum quidem, & satiuum,

uum, quod nos uuam passam nominemus: Alterum uero agreste, A
acrem uim obtinēs, adeo, ut ex capite purget, quod ἀποφλεγματίζειν Grę
ci dicant, abstergatq; ualenter, ad psoram adcommodatum esse, sed
urendi uim habere. Granum gnidiū thimelææ plantæ semen est, hoc Granum gnidii.
Theophrast. in nono lib. cap. uigesimosecundo taliter describit. Gnidium granum rotundum est, colorecq; rubens: semen fert pipere maius, multumq; ad calefaciendum pipere ualidius. Qua de caussa cum deuorandum detur (dari enim contra solutionē alui soleat) in pane, aut adipe obductū sumi: aliter enim gulam adurat. Quod etiā Gal. attestatur lib. 7. de simplic. medicam. facul. granum gnidiū purgare inquiens, sed acris, adurentisq; esse facultatis. Postremo utendum esse acopo post balneum calorifico, tum uino ruffo ueteri, & potione ex uino mulso, pipere, rutha, & consimilibus hic iniungitur. De huiusmodi in superioribus etiam nonnihil indicatū est, data tamen maiori occasione hic acoporum fusior agenda est mentio. Acopa medicamenta quid promittant, ipsorum nomen ostendere Gal. lib. 7. de compositione medica. memoriæ tradit. Copos inquit, id est, lassitudines per Græcos uocari hominis affectus ex multo motu, & uehementi, corporibus uel totis, uel particulis amplius exercitatis oboriētes. Cæterū in eiusmodi usum uenisse, ut nō solū ad lassitudines medicamen hoc componatͬ, sed etiā ad dolorē diuturnū in alto corporis latentē, uel motū difficilē, uel particulæ duriciā, uel tensionem, uel tumorem scirrosum, & id genus alia, modo humidam consistentiā acopis similem habeant, quæ liquidis ceratis sit propinqua, cuiusmodi & in luxatis, fracturisq; utamur. Neminē enim latere autumat, medicamina acopa dicta, oīa liquidæ consistentiæ esse necessario: qppe oleū in alto adfligētes, uehemētioresq; temperatū alicui laxanti pharmaco, & mediocriter calfaciēti, ueluti galbano, resinæ terebinthinæ. Acoporū pręterea a ueteribus usu exploratorū magnā subnectit copiā, e quibus ad libitū quæ hic, aut alibi nobis in usum sint recipienda suppeditantur. Damocritis quoq; acoporum cōpositiones inducit, quorū primo acoporum usum, commoditatemq; ante componendi præceptionem in affectibus certis exactissime depingit. Cuius uerba hæc sunt.

Acopa quæ, aut qualia sint.

B

Damocrites de acoporum usu, & utilitate, tum compositione.

Quum plurima filij medicorum dictitent,
Tum de usu acopion, tum myracopion simul omnium;
Hæc quæ sient dicam, & quo conferant modo,
Quaue ratione facias, quodq; pharmacum.

Ergo

C Ergo & dolores neruorum hæc omnia leuant,
Carnisq; totius & musculum, quibus
Molesta lassitudo est, aut perfrictio,
Aut his dolores similes sine patentibus
Causis oborientes, quæ lassitudinem
Obnoxijs, & frigori facile haud accident,
Q; si prius his usi prodeant ad munia
Vitæ necessaria obeunda, corporis
Et carne partes pabulo indigas suo
Explent, perunctis statim a cibo locis:
Resarciendis ægre quoq; senibus iuuant
Ipsis per hyemem ad uesperam linentibus.

¶ Ad Viciatum corporis colorem.
CAPVT XXVII.



Iciatus corporis color eximie corrigitur uita amœna blandaq;, dapibus succi inculpati: D miscere autē radiculam, porrumq; cum uiridi cicere oportet. Coloris quoq; mirā quandam gratiam inducit, dulcis mali Punici cremor absorptus. Vtile uero fuerit oleum adijcere, elixa in ipso diutius bryoniæ radice: Hoc sane & cuticulam curat, & corpus expolit.

NOn ignorandum esse Auicen. lib. 4. fen. 7. Tra. 2. cap. 2. insinuat, φ quæcunq; sanguinem, & spiritus ad cutis extrema euocent, siue temperate cutem ipsam digerant, tenuioremq; reddant, merito hęc corporis colorem corrigentia dici, quæ in trium generum ordine reperiantur. Inueniri enim quædam sanguinem bonum, tenuemq; generantia. ut sint oua sorbilia, cicer, uinum odoriferum, ficus, & id genus alia. Quędam autem sanguinē mundificantia, dilatantiaq; ipsum, ut foras meatibus ipsis deopilatis, protrudatur. quemadmodū sunt piper, garyophili, crocus, & alia. In quem modum & Paulus hic agere uidetur, quum inferat, uiciatum corporis colorem eximie corrigi uita amœna (quum spiritus tristis exiccet ossa) blandaq;, dapibusq; succi inculpati. Eiusmodi autem radiculam, porrumq; cum uiridi cicere miscenda φq; esse. Radicula apud Romanos ita dicta, quam Græci Raphanida uocant, excalfacit, authore Gale. lib. 8. de simplic. medica. facul. tertio, desiccat uero secundo, digeritq;: ideo ad sugillata, & alia id genus

Colorem corporis quæ emendent, quæ in triū generum ordine depræhendantur.

Vita amœna iuuenescere facit.

Radicula. Raphanus.

id genus liuida ob digerendi illam facultatem adcommoda existit. Ei usdem apozema opilationem amouere, Valla in lib. de tuenda sanitate perhibet, ideoq; arquatos sæpe iuuare, & obstructum habentes iecur, & renes, & uesicam, uisumq; acuere. Sed in libro de natura simplic. ait raphanum distrahendi potentiæ esse, atq; tenuantis calefaciendo potentiæ. Itidem de Porris agit (quorum duo Plin. lib. 20. cap. 6. esse prodidit, capitatum scilicet, & sectiuum, earundem ambo uirium, nisi q capitatum maiorum sit ad omnia effectuum) acutam habere uim, corpus calefacere, humores in ipso attenuare, tenaces secare, urinamque purgandi sanguinem mouere, Germani hanc uocant Lauch, Eschlauch, Schinttlauch. Optimum tamē illorum esse bis coctorum quidam uolunt. hoc enim modo mansa acumen reijcere, malumq; succum deponere: pituitosis, & redundantibus egregia hæc esse edulia: alias uero ut biliosis nociua. Hæc comedantur, inquit Paulus, sed cum cicere uiridi, de quo in sequentibus fusius tractabimus: cuius tamen in hoc loco commoditatem Dioscor. lib. 2. cap. 95. inter cætera hoc legumen commendare cutis colorem indicauit. Coloris præterea miram quandam gratiā inducere dulcis mali punici cremorem absorptum hic infert, de quo in cap. 10. diximus. Auicenna uero de uiribus cordis, scribit granata spiritus confortare, & potiss. hepatis, id quod est dulce, qua ratione & hic cōmendari uidetur: tum etiā, q per Vallam in tuenda sanita. dulcia dicantur thoraci prodesse, præcipue bonum succum gignere, & caliditatem participare. Vtile tamen esse adnectit author, adijcere oleum, elixa in ipso bryoniæ radice, de qua in cap. 24. ostensum est.

A

Porrum, capitatum, et sectiuum.

Cicer.

Mali punici dulcis cremor.

B

Scissuris conglutinantia miscere, atque illinire conuenit, quæ abstergendi aliqua facultate polleant. Verbi caussa, farina, bulbus narcissi, & bryoniæ radix. Pulchritudinē quoq; coloris ipsa opulentia facit. Amygdalę itē tum radix, tum fructus, elixa in aqua. Cuius quidem usus potissimum probatur in lauacro.

Scissurarum medela.

Scissuris conglutinantia miscere, atq; illinire docet, quę abstergendi aliqua facultate polleant. ut sunt farina, bulbus, narcissi, & bryonię radix. Farinam a farre dici nomine adparere Plini. inquit lib. 18. cap. 9. De ęadem Dioscori. lib. 2. cap. 77. cuius in processu huberior mentio est habenda. Scissurarū caussas Auicen. lib. 4. fen. 7. tract. 3. cap. 15. enu

Farina.

C clat. Bulborum duo sunt: quorũ unus est Vomitorius, qui a Græcis ἐμετικὸς dicitur. Alius Esculentus, qui edendo scilicet est satiuus. Bulborum plura esse genera Theophrastus libro septimo cap. 13. indicat. Satiuum autem abstergere, & glutinare, & nimirum etiam exiccare Galenus lib. 6. de simplici. medi. facult. testatur. Quod idem quasi de eo sumptum Paulus noster libro septimo de arte meden. memoriæ tradidit. Eiusdem etiam in libro isto primo, quando radices quæ sint edendo enumerat, mentionẽ facit. Omnes ferme radices bulbosas, uocari Bulbos, ex authorum lectione ut Plinij deprehendimus. Narcissum antiquiores omnes lilio congenerem facere V. Marcellus tradit. Iuniores hunc esse hermodactylum ponunt, quem Germani in Marcio Hornungs bluom, in Septembri Zeitloſzen uocent. Radicem eius usqadeo exiccandi pollere facultate, ut qui maxima conglutinet ulcera, uel ad incisiones usq, quæ circa tendones accidant, Gal. lib. 8. de simplic. medicam. facul. prodidit, atq quiddam habere abstersorium, & attractorium. Amygdalæ porro fructum, & radicem hic conducere etiam, & Galeni uerbis lib. 6. colligitur, siquidẽ ephelin expurgare amaram scribit amygdalam, ipsamq arborẽ similem sortiri uim, D cuius radices coctæ, atq illitæ, epheleis purgent. Opulentiam quoq coloris pulchritudinem facere, quare hic inferatur, quisquis per se, nisi pistillo obtusius habeat ingenium, intelligit.

Narcissus. Hermodactylus. Amygdalæ.

¶ Ad Liuores & Fuscedines. CAPVT XXVIII.



Enum cum liuorem, tum fuscedinem pulchre emendabimus, si cutem spissam, & affectionibus minus obnoxiã, habitudinemq omnem longe calidiorem reddemus: quod quidem multo citius assequemur, si salibus in balneis utemur. Fuscedinem uero spongijs, in raphani absynthijq iure submersis, fouere expedit.

Liuorũ caussæ.

Colorem conuerti ad nigredinem caussa solis, aut frigoris, aut sordiciei, aut balneorum modice sumptorum usu, aut esu salsorum, aut sanguinis in melancholiam metamorphosi, Auicenna libro quarto, fen septimo, Tractat. secundo, capite primo recenset. Ex frigore autem qui senibus eueniat liuor, cute spissa, & affectionibus minus obnoxia, quando habitudo omnis longe calidior reddatur, pulchre emendabitur:


emendabitur: ueluti si salibus in balneo utamur. Fuscedo quoque spongiarum in raphani, absynthiique iure submersarum fotu corrigetur. Absynthium enim excalfaciens, pariter & extergit, & roborat, & desiccat, teste Gale. lib. 6. de simplic. A

¶ Quæ dentes perseruent, custodiantque. CAPVT XXIX.



Entes, si quis hęc fecerit, corruptionem non sentient. Ante omnia quidem corruptiones ciborum uitandæ sunt. Fugienda pariter adsidua uomitio. Horrere item oportet escas dentibus aduersas, ac inutiles: cuius generis sunt, ficus aridæ, mel coctum, frangi contumax, palmulæ, & quæcunque ægerrime conteruntur, quęque glutinosa sunt, atque fractionis adeo difficilis, ut dentes uel loco dimoueant, uel eorum stuporem (quam doloris speciem Gręci αἱμωδίαν, Romani torpedinem uocant) inducant. Cibi omnes egelidi, & marcidi. Sunt uero a cœna dentes semper accurate expurgandi. B

HAud absimili conditione Auicenna lib. 3. fen. 7. cap. 3. incolumes conseruare dentes cupientibus, nonnulla præscribit obseruatu digna. quemadmodum, ut sibi caueant, a frequenti cibi & potus corruptione in stomacho, propter ingesta quæ facile sint corrumpendi. ut sunt lac, pisces salsi: & parui: item ne numerosis uicibus euomant, & id præcipue quod sit acidum: præterea uisci masticationem potiss, si dulce fuerit euitent, ut confectiones de melle, ficus: item fractu cõtumax, & quidquid frigoris sit uehementis, proprie uero post calidum, & e diuerso dentibus ne attingant. Ad hęc dentes mundificent, absque tamen offensione: & ea quæ ingenita quadam ipsis proprietate obesse possint, ne degustent quidem. Dentes ergo si quis hæc fecerit, corruptionem minime sentient. Ab assidua uomitione dentes oblædi, omnes sentiunt medici, similiter & stomachum, & pectus, & uisum. αἱμωδίαν, quotidiana est affectio in qua acerbitate, aut aciditate cibi alicuius, pręsertimque nondum maturi, dentes nostri stupent, ut nec sine dolore, alios cibos commanducare, conficere possimus, ut dentes quasi alligatos nonnulli conquerantur. αἱμωδίαν



C

¶ Aduerſus grauem Auditum. CAPVT. XXX.



D audiendi promptitudinem in primis con ducit, meatus ſordium expurgatio. ad tempus enim retentæ, linimentum madens dropace unguine, quod e pice conficitur, in ipſum demittito, & ſimulatq; expreſſum fuerit, extrahito. Vna quippe ſic opera & meatus expurgatur, & auditus reſtituitur. Poſt hæc autem inſtar erui ad diem adhibito, obtura meatum: poſtera die detrahens, ſingulis diebus oleo amygdalino illine, aut nardino, aut chamæmelino, aut adipe anſerino, aut modico felle bouino. Rurſum iuſto temporis interuallo impoſito, ſinapi & ficu in farinam ſuffriatis, conformato peniculo (quod κολλύριον Græci appellant) horis duabus applica: quo deinde detracto, oleum in albuci radicis cremore, uel ſola cum radice feruefactum, concauitati infundito.

D

ADuerſus grauem Auditum, qui plærumq; infeſtare ſenes ſolet, præcipitur, ut meatus auriũ a ſordibus expurgentur: quod quidem facilius fiet, ſi linimentũ madens dropace unguine, q̃d e pice cõficiatur, in ipſumq; meatum demittatur, & ubi expreſſum fuerit, deinde extrahatur. Dropacis, ſinapisq; uſum ueteres Græci habuere ad euocanda. ſ. in ſummam cutis ſuperficiẽ quæ intus ceſſantia noceant. Eundẽ hæc duo uſum habent, licet diuerſa ſint: niſi quod ſinapis manifeſtam exhulcerandi cum rubore uim habeat, dropax uero depi andi. Vnde Paulus lib. 7. cap. 19. de acopis, ſynchriſmatis, dropacibus, & ſinapiſmis agens, dropacem duplicem admittere præparationem oſtendit: hanc quidem cum emplaſtro, aliam uero cum malagmate communem, & aſſimilem. Nonnullos etiam ipſum calidum, quum res poſtulet, illinire. Hic uero cum pice conficiatur, quam cum roſaceo contra purulentas aures inungi, Dioſcorid. lib. 1. cap. 79. tradidit. Hac equidem opera & meatus expurgari, auditusq; reſtitui promittitur. Poſt hæc autem meatum obturemus inſtar erui ad diem, quo ad poſterum diem detracto, oleis, et adipibus quibuſdã illinantur. Haud ſecus Auicen. cap. 15. lib. 3. fen. 4. grana parua fieri iubet, eaq; poni in aurem, & tertia die extrahi: quia eiuſmodi plurimam adglutinari ſordem, ex

Dropax unguentum, cuius etiam meminit Galen. lib. 6. de tuenda ſanitate. Dropax etiam pittoſis a Valla dicitur in lib. de uniuerſi corporis purgatione, cuius & uſus hic docetur.

ex qua detracta euidentē subsequi alleuiationem. Itidē & licinij in pice infusi usum, & in oleo chamomilino, & in nardino commendat. A
Amygdalinum oleum ad aurium dolores, incertosque sonos, & sibila facit, iuxta Dioscorid. lib. 1. cap. 31. Similiter chamæmelinum resoluit, dolores sedat, materierumque ad aliquam particulā cursum impedit, neruosque & ex his confecta membra confortat. Sic nardinum flatuoso auris dolori, capitique dolenti insigniter proficit. Anserinū uero adipem ad uultus nitorem facere, auriumque dolores Dioscor. lib. 2. cap. 68. profert. Idem lib. 2. cap. 70. Taurinum fel purulentas aures sanare insinuat. Postremo ex sinapi & ficu in farina suffriatis peniculum conformetur, quod ad duas horas adplicetur, quia aurium grauitatibus, incertisque earum sonis sinapi cum fico inditum mederi Dioscor. lib. 2. cap. 193. docuit. Peniculi, siue penicelli, et penicula, siue penicella pannos, & lintea protendūt quibus uulnera stipant, ideo scilicet, ne claudantur, uel ut magis aperiantur: qualia fiunt ex medulla sambuci, & spongia. Detracto postmodum peniculo, oleum concauitati infundi iubet, quod in albuci, hoc est, asphodeli radicis succo ferbuerit. Asphodelus enim, & quę albucus, & Hastula regia dicitur, quam nostrates hactenus Affodillum uocauere, & Bernhardi testiculum, & centū capita, Germani uero Goldtwurtz, Goldtzübel. Hanc Heroion ab aliquibus dici Plinius lib. 22. cap. 22. testatur. Decoctæque radicis in oleo succum perniones, & ambusta sanare, atque ad grauitatem aurium infundi. Quod talibus explanat uerbis Dioscor. inunctum exhulceratis pernionibus & ambustis in excauata Asphodeli radice decoctum oleum prodesse, surditati idem utile instillatum. B

Amygdalinum oleum. Oleum Chamæmelinum. Oleū Nardinū. Adeps anserinus. Fel Taurinum. Peniculi. Penicelli. Penicula. Penicella. Asphodelus. Albucus. Affodillus.

¶ Ad Caliginem oculorum. CAPVT XXXI.



Quo caligine minus oculi corripiantur, ipsis egelida aqua submersis modice suspiciant: quippe acies oculorum, uidendique facultas miris ita modis intenditur. Caue tamen, ne unquam auara lectione delassentur. Abstinendum præterea a uino crasso, ac dulci: epulis item, quæ diu supernatantes ægre tandem in uentriculum demigrant, quæque concoctioni resistunt, atque succos lentæ, crassæque materię gignūt. Quin & ab erucis, porroque, & a quibuscunque acoris quiddam sur-

Quæ uitanda caliginosis.

C ſum tranſmittitur. Iam uitare pariter expedit meridianũ ſomnum, ſupinumq; decubitum, uentos ex aduerſo obuiã flantes, fumum, atq; puluerem. Infunditur porro præſenti remedio oculis, perpeti menſe ſingulis diebus aqua, ad hunc modum præparata. Fœniculum uiride, ſimul & aquam pluuialem uaſi teſtaceo foris picato inijce, deinde de fœniculo exempto, reliquias in eum uſum reponito.

NE caligine oculorũ corripiantur, ſenes quædã quæ præueniant, quædam uero quę corrigant hunc adfectum hic uno quaſi faſce connectunt. Suſpiciant inquit, ipſis egelida aqua ſubmerſis: quia eos extergit, aciemq; oculorum, tum uidendi facultatem mire intendit. Caueant tamen a nimium auara lectione. A uino præterea craſſo, ac dulci abſtineant: epulisq;, & alijs concoctioni reſiſtentibus, ſuccos lentæ, craſſęq; materię gignentibus, quę ad ſuperiores capitis ſedes transuehantur. Ad hæc ab erucis, porrisq;, & ab omnibus ſurſum quiddã tranſmittentibus. Proinde ſomnum meridianum fugiant: quod morbos udos, & fluxiones generet, colorem uitiet, adpetẽtiam infringat, apoſtemata progignat, & febres proritet, autoritate Auicen. lib. primo, fen. 3. doct. 2. cap. 9. Decubitusq; ne ſit ſupinus, quo innumera recrementa, quę alias a cerebro ad nares, palatumq; prolaberentur, eijcerenturque, nunc detineantur: quæ amplius congeſtæ, oculos tum ipſos impetunt. Puluerem præterea, uentosq; ex aduerſo obuiã flantes, ut ſunt aquilonij, fugiant: quia oculos exaſperant, doloremq; incitant. Addit poſtremo collyrium quod a Meſue miris decantatur modis, ob nimiam eius in tuẽda oculorum ſanitate, eos uidelicet extergendo uiſumq; clarificando, prærogatiuam. Fœniculum enim autoritate Democrati idem ait, oculum extergere, uiſum clariorem reddere, iuxta omnem & qualemcunq; adminiſtrationis modum: itaq; ſerpentes in cauernoſis ſpecubus deliteſcentes, fœniculum adpetere, eoq; ueſci, oculosq; ſuos eodem perfricare, multumq; exin clariorem reportare uiſum. Quod Aemilius Macer tali perſtringit carmine.

Lectio auara. Vinum craſſum, dulce. Somnus meridianus. Decubitus ſupinus. D Pulueres. Venti. Fœniculum. Macer.

Hac manſa ſerpens oculos caligine purgat.
Indeq; compertum eſt, humanis poſſe mederi
Illam luminibus, atq; experiendo probatur.
Radicis ſuccus mixtus cum melle recenti,

Pulsa, reddit eos omni caligine claros. A
Expressus marathri uiridi de semine succus,
Soleque siccatus, magnum medicamen habetur,
A quiscunque uelis oculorum pellere morbos.

Atqui Dioscorides libro tertio, capite septuagesimoquarto, Ex folijs fatetur caulibusque fœniculi expressum, tum siccatum in sole succum, oculorum medicinæ, & remedijs utilem esse, quæcunque ad eorum claritatem conficiantur. Itidem exprimi succum ex uiridi semine cum folijs, ramulisque, ad eadem omnia. Itemque radicem eodẽ modo in prima foliorum germinatione exprimi. Quibus omnibus astipulatur Plinius libro uigesimo, capi. uigesimotertio: quia fœniculũ ait, serpentes nobilitasse, gustatuque senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo: unde intellectũ sit, hominum quoque caliginem præcipue eo releuari.

De Plenitate, Satietateue.

CAPVT XXXII.



Vmmopere in alimentorum satietate delinquitur. nam & si probe uentriculus suo fungatur in coquendo officio, uenæ tamen plus iusto refertæ afficiuntur, expanduntur, finduntur, opilantur, flatuque infarciuntur, & mira quadam denique grauedine pessum eunt: atque, ut semel dicã, grauissimas ex satietate, uenarumue plenitudine (qua nihil in morbis pestilentius) ægritudines prouenire perspicuum est. B

Venarum repletio nocentissima.

DElictum hoc circa plenitatem, siue satietatem, Galenus tam pulchre, quàm copiose in fine libri quarti de sanitate tuen. indicat, cuius uerba cum toto contextu hic recensenda esse uisum est: ut hi qui locum illum in ipso authore nunquam adhuc uiderint, hic eius copiã habeant: quomodoque Paulus totus in omnibus ferme ex ipso Galeno aphristicus dependeat, intueantur. Reliquum ergo est, ubi docuerimus, ait, non esse a sanguinis missione festinanter reficiendum, hic librum hunc finiamus. Præsumetur autem, & ad huius sermonis fidem quiddam, quod in opere de NATVRALIBVS POTENTIIS

Galeni uerba sunt ex. 4. de sanita. tuen. libro.

C est demonstratum. Ibi enim ostendimus, omnibus ijs quę propria natura reguntur, uim quandam esse insitam, qua similes quibus alantur succos, possint attrahere. Demonstratum præterea est, ubi proprio & commodo nutrimento destituuntur, urgeri: uel non commodum rapere: tale porro est quod nondum in uentre, uenisq; concoctum est. Ergo necessum est, cum homo largius se cibis impleuerit, eo casu crudi succi plurimum in corpus animalis rapi: idq; multis de caussis: & ꝙ deterius in uentre uenisq; concoquitur quod copiosius est: et quod multum in corporis molem ideo subit, quia multũ superest: & quod citius etiam ꝗ par est: propterea ꝙ uenter uenis, uenæ reliquis omnibus animalis partibus, rapi quod nondũ confectum est, permittunt: quod adeo non facerent, si id exiguum esset quod ipsæ haberent. Demonstratum est enim, partes ipsas ex alimento primum sua portione frui, mox cæteris transmittere. Ergo ultima præcipuaq; noxæ caussa est, ijs qui sic sunt affecti, quod quæ in corporea animalis mole habentur, partes, ubi multum, semicoctumq; attraxerunt nutrimentum, nõ paruam excrementorum uim ex ea re congerunt: cum neq; perinde ac

D si bonum esset, concoquere id omne ualent, neq; etiam ut cum corpore coalescat, & assimiletur efficere, imo partim prospere singulas functiones obire, post uitiosum, multumq; nutrimentum, par est. Similiter enim his euenire necesse est, ut uentri, cum abundantia male pręparati cibi est refertus. Male præparata uoco, quæ elixari, torrerìue debentia, iustum in his finem non sunt consequuta. Ergo siue panis nõ satis est coctus, siue caro, legumenue intra modum elixum, fieri nequit, ut hæc uenter probe concoquat. Eadem uero ratione se habent, & quæ in uentre male sunt confecta, ad secundam concoctionem quę agitur in uenis, quæ male præparati cibi, ad concoctionem quæ est in uentre. Quinetiam quæ in uenis male sunt cocta, sic se habent ad concoctionem quæ agitur in carne, quemadmodum se habebant cibi, ad eam quæ est in uentre: & ex hoc subeuntia, ad eam quæ est in uenis. Ergo nec uenter externa quæ sumpsit, exacte concoquit, nec uenæ hæc quæ a uentre excipiunt: sed nec carnes quæ ex uenis, ubi probe omnino non sunt confecta. Atq; interim excrementi copiam in corpore prouenire est necesse. At rem quidem omnem, ut breuissime licuit iam diximus. Q. si quis dictorum cuiusq; incertam ex demonstratione scientiam cœpisse uelit, is librum de naturalibus uirtutibus legat: in quo primum liquido demonstratum est, uentrem sua ipsius caussa,

Male præparata.

caussa nutrimentum suscipere, ut eo tum fruatur, tum quod sibi desit suppleat: eoq; amplecti id undiq; ac retinere totum, quoad se satiauerit. Secundo illud, eundem ubi ali præterea non desyderat, imam sui partem, πυλωρόν Græci uocant, id est, portam recludere, ac quod ciborum superfuit, exprimere, pessumq; ceu alienum onus trudere. Deinde quod in ipso transitu per intestina, ac potissimum tenuia, uenæ quæ huc pertinent, alimentum ad se rapiunt, quod ex mora, quam in uentre habuit, & alteratum, & animali magis idoneum est effectum. Mox in ipsis uenis quoq;, ab alia in aliam traditur, ad eundem modũ quo ex uentre in uenas, hinc uero iam plane confectum in singulas pertrahitur animalis partes: ubi tertiam concoctionem nactum, ipsi alendo corpori assimilatur. Hæc si quis ex eo libro colligat, nihil est q̃ caussam amplius requirat, cur multi habitu corporis exinanito, indesensim renutriantur, plurimum excrementorum in toto eo congerant, atq; ex ijs non leuiter ægrotent. Cæterum qui morbi potissimũ ex plenitudine oriantur, idem lib. 5. eiusmodi esse recensuit, synanchę, cynanchæ, distillationes quas catarrhos uocant, hæmorrhoides, sanguinis profluuia, articulares morbi, ophthalmiæ, peripneumoniæ, laterum compunctiones, reliqui deniq; omnes quorum genus est phlegmone. Sic in. 6. eiusdem libro corruptã in uentre morborum putredinis occasionem esse ostenditur. Idem super Hippoc. aph. lib. 1. aph. 3. placito, dicentis, refectiones, cum extremæ fuerint, periculosas esse. Naturam ait, semper coctionem, alimenti distributionem, sanguinis generationem, adiectionem, adglutinationem, atq; assimilationem operari: quando autem nihil adijci solidis corporis partibus possit, neq; uenæ amplius habeant conceptaculum, in quod alimentum distributum recipiatur, tunc periculũ imminere, aut diruptionis, aut mortis repentinæ. Quo autem corpus rursus habeat locum quo nutriaẽ, bonum habitum oportere sine mora soluere: eius autem solutionem esse euacuationem, quam in præsenti etiam plenitudine cum uomitione moliemur.

A

Morbi qui ex plenitudine oriantur.

B

Refectiones extremæ periculosæ.

Ventris porro plenitas, quanq̃, eo quod redundantias uel uomitione, uel alui deiectione excernit, multo quidem tolerabilior sit ea quæ uenis oboritur, tamen & ea quoq; damnanda est. Attamen si quando quis se plus æquo ingurgitarit, protinus uomitu eijcere studeat: periculum enim, ne

C si probe concoxerit, uenæ præ plenitudinis mole molestentur, præsertim dum quis iugiter per intemperantiam sese largius inuitans, nullam comminiscatur euacuationē. Vomendum est itaq; antea ꝙ cibaria sumpta in uentriculo corrumpantur. Si cui tamen est quod uomitionem impediat, alui deiectio plerumq; maximo fuit præsidio. Verum si ne id quidem est integrum, somno prolixiori indulgeat, & crebrius in potu aqua utatur calida. Vbi uero quantum satis est concoxerit, potissimum si aluum deiecerit, lauare, fomentis uti, paululū salsamenti gustare, potumq; dilutū haurire expedit.

A Crapula illico uomendum.

Hic minime subticendum est, Repletionem ita diuidi, ut alia referatur ad uasa, alia ad uirtutem. Quæ autem ad uasa relata sit, hanc secundario dissecari in plethuram nimirum, & cacochymiam, quarum Galenus libr. the. decimotertio, cap. 3. meminit. Vbi enim æquabiliter inter se succi sint adducti, id plethuran dici adserit, nos plenitudinem, & succorum redundantiam dixerimus. Vbi uero uel flaua bilis, D uel nigra, uel pituita, uel serosis humoribus refertum corpus sit, eum habitum cacochymian, quasi succorum uitium dicas, nominent. Ex quibus facile colligitur, hanc repletionem ad uirtutē referri. ut si quis se non ingurgitet, sed cibi pauxillum qui bonum generet humorem assumat, quem tamen uentriculus ob suam imbecillitatem non queat concoquere. Itaq; illam plenitudinem uasorum, quæ in uentriculo adhuc contineatur nonnihil leuiorem esse, ratificat: ꝙq; etiam & ipsa illaudabilis sit, eamq; illico ubi inciderit, eijciendam esse persuadet. Simile quidpiam agere Galenus uidetur in. 6. de tuen. sani. libro. Nam quicquid eorum quæ in ipso sint corpore, adfligat, duplici id, ait, occasione oriri: aut redundantia, aut succi uitio. Ad redundantiarum aūt uitia huc uniuersam uictus rationem tendere, ut succi ad conuenientem modum reuocentur: ad succorum uitia, ut pares eos faciamus. Quod aūt mediocritati prospectum fuerit, id in quantitate spectari: æqualitati uero, in qualitate consistere. Quodcunq; enim quod ex corpore exhalet, si minus sit ijs quæ acceperit, redundantiarum morbum tale facere. Prospiciendum itaque, ut eorum quæ edantur ac bibantur, respectus ad ea quæ expellantur: quo conueni-

Repletionis diuisio, ad uirtutem, & ad uasa.

Plethura.

Cacochymia.

Redundantia succi uitium.

ens seruetur mediocritas. Qui modus facile seruetur, si a nobis in utrisque quantitas ponderetur. Plethura igitur si est, inquit Oribasius, oportet plus ꝙ competit uomere, si a cibo, & uino repleti sunt nimio: quia ex eo patiuntur plenitudinem quam Græci Plethuram uocant. Quare Hippocrates in libro de passionibus, seu morbis extra, præcipit, ut si quis cibi, potusue consueto plus sumpserit, statim uomat. Eundem Auicenna libro primo, fen. quarto, capite decimotertio allegat præcipientem, ut in unoquoque mense, forsan ne quis hanc plethuran incurrat, duobus diebus continuis uomitionem repetere, plurimumque aliarum commoditatum ex eiusmodi usu uenire: quamꝙ subuerendum etiam nonnihil sit, ex frequenti eius usu in uentriculo ferme eneruato indesinenter recrementorum colluuiem coaceruari. Quod si minus quispiam euomere possit, alui deiectione utatur: deinde lauacris, fomentis, aliisque superuacaneos succos exedentibus.

A — Plethura apud Oribasium.

Hic etiam uide Gale. in lib. de ratione uictus priuatorum.

Quod si neque desederit, neque mature coxerit, & uniuersi semel corporis moles ponderosa, & ad motus omnes inapposita, somnolentiorque, & mens quoque nulla euidenti ratione pigritia torpeat, hæc profecto uenarum plenitatem, ne dicam redundantiam, portendunt. Qui uero præter hæc lassitudine quoque capiuntur, eos tranquillitati permittere, quoad uentriculus pro sua functione cocturā absoluat: mox deinde exercitationibus inanire satius est.

B

Nanque ubi plethuricus neque desidat, neque mature coquat, ipsam plenitudinem uenis influxisse non est dubium, quod malum quidem peius est superiori. Cuius signa Oribasius in hunc modum congessit: scilicet, quando tales nihil delectentur, pigri etiam sint, & sensus, & mens ipsa ægrotent, & somnus adsit plus ꝙ consuetum sit, similiter & spasmi sint in corpore, id est, membra subsiliant, uenæ plenæ & densæ sint, horrores inordinati, & permixtos habeant calores. Qui si uomere uelint, subtilius, & largius phlegma præparandum esse. Tales uero tranquillitati committere, quamdiu uentriculus cōcoxerit, mox exercitationibus inaniendos potius esse, Paulus noster demandat: propter nimiam forte ibi inexistentem repletionem, iuxta Auicen.


Plenitudinis in uenis contentæ, signa.

C illum canonem notatu dignũ lib. 1. fen. 4. cap. 4. dicentis, non omnes exinanitiones esse necessarias, ob repletionis superfluitatẽ, sed interdum eas exigi propter morbi furorem, & ob repletionis qualitatem, minime uero quantitatem. Ad hæc, esto ꝙ sæpius euacuatio desyderetur, nonnunꝙ tamen intercipitur, ut tantum inædiæ, somno, totũ hoc quod exinaniendo fieri debuisset, emendando constitutionis maliciam, ex repletione suborientem, committatur. Qui eiusmodi plenitatis exempla coram tueri uelit, hodierni seculi mores edendo, bibendoꝙ, plethurarum modis & figuris plenos obseruet, ex quibus tot innumeri, qui neꝙ dici, neꝙ excogitari possint morbi, affectionesꝙ diuersæ pullulent.

Nota hic Canones insignes.

¶ De Temulentia. CAP. XXXIII.

Temulentiæ remedium.



Maturus sane uomitus saluberrimum temulentis est remedium. Expedit autem ubertim aqua & mulso epotis uomitum elicere, quo partim bene multa proijciat, partim uel licationes, quas secum fert ebrietas, hebetiores reddant, & obtundant. A uomitu uero inambulatione D leni, & illinitione abundanti utendũ censeo. Reliquo deinceps tempore tantisper tranquillitati, quietiꝙ, sub stragulo dormientes, uacent, donec id quicquid est uilli edormierint, & ipsa afficiens discutiatur ebrietas.

Temetum. Temulentia.

A Temeto, quod ueteres uinum quod esset grauius uocabant, Temulentia siue Ebrietas deriuatur: ideo, ꝙ ebrij temere agant, & inconsyderate, quidquid faciant. Tunc enim auidi matronã licent ocu li, tunc graui produntur marito, tunc animi secreta proferuntur, alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, redituras ꝙ per iugulum uoces non continent, ꝗ multis ita interemptis. Plini. lib. 14. capi. 22. de uitanda ebrietate eiusmodi inducit uerba, atꝙ alia adhuc minime surdis prætereunda auribus. Nemo est omnium cuiusꝙ facultatis, siue professionis sit scriptorum, qui hanc ebrietatem non ut perniciosam damnet. Diosc. tamen, alijꝙ naturæ scriptores, hostili eam insectantur calamo. quia lib. 5. cap. 6. apertissime pronunciat, noxiam omnem ebrietatem, præsentimꝙ continuatam. neruos enim ex hac cędere, quotidiana ueluti obsidione laborantes. Ad hoc copiosum quo

tidie uini

tidie uini potum acutorum morborum principia ingenerare. Vtilem nihilominus, presertimq; a potu aquæ, aliquo tempore uinositatem: in summum enim euocari, meatus laxare, laxatisq; his sensuum certa excrementa purgare. Oportere tamen post hanc uinositatem aquam bibere. ab ea enim ueluti contraria curatione, auxilij rationē aliquam quærendam esse, idem tradit author. Ex quibus colligitur uerbis, uinositatis, tum ebrietatis non paruam esse inter se differentiam: quum illa animi relaxatio sit ex uino facta, qua nos caleamus, & a torpore excitemur, & spiritus toto corpore nostro ad agenda omnia uegetiores efficiamur, ut in hoc Psaltis dicto adparet, uinum cor hominis lætificare. Hæc uero, quū nihil aliud sit nisi importuna, ut ex Plin. summatim ostensum est, loquacitas. Istiusmodi ergo uinositati in tuenda sanitate aquam esse superbibendam, author intelligit: & eam copiosam, ut remedij gratia fiat: quia uomitu plurima rejciantur, & stomachi ea ratione erosiones hebetentur. Ex frequenti itaq; ebrietate Auicen. lib. 1. fen. 2. doct. 2. cap. 8. refert, hepatis & cerebri constitutionem corrumpi, neruos debilitari, neruorumq; adfectibus progigni apoplexiam, mortemq; insperatam induci: itaq; ei qui ex uino oppleatur commodissimum esse, ut euomet, aut aquam multam solam superbibat, aut cum melie: post uomitionem uero lauacrū insideat, oleo copioso se inungat, & dormiat. A

Vinositatis, & Ebrietrtis quæ nam sit differentia.

B

¶ De ijs quibus alimenta corrumpuntur.
CAPVT XXXIIII.



Acta alimentorum in uentriculo corruptione, quibus retrimenta corrupta excernuntur, rectissima semita ad sequundam ualetudinem tendunt. Qui uero nihil deijciunt, ijs quę iucunde sine molestia uentrem molliunt, irritandi sunt. In ea affectione constitutis, uomitiones ante cibum, uini, passiue potatione citæ conferunt. Ad hæc, quicquid est uaporosum, quicquid uirosum interdicimus: atque in uniuersum omnia quæ ocyus corrumpuntur esculenta, uelis remisq; uitanda sunt: sed ea quæ inculpatum succū generant obsonia, cum delectu uenanda censeo. Sic se habētibus, ex temporis interuallo modestæ, ac opportunæ alui subductiones, ex cle

C mentibus catharticis præsentaneam opem adferunt.

QVot mala ex corruptis in uentriculo esculentis proueniant, quo modoq; corrupta in uentre morborũ putredinis occasio sint, in prædictis nonnihil attigimus. Nascitur enim ex eiusmo di eduliorum corruptione nauseosa quædam satietas, quæ appetentiã omnino pessundat, æque ac si uentriculus semper & continue exaturatus esset. Quam si pristinæ ualetudini affectionem restituere uoluerimus, nullo facilius id moliemur auxilio, q̃ si corrupta excrementa excernamus. Celsus igitur lib. 4. cap. 5. cibus ait, si intus coacuit, aut computruit, quorum utrumlibet ructus ostendit, eijciendus est, protinusq; cibis assumptis ijsdẽ, quos proxime posui, stomachus restitu endus. Sunt præterea nihil deijcientium uentres iucunde, & sine molestia irritandi: ne forte plures adhuc alij molestioresq; huc pelliciantur humores. Quales autem istiusmodi exinanitiones esse debeant de monstratur, uomitionibus ante cibũ, uini, passiue potatione prouocatis. Non enim acrioribus, sed facilioribus hic uomitus est ciendus, quemadmodũ de alui deiectione dictũ est. Sunt aũt ad uomitus ciendos idonea quę sunt dulcia. ut uina dulciora, tepido tñ potu sumpta. Vuis uero passis, & uino a patientia nomen quondam factum fuisse, Plini. persuadet lib. 14. cap. 1. Quicquid autem effluxerit, inquit Marcellus, & uasculo conditũ fuerit, ut mellis modo seruet, pro passo haberi potest. Sic itaq; se habentibus, ut ostensum est, successu temporis eiusmodi modestæ, opportunæq; fieri ex clementibus catharticis exinanitiones possunt, quæ nostri medici hactenus benedictas medicinas uocitauere: quales sunt aloe, myrobalani, epithymum, & id genus aliæ. Euidentius eadem his sequentibus declarant uerbis per Galen, lib. 6. de tuen. sanita. ita scribentem. Vbi uero corruptio ciborum in uentre acciderit, quibus id quod corrumpatur in aluum descendat, his maximum id compendium ad sanitatem esse: quibus uero non descendat, hos prouocandos esse ijs quę leuiter deijciant: cuiusmodi sint diospoliticon, utiq; cum pari cum reliquis pondere nitrum immixtũ habeat, & quod ex ficis, & cnico cõponatur, aliaq; quæ ex cnico, uel epithymo conficiantur. Porro ijs, qui ita sint affecti etiam uomitus ante cibũ conducat. Consulendũ præterea ijs esse, ne quid fumidum, aut male olens, aut deniq; facile corruptibile nutrimentum accipiant, sed quæ boni succi sint (medici euchyma uocant) potius eligant. Percauendum

Vomitiones ante cibum.

Vomitus ciendi materiæ.

Vuæ passæ.

Passum.

D

Medicinæ benedictæ.

Vomitus ante cibum.

cauendum uero his qui ita se habeant hominibus esse, & si ex conueniente interuallo aluum subducant, per ea quæ modice purgent: cuiusmodi sit, quam medici dialoës picram Græce uocent. Si uero longo tempore uiciosum succum augeri sinat, graue tunc quispiā morbum incidere. Nam quod omnino alienum est, ut idem in quarto refert libro, nulla fieri ratione posse, ut id naturæ suæ gratiam recipiat, sed educere ꝙ primum id tentandum esse, æque certe ut quæ in uentre corrupta prorsus sint, ea uel uomitione, uel deiectione expelli profecto esse optimum. A

Dialoës. Notio obseruatu digna.

¶ De Re Venerea. CAP. XXXV.



EMolumenta quæ Venerem ceu umbra comitantur, hæc sunt. Plenitatē exhaurit, corpus agile & expeditum auctiusq; reddit, & uirum arguit. Quod uero ad animum attinet, implicitam ac perplexam rationem extricat, furentem indignationem mitigat. Qua de re atræbilario appositissimum (si quicquam aliud) est subsidium. Restituit hominem modestiæ, & alias quoquo modo dementes. B Affectionibus item quæ pituita proueniunt, efficaciter opitulatur. A cibis appetitus auersionem, in ciborum appetentiam bella metamorphosi reducit, & commutat. Aliquot multos a frequentibus somnijs uindicat.

Moderatæ ueneris commoda.

GAl. lib. 3. artis medicinalis, scribit uenereorum, iuxta Epicuri sententiam, nullum esse usum salubrem: reuera autē conferre, si tantum interualli in eorū usu adhibeat, ut neq; resolutio aliqua sentiatur, & ipse se homo quodammodo leuior factus, ac melius spirare uideatur. Similiter in lib. 6. de tuen. ualetu. Quibus inculpata corporis constitutio sit, non debemus hos, ueluti siccis præcipiatur, a uenere omnino abstinere. Emolumenta enim quę eū ceu umbra sequant̄ esse talia: ꝙ plenitudinem exhauriat, corpus agile, & expeditum auctiusque reddat. nam quum de cibo semper aliquid sumatur, subtrahaturque, quasi ad membra nutrienda delegatum: subindeq; ad ipsa membra genitalia aliquid delegandum: quod ubi per uenereum actum exinaniatur, actutum natura id quod est ablatum restaurare, ne maneat inane, adpetit ideoq; reficiundo corpus auctius reddit. Virum autem arguit,

Veneris emolumenta.

C em arguit, quod calorē naturalem, & uitalem excitet, effœminatumq; attollat animum: ut in propatulo est, coitus, & furoris tempore quęq; animalia esse ferociora, audacioraque, diris cruciatibus pro cibo, siue congressu inter se dimicantibus. Quantum uero ad animum, implicitam, perplexamq; rationem extricat: ideo, quod animum exhilaret, & a cerebro uapores tenebricosos auertat. Furentem præterea indignationem mitigat: quia cor in furore tumidum, & uindictæ appetentissimum, in actu uenereo laxatur, & placatur, sanguisq; circa cor æstuans supprimitur. Compertum enim est, post moderatum coitum animalia nōnihil mansuetiora reddi. Ob eiusmodi caussam, atræbiliario appositissimum creditur esse remedium: eo etiam, q dilatet, & exhilaret animam, atq; spermatis congestos fumos, ita propelli faciat, tam a cerebro, q̄ a corde longius auertens. Affectionibus item quæ Pituita proueniant, efficaciter opitulatur, et potissimum illis, ut quidā uolunt, in quibus ingenita caliditas sit robusta: ideoq; minus a coitu tales consternari, siue diminui, sed potius per eum adpetitum incitari, cibusq; auidius adpeti. Quare Aristot. proble. sectione. 4. quæstioni huic, quur uenus immodica morbis pituitæ nonnullis commoda sit? ita respondet, An, quoniam excrementi quidam exitus est, ita ut multum uacantis materiæ cum semine detrahi possit: pituitam autem excrementum esse, neminem dubitare. Itaq; a cibis appetitus auersione, in ciborum adpetentiam reducit, atq; commutat: prætereaq; a multis somnijs multos uindicat. Eadē Venereæ rei Valla ex Ruffo adducit adiumenta: quum neq; omnino prorsus inutilis & malus sit Venereus usus, si saltem usus opportunitatem, si modum, ac moderationē, statumq; utendi salubrem spectemus. Commoda uero quæ ex uenerea re promanent, eiusmodi sunt. Saturitatis, & exuberantis exhaustio plenitudinis: totius corporis leuitas & augmentū: uirilitas: membrorum remollitudo: meatuum & spiramentorū corporis deductio: pituitæ excretio: consistentis ratiocinandi uiæ dissolutio: iræ ingentis remissio: melancholici, & morosi moderamen: insanientiū correctio: comitialis morbi sedatio: capitisq; doloris in uiridi, robustaq; ætate constitutorum alleuiatio: omnium de pituita ægritudinum medela: spirationis commoditas: insomniorum liberatio. Celsus lib. 1. cap. primo, Concubitum neq; nimis concupiscendum, neq; nimis pertimescendū esse ait: q rarus corpus excitet, frequens soluat. Non frequens aūt numero qui sit, sed natura, ratione ętatis, et corporis, scire liceat eū non

Venus morbis qui ex Pituita procreantur utilis. Hippocrates lib. 6. Epidem.

D

Veneris commoda ex Ruffo sumpta.

non inutilem eſſe, quem neq; corporis languor, neq; dolor ſequatur.

Atqui homines calidioris, humidioriſq; naturæ, ueneri multo magis ſunt appoſiti, procliuiores quippe reliquis ad libidinem conſpiciuntur.

A
Calidi & humidi ueneris idonei, frigidi & ſicci, ineptiores mulites.

Simili modo Galen. lib. 6. de ſani. tuen. his tantum innoxiam eſſe uenerem aſſerit, qui calidi, humidiq; ſint, tum uero qui genitura naturaliter abundēt. Item in ſecundo artis medicinalis libro docet calidos, atq; humidos, hirſutos quidem tales minus eſſe, plus uero ſemine abundare, non tamen plus cæteris appetere, minori tamen detrimento præter modum uenereis indulgere: q̃ ſi ſatis excreuerint & caliditas, & humiditas, non ſine detrimento a uenereis abſtinere.

Porro ſiccanti atq; refrigeranti uictus rationi Venus eſt alieniſſima: ſenij itidem ætas, tempuſq; autumni.

Veluti naturæ tum aptiores, tum commodiores ſunt in Venerem quæ calidiores, & humidiores, in hunc etiam uſum plus alijs pronæ: contra uero habent quæ aridæ & frigidæ. Senibus item non minus incommoda uenus, quam turpis. Igitur Galen. lib. 2. de ſani. tuen. quando inſtituit ſanitatis tutelam a labore eſſe auſpicandum, quē excipere cibus, potio, dein ſomnus, mox uenus debeant: in his uidelicet quibus uenere ſit utendum. Nam reliqua certe omnia cuiuſq; ętatis eſſe communia, uenerem autem ætate florentiū eſſe, utiq; quo tempore uſus eius etiam ſit. Quæ enim hanc uel præcedant ætates, uel ſequantur, aut plane ſemen non effundere, aut certe infœcundum, aut male fœcundum effundere. At uenerem ſiccis temperamentis inimiciſſimam eſſe, Galen. lib. 6. de ſanita. tuen. pronunciat: ex hoc etiā numero potiſſ. aduerſam rem eſſe his, qui ſupra ſiccitatem frigidi quoq; ſint. q̃ corpus, ut in. 3. oſtendit libro, a uenere & laxius, & frigidius, et imbecillius, & ſiccius efficiatur. Atq; in talibus craſſius, atq; omnino paucum exiſtere ſemen, in. 2. libro artis medicinalis prodit. Debent ergo plane quæ denſent, & calefaciant, & uires reparent eiuſmodi adhiberi, atq; ad hæc omne ſtudium impendi. Tempus porro ueneri idoneum eſt uernum: autumnale uero & ęſtiuum etiam eſſet commodiū, ſi non mala autumni habitudo, facliſq; humorum corruptio, & æſtatis nimia ariditas, ſimiliter & hyemis frigus ueneris uſum tanq; infeſtum argueret.

B

Tempus ueneri idoneum.

Victus itaq; calidus ac humidus offerēdus eſt. Eſto præterea

C terea frugalis quidam tum laborum, tum alimentorum modus, ut enim laborum summa, ita ueneris quoque (si mediocritas seruatur) commoditas est: haud enim ad opus modo excitant, uerum promptitudinem quandam ei qui assueuerit, præbent. Veneris ergo desyderium prę cunctis alijs rebus, cupediarum irritat redundans copia. Proinde quæ plurimi alimenti sunt cibaria, ad hanc rem, uel ad unguem facta uidentur. Cuius generis ex piscibus sunt polypi (qui alias sane ad uenerem stimulare haud uulgariter putantur) & omnis mollicies, uel ut ita dicam, pellicia. Ex oleribus uero geminalis, erysimon, eruca, rapum, atque hæc instar medicaminis habentur. Legumina uero id genus, fabæ, cicera, ochri, quas eruilias dicunt: dolichi, quas siliquas non inepte dicas. Pisa: quoniam flatuosa sunt, & uberi alimenti. Idcirco ruta, eo quod flatus dissipat atque penitus fere demolitur, uenerem hebetiorem reddit, atque obtundit. Vuas maximopere commendo: humectant enim, & spiritu sanguinem infarciunt: D id quod ad res uenereas potissimum, ueluti impetu quodam stimulat.

Irritamenta Veneris

Rutha Venerē obtundit.

E X P L A N A T I O.

In hunc modum Valla ex Ruffo recitat uictum ueneri commodiorem calidiorem, humidioremque esse: aduersum autem arefacientem, & refrigerantem. Laboris quoque mediocritas ibidem commendatur. Qualis autem is esse debeat, Gal. lib. 3. de Sani. tuen. ostendit. Post uenerem enim eam exercitationis speciem esse, quæ præparatoria uocetur. Veneris autem desyderium præ cunctis alijs cupediarum redundantem copiam irritare, in confessio est omnium, Comico etiam id attestante, quum sine Cerere, & Baccho uenerē frigere, clamitet. Itaque plurimi alimēti sint cibaria, cuius generis ex piscibus sunt Polypi, qui Multipedes dicuntur, ex mollium piscium genere. De quibus Plin. li. 9. Cap. 29. Arist libro. 5. de Natura animalium Cap. 18. Ex oleribus geminalis, quam Græci Orminon uocant, amarum, nigrumque, cumino non penitus absimile, dodrantali, iuxta Plin. lib. 22. Capite ultimo, altitudine

Polypi.

Geminalis.
Orminon.

altitudine, medicamentis potius, q̃ inter fruges numerandum: ita dictum, quod uenerem extimulet. Creditur apud Diosc. lib. 3. cap. 136. hoc etiam in uino potum ad uenerem stimulare. Idem & Auicen. asserit in capite de tuderi. Erysimon latini Irionẽ uocant, a Theoph. tum Plinio frugum generi, a Diosc. uero olerum adscribitur. Semen eius sicut gustu nasturtio apparere simile, ita facultate igneum esse, excalfactorium, Gal. lib. 6. de Simplici. Medica. faculta. infert. At in lib. 2. de Alim. facul. ait, ut milio panicum assimile sit quodam̃odo, sed ad omnia deterius, ita & sesamo. Erysimum corporis substantia nonihil affine, sed insuauius mandi, & tenuioris esse nutrimenti, adeoq; in omnibus illo deterius existere. Eruca, quæ Euzomos græce dicitur, quasi commendet iura, stimulare uenerem Diosco. lib. 2. cap. 129. dicit multum crudæ erucæ cibum. Posse idem & semen, quod ciendę urinæ ac commodatum sit. Hoc olus perquam manifeste excalfacere Galen. lib. 2. de Alim. facultat. testatur, adeo, ut non facile solum absq; iunctis lactucæ folijs edendum sit, sed ita nimio feruori par frigus admiscendum, temperamentumq; æquandum. Quin etiã genitale semen augere creditur, & in uenerem stimulos addere. Hęc Macer carmine suo ita complectitur.

A — Erysimon Irion. — Eruca.

Non modice mansam uenerem stimulare, uel haustam
Confirmant Medici, pariter pluresq; Poëtæ.
Nanq; Marcialis dixit,
Et uenerem reuocans eruca morantem.

B

Rapum, uel rapam græci Gongylon, siue Gongolida uocant, quod rotundæ formæ nascatur rapa. Gongyliorum enim uocabulo Hermolaus dicit Hippocratẽ globos pusillos, quasi pilulas, & catapotia significare: ipsos autem pastillos, siue orbiculos, quibus in medicina utamur dactylios appellari. Rapæ radicem satiuæ nutrire, inflare, uenerem stimulare, Diosco. lib. 2. cap. 102. profitetur: ex leguminibus fabæ: eo quod inflent, & uentris flatus faciant. Cicera quia non minus quam fabæ inflationes excitant, teste Gale. lib. de Alim. facultati. sed ualentius nutriunt, uenerem stimulãt: crediturq; una seminis genituram augere, cuius gratia admissarijs equis a quibusdã obijci. Ochri, quas eruilias dicunt, quæ edulia inter ea quæ bonum succum, & ea quæ prauum gignunt: interq; concoctu facilia, difficilia, tarde citiusq; transeuntia, flatulenta, & flatum leuantia: parum alentia, & multum, mediũ quodam̃odo locum obtinere, Gal. lib. 1. de Alim. facul. posuit,

Rapum. Rapa. Gongyliorum uocabulum quomodo apud Hippocratem interpretetur. Fabæ. Cicera. — Ochri. Eruiliæ.

C Meminit et huius, tum dolichi Hippoc. in libr. de uictus ratione. Dolichorum Gale. etiam lib. 1. de alimen. facul. mentionem facit. Pisa: ea omnia, quod flatum incitent. Quomodo ex flatibus, atque spiritu sanguine infarciente ueneris proritetur stimulus, Auicen. in. 21. fen. 3. cap. 2. exactissime depingit. Idcirco rutham in confesso est, tanquam flatus dissipantem, uenerē obtundere, hebetioremque reddere. Ea propter Dioscor. lib. 3. cap. 337. genituram in cibo, potuque extinguere rutham significat. Vuæ præterea maximopere hic commendantur: quia calidæ sint & humidæ in ordine primo, nutriuntque præclarius reliquis fructibus, ut Galen. lib. 2. de alimen. facul. prodit. Nanque de uinearum custodibus ibidem disserit: qui cum toto trimestri quo custodiā agant, nihil esitantes præter ficus, & uuas, nisi interim aliquando panis modicum admetiantur, obesos tamen ac pingues uideri.

Dolichi. Pisa.

Rutha.

Vuæ.

Congressuro in Venerem quid cauendum.

Fututurus itaque caueat, ne plenitates, cruditates, labores, uomitus & purgationes molestent: pari quoque modo studiose uitandum, ne tum repentina diarrhœa (id est, fluor alui) quæ diuturnam exiccat, corpus infestet.

Tempus ueneris opportunius.

Tempus Veneris ad utendū opportunum hic describitur, cuius profecto non parui momenti ratio est habenda: quale etiam a Galen. D lib. 3. artis medicinalis proponitur: cum scilicet in excessuum omniū mediocritate corpus fuerit constitutum, cum uidelicet neque supra modum plenum, neque uacuum extiterit, aut in calore, aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excesserit corpus. Quod si aberrare contigerit: paruus sit error. Fututuri igitur timeāt plenitates, & cruditates ne molestent. Venus siquidem uentrem cibo infarctum exagitat, concoctionemque perturbat: quum ille cibum ex uenerei actus concussione debito modo retinere non potest: unde mala quædam suboriunt̄ incommoda, hepatis scilicet, uenarumque meseraicarum, & renum opilationes: colicarum, iliacarumque affectiones: eo quod cibi ante legitimum descendant tempus, quare nerui, stomachusque debilitantur, & ad iuncturas incoctæ, atque crudæ humiditates promanant. Econtra uero si uacuum futuentis corpus extiterit, non minus in malum incidet: eo quod de humore naturali magis exhauriat, hunc uastet, penitusque aboleat, fomentumque corporis surripiat, calorem ingenitum attenuet, totumque fatiscere corpus faciat. Simili modo uenus post labores immodicos tam corporis, quam animi, calorem, spiritusque dissipat. Itidem & illa

& illa quæ uomitus, siue purgationes subsequitur uenus: quũ omnis uomitio siue sit spontanea, siue naturę instinctu producta, os uentris eneruet, atq; spiritum uitalem plurimum extenuet: quæ omnia coitus superueniens magis exaggerat mala. Sic de purgatione naturam molestante ratiocinandum erit. Ob quod subitanea diarrhœa, quæ alui fluor est, pertimescenda congressuris in uenerem erit: quod naturam terreat, uiscera conturbet, & spiritus infringat. Quanq; Auicen. cap. 7. tertij libri, fen. 23. dicat Venerem ipsam aliquando exiccando, & recremẽta aluo ab intestinis deriuando diarrhœam inueteratã alleuare. A

Clinopalen atq; æstuantẽ adeo libidinem ut minime probo, ita manibus pedibusq; eī renitendum precipio, maxime quorum ulli affectioni obnoxiũ corpus est. Multo itaq; satius fuerit, post exercitationes, lauacra, exiguo alimento sumpto, in uenerem congredi. Illud enimuero tum ad corporis robur, tum aduersus frigoris noxas, plurimũ habet momẽti.

Cupiditati multa obsistendum esse uult, imperandumq;, quum facilius ut ex Ruffo citat Valla, procliuisq; ex usu ueneris exurgat ægritudo, & quandoq; incurabilis, & præcipue in ijs quorũ corpora alias sunt debilia. Ex uenereo enim actu, inquit Oribasius, rarius, frigidius, & siccius, & imbecillius fit corpus: qui ergo uenere uti uelint, maxime nimiam cibi repletionem caueant, & magis uini. ambo enim teste Marone, uitæ nostræ perniciosissima quum sint detrimenta. Nec ueneris enim ait ille, nec tu uini capiaris amore: Vno nanq; modo, uina, uenusq; nocent. Ab exercitijs autem, a lauacris, a laboribus, atq; plenitudine, quanq; cauendum sit ab ijs qui in uenerem sint congressuri, & præcipue ubi uomitus, aut uentris profluuium anteierit: attamen melius est, autore Galeno, illi calefacto, magis, quam infrigidato: & pleno, quam uacuo: & humecto potius corpore, quam exiccato uti uenereis. B

Coeundi opportunitas.

Veneris itaq; opportunior occasio a cibo (ceu mox mihi dictum) & ante somnum. Protinus enim a coitu somnũ capienti, labor relaxatur. Adde, quod temporis id liberis procreandis longe cæteris accommodatius sit, quum alijs sane nominibus, tum quod mulier somnum capiens, semẽ genitale melius, ac ueluti mordicus continet.

C Veneris occasionem opportuniorem esse a cibo, atque ante somnum decernitur: hoc est, a cibo iam a uentre descendente, & duabus prioribus concoctionibus quasi peractis, ut tertię metam nonnihil attingat: quam somnus superoccupet, ut laborem uenereũ relaxet, atque uirtutẽ fortificet. Ad hęc, quod id temporis liberis procerandis longe aliis adcommodatius sit: q̃d hac in hora in mulieris utero semen tenacius inhæreat. Quare mulier inquit Oribasius mox addormiscẽs continet semen. Tempus igitur ante somnum ad generandum est utile. Eiusmodi rei venereæ tantummodo Hippo. meminit, quæ scilicet liberos legitimos dare posset, parum, uel minimum ualetudini detrahat, morbosque nullatenus, uel parcius suscitet. Quę enim supra modũ uenus admittitur, tam innumera, quã atrocissima pariet mala, quorũ catalogũ ex Ruffo tali ordine Valla recensuit. Naturale licet opus plane coitus sit (sunt enim inquit Alber. mag. in. 5. lib. de Natura animalium cap. 1. ex antiquioribus, qui coitum esse rem diuinam tradiderint) atq; nihil naturale perniciosum: nã sine modo, & mensura, usus que continuus, iugis que nõ suo tempore, perniciosam faciat uenerem, neruos debilitet, aut thoraca, aut renes, aut lũbos, aut robur: atque pedibus, manibusque illudat. Cæterũ in uniuersum hominis robur ex usu venereo effici imbecillius, quilibet ex se cõiicere potest. Atq; quũ robur sit, nobis insitus calor, unde nobis nõ bonę concoctiones, pallorque subeat, uisus quoque hebes efficiat, auditus obtundatur, sensusque prorsus nulli satis uigeant, rerũ oriatur obliuio, membrorũque tremores, artus doloribus substernantur, præcipue latera, nephreticique fiamus, renes dolitent, uesicæ ægritudo erumpat, ora deturbentur, dentiũ dolores erumpant, inflammationes gurgulionis oriant. Si quid ergo horũ, aut corporis inbecillitas, ex venereę rei usu deprehendat, illico ab eo abstineamus, cogitantesque talẽ non solum corpori, uerumetiã & menti inflicta afferre detrimẽta. Faciemus autẽ ea tum hic, tum circa alia, si memori tenuerimus mente, egregium hoc deuerbiũ, Ne quid nimis.

Coeundi opportunitas.

Veneris incommoda ex Ruffo p Vallam recitata.

D

¶ Ad eos qui futuere nequeunt.

CAPVT XXXVI.



Iri non uiri penis pinguitudine illitus, incitatur ad libidinem, adiecta interim radicis narcissi, aut grani Gnidii, aut Pyrethri, aut uuę taminię, quam σαφίδιον ἀγρίον nominãt, aut

seminis urticæ, aut anisi exigua particula. In quem usum eti am propinanda sunt piper, aut satyron, aut eruca, aut cnicũ, aut uno etiã fasce omnia. Ante escas, & in cœnæ semper pri mordio, bulbi tosti fului & exiles, cum sale oleoq;, aut scyllæ parum marcidę, deglutiẽda sunt. Præterea in hanc militiam compertis & confectis medicamẽtorum præsidijs uti, ac res deniq; obscœnas iugi admodum lectione euoluere, inguini bus proderit. A

Penis arrectio, quę aut qualis sit.

Penis arrectionem peculiarem esse actionem eius, cum homo ad libidinẽ incitetur Mesue tradit: eamq; fieri propter plenitudinẽ nerui cauernosi sensim coaceruatam: quo referto, penitus colem arrigi, intendi, dilatari, firmariq;, in congressus uenerei adiumentum. Eius modi autem arrectionis duplicem adsignat caussam. Vnam, quasi a materia. Alteram ab effectu ueluti dependentem. A materia enim fla tus grossos prouenire, quos ipsa natura tanquam effectrix caussa impellat, etiam spiritu a concupiscenciæ facultate delegato, sanguinem, grossumq; spiritum ad penem deferente, ut ipse attollatur, ad coitũq; erigatur pręstandum: nemine etiam alio hanc actionem, docente magistro, præter ipsam naturam, alia quoq; membra ad suas actiones le gitime subeundas in ipsis animalibus ita informantem, ut in matri ce, stomacho, alijsq; liquido conspiciatur membris. Arrecti itaq; pe nis caussa ex flatuosa quadam conflatur materia, quam calor in flatũ dissipat: ob quam rem Aristoteles in problema. sectione. 5. concum bentibus, & desiderio mingendi retentis, penem intendi uehementi us ait: quod foramina plena reddantur humoris, & semen per angu sta se promens, molẽ efficiat ampliorem, atq; extollat. Ex quibus magis constat, penis intẽti caussam ex flatibus potissi. proficisci, quos caliditas, & humiditas temperamento aliquo cõmistæ plerumq; pro gignant. Vtraq; enim illorũ qualitatũ, si in sua potentia exuperaret, flatibus quo minus attollerent aduersaret. Quod enim plus iusto cali dum extiterit, flatuosam materiã exedit: quod uero frigidũ omnino, ne talis nascatur materia impedit. Humidũ uero tẽperate coniunctũ caliditati, flatibus adquirẽdis aptissimũ erit. Igitur in præsentiarũ ui ri futuere nequeuntis, precipue tũ ex flatuũ defectu in particulis ad ue nereũ usum pertinẽtibus, penẽ pinguitudine aliqua, aut oleis subinde B

Arrectionis penis caussa duplex.

A materia.
Ab Effectu.

illinire

D illinire, docemur: uel cum radice tum narcissi, aut granis gnidij, aut alijs exigua particula adiecta calfacientibus. Narcissi bulbũ cum oleo sambucino Auicenna in præsenti casu commendat. De Narcisso in cap. 27. dictum est. Item de grano Gnidio in cap. 26. Pyrethron causticam urentemq; facultatem obtinere, Gal. lib. 8. de simpl. tradit. Dioscor. uero lib. 3. cap. 78. facere ad ea dicit, quæ frigoribus perfrixerunt corpora, & torpeant, quibus egregie adcommodetur. Vuæ taminiæ, quam pedicularem herbam aliqui uocant, in cap. 26. meminimus. Vrticæ herbæ tum fructus, tum folia uenerem extimulare Gal. libr. 6. de simplici. scribit: eo q̃d nonnihil flatuosum obtineant, & maxime ubi cum musto semen bibatur. Idem sentit & Diosco. lib. 4. cap. 89. uenerem scilicet stimulare semen in passo potum. Anisum lac proritare, & uenerem stimulare Diosco. lib. 3. cap. 58 testatur. In quem usum etiam propinemus piper, cuius natura & uis est calefacere. Aut satyrion: cuius. 4. genera Diosco. lib. 3. posuit. Gal. lib. 8. de simpl. Satyrium humidum, & calidum intemperatura ponit, quobrem gustu quoq; dulce appareat: attamẽ recrementiciam, & flatuosam humiditatem possidere,

C quo circa ad uenerem incitare. Theo. lib. 9. cap. 19. ait, humanis corporibus ultra illa, quæ sanitatem, morbos, mortemq; spectent, alia quoq;, herbas afferre, suis uiribus posse affirmant: utputa generandi seminis facultatem, atq; sterilitatem: ut quasdam ex eodẽ facere utrũque ualere, sicut qui testiculus appellatus est. Hinc Diasatyrionis compositio, Veneris incitandæ gratia, in officinis nostris ubiq; dispensatur. Germani satyrium uocant Stendeluurtz, Knabenkraut, Kreütz blůmen, Raguurtz. Aut erucam, cuius multus crudæ erucæ cibus uenerem stimulare, idemq; & semen eius posse, Diosco. libro. 2. cap. 129. prodidit. Aut cnicũ, hoc est, cartamũ: qa semen adauget, teste Mesue. aut uno fasce hæc omnia sumpta. Ante escas præterea, & in cœnæ primordio bulbi tosti fului, & exiles cum sale, oleoq;, aut scyllæ parum marcidæ deglutiantur. Habent bulbi omnes, ait Diosco. lib. 2. cap. 161. acrimoniam, calefaciunt, & uenerem stimulant. Sed laudat ad uenerem P. Aegineta bulbos non simpliciter, ut Marcellus adnotauit, sed ex toto hoc genere ἐρυθροὺς καὶ μικροὺς, hoc est, rubentes, & paruos, qui sale, & oleo condiantur, & ante alios cibos mandantur. seminis enim abundantiam faciunt, & uenerem stimulat frequentior eorum cibus. Idem commune omnibus his bulborum esse nomen apud antiquos tradit, quorum radices sub terra sic crescant, ut ad nouam q̃tannis sobolem

Narcissi bulbus. Pyrethrum. Vua taminia pedicularis herba. Vrtica. Anisum. Piper. Satyrion. Diasatyrion. Eruca. Cnicus. Cartamus. Bulbi.

bolem decerpi aliqua pars possit, ut in lilio & croco, & aliis plerisq;. A
Imo non tam certam huius nominis rationem esse, ut ad alia genera aliquando etiam non trahatur, a quibus licet non auellatur noua illa soboles, sub terra tamen augeantur. Gal. lib. 2. De Alim. facul. inquit quosdam horum cibo abunde & immodice usos, plane seminis auctam copiam, inq; uenerem se esse salaciores sensisse. Hos quoq; homines non uno apparare modo. Non solum enim in aqua elixam, uerum etiam patinas ex ipsis uarie conditas instruere. Alios quidem in sartagine frigere: plerosq; in craticula assare. Alios uero alio modo sumere. Si uero liberalius sic apparati sumantur, presertim ubi crudiores ingerant, amplius sua cruditate molestare. Quare Ouidius ex Alcathoe Pelasga urbe candidũ, ut puto, Algaricum ad Venerẽ laudãs, alias uero eo q̃d omnis noxius sit improbans. Cuius carmen hoc est.

Daunis, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An ueniat Megaris, noxius omnis erit.

Bulbum Auicen. cepe esse exiguũ scribit comestioni aptum, porri habẽs folia similia, flores uiolis. Hodie nõ procul a nobis ruricolę in agris quibusdã sterilibus. campoq; agresti, & inculto, quẽ ceruorũ olim locum fuisse pagus adhuc hic existens nomine Hirtzfelden indicat, bulbos ex terræ alto eruunt, quæ ob eius duriciam, infœcunditatemq; die Hart uocatur: hos uero bulbos Grebling uulgus nominant: qui a magnatibus in magno habentur precio, quasi ueneris sint illecebrę, atq; in secundis mensis pro deliciis commandunt. Porro scyllę parum marcidæ etiam degustare iubet: forte quod emarcescentis uirium uehementia exoluatur. Nequaq; enim nisi assa, aut elixa sumi admittitur. Crematę itaq; plurimos esse usus apud Discor. lib. 2. cap. 162. legit. Præterea in hunc usum sumi iubentur medicamentorũ aliorum prę sidia, ac res deniq; obscœnę iugi lectione euolui, in hãc ueneris militiam comperta: quemadmodum Eunuchum illum Terentianum Iouis furtiuus amor in ędibus Thaidis depictus, ad comprimendã puellulam nonnihil animosiorem reddebat.

B — Greblingg. Erdnussz — Scylla.

¶ De Immodica futuitione CAP. XXXVII.

QVoniã e clinopale, immodicaq; re uenere corpus rarius, frigidius, aridius, imbecilliusq; redditur, ad strictorię, calorificę, humectatricis, roborificęq; potestatis rebus utendũ censeo. Quam ob causam

C libidinis assiduitate, culcitręq; palestra defatigatis impendio conducit, stragulum calidum, tranquillitas somni ad naturæ necessitatem, tantisper scilicet quoad corpus ex contentione relaxetur, atq; instauretur, ipsiq; tandem a debilitate refocillati sese recuperent, atq; reficiant.

Fessis libidine quid conducat.

EAndē curam & Auicen. libro .3. fen. 20. Tract. 1. cap. 36. insinuat. Oportet inquit, ut caliditas, & humiditas administrentur cum cibis bonis substantiæ modicæ, at nutrimenti copiosi. Balnea hic, & aromatica commendantur. Item & Somnus, & Quies. Et ludi ipsum pascentes animum. Lac præterea ouillum, & uaccinum maximi iuuamenti hic esse iudicatur ad confortandum. Itidem & exercitium præparatorium, de quo alibi dictum est.



¶ De Nimietate geniture.
CAP. XXXVIII.

D NOn pauci feruentis genituræ copia saburrati, petulantes laxis habenis in amabiles congressus feruntur: qua semel perfusa corpus debilitatur, stomachus resoluitur, gracilescit, & exuccus omnino efficitur. Verum si eam ob rem se uenere defraudauerint, capitis grauedine capiuntur, nauseabundi redduntur. Deinde mox in somno profusione polluti, eadem patiuntur.

Quæ ex genitali retentio incommoda.

EX Oribasio hæc uniuersa mutuatus, qui hunc in modum super hac re disserit. Aliqui semen multum calidum congregantes, sic urgentur ad uenereos actus, & emanantes nimium, ut ipsum corpus imbecille habeant, & stomachum resolutum, & extenuētur, & deficcentur, & cauos faciant oculos. Abstinentes igitur a uenere capite grauentur, & indelectabiles fiant. Post hæc iterum per somnum emen proijciant. Genitura eiusdem semen hominis est, quod & Genitale appellatur. Sed Marcellus lib. 3. cap. 6. in Diosc. interpretatione, Galenum adducit, qui doceat quomodo γόνος qui idem τῇ γονῇ sit, genitura scilicet ἀπὸ τοῦ σπέρματος, id est, semine differt: eo scilicet, quod semē sit in seminarijs meatibus adhuc existens: genitura uero, quod aut nondum in meatus hos transierit, aut quod iam excretū fuerit: eundemq;

Genitura.
Genitale.

eundemq; ait adijcere, aliquos appellasse semen quod iam excretum sit: & ex Asclepiadis sententia, semen in his etiam dici, qui per ętatem nondum generare possint, Genituram uero semen nondum concoctum. Quæ omnia nō satis certa in ipso autore reperiantur, satis tamē esse, scire nos, quondam inter semen, & genituram discrimen fuisse. A

Ea de re nihil quod genitale semen auctius reddat propinandum est, sed contra quæ ipsum corrumpunt & conficiunt potius, tum alimentis, tum medicamentis uti.

Oportet igitur (ita enim Oribasius in curatione procedit) quibus nimium semen abundat, nihil aliud adhibere, quam ea quæ corrumpunt, hoc est, cibos, & medicamenta. Ea enim quæ lac proritare diximus, eadem & semen prouocare minime ignoramus, quemadmodum calidæ, & humidæ naturarum sunt uel medicamenta, uel cibi: ita etiam flatuosæ potentiæ res uenerem stimulare diximus.

Lumbos item, ubi lauerint, oleo rosaceo, melino & omphacino oblinire conuenit. Præstantius uero fuerit, confusa eis, crassitudinis gratia, cera inungere. Adijciūtur etiam utiliter succi quidam frigorifici, semperuiui inquam, solani, umbilici ueneris, & psyllij: atq; hæc quidem æstatis tempore: sed cęteris temporibus tum sales, tum lactucę cremor, tū lini semen aqua elixum, quippe & hoc refrigerantem succum exhibet. Lamina porro plumbea lumbis supposita, geniture per somnum fluorem compescit. Hoc ipsum efficacissime quoq; pręstant herbulæ quædam egelidæ, una cum rutha, & teneriusculis nonnunquam uiticis (quam ἄγνον ἢ λύγον palliati, salicem amerinam etiam togati nuncupant) extremis surculis substratæ. Semina quoq; lini atq; ruthę comesta idem efficiunt. Obseruare uero ad unguem conuenit, ne dum tanto certatim studio, lumbos refrigerare molimur, renes iacturam faciant. B

Hi & post balneū (Oribasij uerba hęc sunt) ungantur oleo roseo,

 & melino,

C &c milino, & omphacino. Melius autem est si impinguetur de cera oleum, ut non decurrat. Addere etiam & succũ aliquem frigidũ. Fieri autem celerius docet, si in mortario refundatur, & si addatur succus, & cum manu misceatur diutissime. Quomodo autẽ frigidi genituram extinguant succi, ex prædictis facile colligi oportet: cuiusmodi sempervivum, quod non mediocriter refrigerat: quum sit ex tertio ordine, & recessu refrigerantium. hoc lingua uernacula Hußuurtz uocatur. Item solanum, cuius 4. genera esse Diosco. lib. 4. cap. 69. posuit. E quibus hortense primum est innocens in cibo, refrigerandiq; uires obtinens: quo etiam autor usus est in cap. 13. ad refrigerandos in infantibus capitis ardores, quos Græci Syriasim uocauerunt. Solanum Germani Nachtschatt, S. Barbaren kraut uocant: quod solatrum nostri adpellauere. Similiter umbilicus Veneris, quã herbam etiã cotyledona, & acetabulum uocant, quæ facultatis est submistæ, iuxta Gal. lib. 7. de Simplici. nempe humidæ, & subfrigidæ: quare contra inflammationes, sacros ignes, perniones, strumas, stomachiq; ardores utiliter emplastri modo imponi Diosco. libro 4. capite. 87. posuit. Ad hæc Psyllium, quod & pulicaris herba adpellatur, cuius semen pulicibus simile, nigrũ, durumq; esse Dioscorides libro 4. capite. 68. indicat: uimq; & naturam illi esse mollire, astringere, refrigerareq;. nam ex secũdo ordine refrigerantium Galenus libro. 9. de Simplici. posuit. Atque hæc quidem in estatis tempore sint offerenda, tanquam nonnihil magis refrigerantia. Sed cæteris temporibus tum sales inquit, tum lactucæ cremor minus refrigerantes præbeantur. Ex quibus lini semen refrigerantem succum aqua elixum exhibere pollicetur. Eandem uim semen lini habere Dioscorides lib. 2. capite. 94. asseuerat, omnesq; intus & foris inflammationes discutere & mollire, cum melle & oleo in exigua aqua decoctum, aut despumato melle exceptum. Recrementicia autem humiditate plenum est hoc, ut Galenus libro. 7. de Simplici. refert. Laminam porro plumbeam lumbis suppositam, genituræ per somnum fluorem compescere ait autor: eo forte, quod plumbum maxime refrigeret: quod & Galeni uerbis libro. 9. de Simplici. corroboratur, in hunc modum disserentis. Quum & in laminam diductum plumbum ipsum per sese athletarum sese exercitantium lumbis insternitur, ubi ueneris somnijs uexantur scilicet: nimirum haud obscure eos refrigerans. Hoc idẽ præstare ait efficacissime herbulas quasdam egelidas, una cũ rutha, & teneriusculis nonnunq; uiticis, quam

Semperuiuum. Solanum. Vmbilicus ueneris. D Psyllium. Lini semen. Plumbea lamina.

ἄγνον

ἄγνον ἢ λύγον Græci, Romani uero salicem amerinam (teste Diosco.) uo citauere: nostri uero agnum castum, Germani Schaffmüle, Künstblet ter. Agnon uero uocari Marcellus narrat, quoniam in Thesmophoriis Cereris sacro, quod Athenis a mulieribus fiebat, castitatē custodientibus mulieres, foliis eius cubitus sibi sternerent: expertæ, aut a peritioribus doctæ, calore suo inflationes soluere uiticem, ideoque ueneris impetus omnes facile inhibere: qua potestate in abundantia seminis, & contra nocturnas ueneris per somnum imaginationes, & seminis incontinentiam, sanitati hominis non parum contulit: fuerunt q; illi ex hac una ui honestiores, & plures q; ex cunctis aliis appellationes. Eadē Oribasius iisdem quasi uerbis in hunc modum peregit. Est autem frigidus succus de herba semperuiua factus, aut de uua canina, aut cotiledonibus & psyllio. In ęstate uero aut lactucę succus, aut lini semen, & in aliis temporibus alia ex aliis. Nam hæc cocta in aqua & frigidata faciunt succum. Lamina plumbi lumbis superposita, prohibet somniantibus semen, & herbæ subtus stratæ quæ frigidæ sunt, sicut ruta, & summitates teneræ frondium agni arboris, & mollia folia eius strata: sed & sementis agni & rutæ comesta. Custodire autem oportet, ne nimis fortiter lumbos infrigidet, ne nimis infrigidatis lędantur renes.

A — Vitex, Salix amerina.

Oribasii uerba.

B

¶ De his qui ex frigore noxam contraxerunt. CAP. XXXIX.



ALgore, perfrictioneue cum tremore plus æquo male affecti, unctulo uel cyprino, uel irino delibuti decumbant: deinde nōnihil calore restituto, piperis quiddam, aut myrrhæ cum uino dulci, odoris optimi, annoso, uel succum cyrenaicū, e mero, siue aceto, uel pyrethrū, uel castoriū deniq; ex aceto, & omne uno uerbo alimentū calidius exhibere oportet.

Qui immodice frigoris incommoda senserunt, ita Copus hunc locum e Græco uertit, in loco calido decumbant, uncti aut Cyprio, aut Irino: quod maxime calfaciant. Molliendi, calefaciendiq; uires Irinum habere unguentū, Diosco. lib. 1. cap. 57. ostendit. Deinde paulum iam calefactis, aliquid piperis, & myrrhæ ex uino dulci odorato ueteri dare oportet: amborum enim uis & natura est calefacere. Illud etiā contra circularium febrium cum tremore algores bibitur, & inungitur:

C a Dioſcor. lib. 2. cap. 148. hæc uero ab eodem lib. tum. 1. cap. 49. in ſolutionem febrium cum tremore algorum duabus ante acceſſionem horis cum pipere, & aqua, fabę magnitudine deuoratur. Aut ſuccũ Cyrenaicum ex uino, uel aceto. Gal. lib. 8. de Simp. Opum, ſiue ſuccum Cyrenaicum quidẽ omnes & caliditate, & tenuitate exuperat, ac proinde etiam omnium maxime per halitum digerit: quanquã ſane & reliqui admodum calidi ſunt, & ſpirituoſi: ſiquidem plurima eorum pars eſſentiæ aëriæ eſt, & igneę. Porro complures habent ſucci. Quauis nanq; radice incisa, aut caule, quod ex uulnere craſſum, ac lentum effluit, ſuccus eſt: cæterum ſpecialius, & uelut per excellentiam quandam Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum. P. Aegineta lib. 7. cap. 5. medicamentum ex ſucco Cyrenaico ad quartana laborantes deſcribit. Aut Pyrethrum, aut caſtorium ex aceto. Pyrethri enim oleo ungi, ad ciendos ſudores, Dioſc. lib. 3. cap. 78. tradidit: item facere ad longos in acceſſionibus febrium cum tremore algores: facere, & ad ea quę frigoribus perfrixerunt corpora, & torpent: quibus egregie adcommodata ſit. Caſtoriũ, quod Romani Caſtoris, ſiue fibris teſticulos dicunt, iuxta Dioſco. lib. 2. cap. 23. quod etiam calefaciendi uires in uniuerſum habere ab eodẽ dicitur autore. Quali preter, ea utendum ſit cura ad frigora, Valla in hęc uerba ex Herodoto inducit. Duplex inquit eſt modus curę frigori adhibendæ. nam præmunire conuenit antequam frigus aduenjat, & cum iam aduentarit emendare. Qui igitur aëri occurſurus ęſt frigido, antequam frigore capiatur, non inanis cibo debet laborare, neq; prius uomuiſſe, neq; laboraſſe, feſſusq; eſſe. Frigus namq; a ciborum non facta concoctione ad ueniens, ęgritudinum cauſſa eſt, ab egeſtate immiſſum in ipſos deſcendit neruos, qui quodammodo nudi ſunt, & ſua priuati materia. Proinde qui ſe aëri commiſſurus eſt frigido, ſuum prius perungat corpus nardino unguẽto, aut leucino: plantas uero pedum cerote laurino cõparata, oleo illiniatur, uel ipſas lauri baccas diſſoluendo, in cerote ſumendo uſurpet. Antiqui autem quidam ſuccum cyrenaicũ milij quantitate cerote compingendo in tales ebibendum uſus prębuere qui autem in frigido aëre quiete uixit, nõ debet deſes eſſe, ſed prius ambulare in calidiore loco, inde in lauacrum ire, & diutius in calida aqua commorari: ſi præſto non ſit balneum, ante focum perungatur, & curioſius effricetur, & per ſe, & ab alijs: inde exhibeatur cibus calidus, tum

Succus Cyrenaicus.

Succi ex quibus fiant.

Succus proprie dictus.

Pyrethrum.

Caſtorium.

D

tum potestate, tum effectu. Vinum non admodum acre, neq; admodum uetus detur tale enim partes neruosas inuadit iam frigore contactas, præcipueq; in uesica, & renibus, admota iam aliquapiam frigiditate: cura inde ex lauacro, uel unctione conueniet. Victus quoq; eodem modo mustaceum oleum, & amaricinum, similiaq; instructa sibi assumat. A



¶ De his qui immodico ardore iniuria affecti sunt. CAPVT XL.

QVi ardore autem atq; inustione neruis noxã non leuem contraxerunt, in penetralibus aulisq; auræ undiq; expositis, atq; uentosis decumbant. Vultum præterea, manus, crura, egelidis undis irrigare; sitim potatione frigidæ pro consuetudinis ratione sedare expedit. Hæc sane consulto, non ubertim, sed pedetentim facere, alimenti parum, rite dispositum, liquidum potius quam solidum assumere confert.

EXPLANATIO.

SIcut Frigiditas indigas magis tangit uritq; (idem Valla ex Herodoto recitat) exustio repletos ita: quapropter, qui sub æstiuo sole uersari debent, eis expletio, atq; saturitas, acutorumq; commanducatio euitanda, umi ardor, & incoctio, inuergenda corporibus lauacra ex potabilibus aquis, cibisq; humectantibus. Præcauendum eis, quibus sub sole futura consuetudo; tegendum inquam caput est leuiori aliquo amictu, uel uitis folijs, aut myrti, aut polygoni. Siti uero uehemẽti urgente, nõ statim est frigida admittenda potio. nã hinc plerunq; aqua intercus exorta est, alijs succensus est pulmo. Frigiditas ex aqua concurrens, tusses, & obstipationes narium offundit, quandoq; etiam phthisim infert. Prius ergo melius est abluere, & perfundere frigida faciem, & manus, & pedes; inde os perfundendũ, paulatim absorbere cum interuallo. B

C

¶ De Pituita in uentre superiori super abundante. CAPVT XLI.



Vod si quando assequutus fueris quempiam, qui plusculi, ac ualidi nutrimenti oblationes auersatur, fastidit, atque omnino renuit, quique si assumere impellas, nauseat, neque fortassis quicquam, præterquam quæ acredinem præferunt unquã admittit, imo ne ijs quidẽ capitur, sed uentriculo inde inflato nausea quoque oboritur, atque sola eructuatione uel minima recreatur, nonnunquam ipsos quoque iam sumptos cibos corrũpit, in acidam maxime corruptionem: persuasum habeas, prima esse sanationis pręsidia in euacuatione uentris a phlegmate sita. Ipse quidem olim in eiusmodi affectione constitutum cognoui, qui radicula ex aceto mulso deuorata, longe fide maiorem crassæ pituitę uim euomuit, atque ita extemplo secundam ualetudinem inculpatam assequutus est.

Functionis adpetitoriæ abolitio.

D

FVnctio adpetitoria aliquando aboletur, aut debilitatur, quando suctionis sensus qui fames est perierit, uel suctio nulla fiat, uel corpus non inanitum sit, ut in præsenti contingit casu, ob pituitam uentriculo infixã. Ventriculus enim hinc exinaniri minime potest, neque humiditates propter pituitam lentam, & tenacem exprimi possunt, unde fames, & cibi appetentia nascatur. Esto quod membra per medium uenarum, & hepatis interea cibum attrahant, attamen pituita illa cibi locum occupat, cuius officium esset, ut in sanguinem uerteretur, & membra necessitatis tempore nutriret. Exinde si cuique taliter affecto occurras, ualentissima quidem alimẽta talis renuit, atque nihil cibi assumit, ob pituitam illam uentrem superiorem infarciẽtem. At si inferre cogas, nausea afficitur, cupitque forsan solum ea quæ acria sunt in hunc finem proculdubio, ut talia phlegma hoc crassum incidant, & concoquant, atque ad inferiora protrudant, & hanc frigiditatem ex ipso phlegmate suboriẽtem tollant. Sed & in his quidem delectatur, sed inflatur, tenditurque uentriculus, atque nauseat: eo quod calor stomachi cum cibi calore multos flatus ex pituita grossa generet, qua uentriculus intendatur infleturque, nauseamque incurrat. A solis autem illis ructibus

ructibus paulum releuatur, quũ crudus ille flatus foras proruperit. A
Atq; interdum quoq; suscepta alimenta corrumpit in acidam maxime corruptionem. Cuius quidem curationis summam in expurgatione uentriculi a pituita consistere, hic nobis inculcatur. Quam curationis formulam etiam Gal. lib. 7. cap. 11. indicat, inquiens. Verũ quibus lenta pituita uentriculo infigitur, ijs prius exhibenda sunt quæcunq; hãc dissecẽt, post deinde purgandũ. Quod si ad uomendũ sunt idonei, nõ inutile sit per radiculam ex oxymelite uomere. Sin nec lentus humor sit, nec crassus, utiq; abunde sit, a ptisanæ solius cremore uomuisse: item a mulsa. Quo casu sumẽdum utriusq; plus est quã uel nutrimenti, uel etiam deiectionis caussa sumeret. Idoneum uero est, & si mulsa in qua incoctum absynthiũ sit, bibatur. Nam id quoq; tenues succos, quicunq; uidelicet in ipsius uentriculi ore continentur, commode deorsum impellit. Nouisse ait autor quẽdam ita affectum, epota radicula ex oxymelite, incredibilem crassæ pituitæ multitudinem uomuisse. Simili modo Auice. in fen. 13. lib. 3. Tract. 2. cap. 9. huic B affectui succurrẽdum esse docet: nam uomitum cõferre, factum cum rhaphano comesto, super quẽ deinde bibatur syrupi acetosi simplicis de melle unciæ dimidiatę quantitas. Per Radiculam nos Rhaphanon intelligimus, & pręcipue satiuam: quamuis sint aliqui, qui apud doctos ita reperiri negent, sed per radiculam herbam intelligi succum habentem ad lanas lauandas commodissimum. Cortice, & chartilagine constãt Rhaphani, quibus mira uis est spiritum colligendi, laxandiq; ructum: igitur & cum semine uomitoria sunt. Sic radicẽ rhaphani in aqua decoquimus, de qua uncias quatuor sumimus, atq; oxymelitis semiunciam unã indimus. Istiusmodi uomitionis ex radicula motæ etiam Gal. lib. 4. cap. 4. meden. meth. mentionem facit. Platearius de simplici Medicina libro, rhaphani radicis cortices iubet in melle, & aceto infundi, deinde ab affecto edi, postea uero aquam calidam ebibi, sic digito ori admoto familiariter uomitionẽ cieri. De Aceto mulso in capite. 4. habuimus.

Radicula. Rhaphanus.



¶ Quomodo quis facile uomitum promoueat.
CAP. XLII.

Vandoquidem innumeræ fere & absurdæ calamitates comitari consueuerunt ægre uomentes, haud ab re sane fuerit, rationes, quibus uomendi omnis tyrannis tollitur, præ-

 scribere:

C scribere: enimuero cum pituitam expurgat, tum caput grauedine liberat, neque per somnum quidem, ut ita dicam, ea quæ auidius sunt deglutita, incrudescere sinit, molestiam intemperata potione uino madentis arcet. Sint insuper quæ offeruntur neq; acerba, neque admodum sicca, uerum tum dulcoris humorisq;, tum acoris modũ non excedant. E quorum genere principẽ probitatis notã rhaphano debemus, erucæ, salsamento perueteri, origano uiridi, exiguo cepis, porriq;. Adiuuat porro haud uulgariter uomitionem ex leguminentis ptisana melle condita, faba elixa, & carnes obesæ, & pingues. Atqui non cremores modo, aut iura solum sorbenda, sed uniuersa semel ipsorum quoq; moles deglutienda. Noli igitur, quisquis uomere gestis, diutile masticationi insistere atq; immorari, sed elixatione cuncta molliora red- D dantur. Neque te res luce clarior lateat: quod uidelicet uina multi dulcoris ad eam functionem seligenda sunt: quoniam diutius ea in sumo innatant. Potus uero quo utũtur, semper tepidior esto. In cibo amygdalis quæ melle maduerunt, iugiter utantur. Placentæ quoq; non semel ad hunc usum degustandę sunt. Semẽ item cũ peponis, tum cucumeris, maceratum, atque contusum cum melle: nec non & cucumeris radicis farinam ex melle offerre congruit.

Ciendia uomitum.

Quum difficulter uomentes plurima soleant cruciare incomoda, Oribasius in suo Medicinæ compendio ex Ruffo recitat, ut facile quis uomat, multa consequenter solent euenire, ut bene habeat, modo ut dixi, ut facile possit moueri. Vomica etenim phlegma uacuare, & caput leue reddere. Nanq; cum animositate manducantes, indigestos fieri, & multum uinum accipientes lædi. Opitulariq;, Valla ex Ruffo citat, uomitus deiectionem corporibus nimium intumentibus, nec nõ supra modum attenuatis, fluxilesq; omnes affectiones uomitũ medicari, ueluti ulcera renum, & uesicæ, & anus: reliquasq; partes Elephantiasi correptas, & cancros leuare, malosq; corporis habitus, nec non affectiones articulares: hydropicis, arquatis, & comicialibus ex stomacho

Valla ex Ruffo de uomitu

Vomitionis commoditates.

stomacho affectionis principium capientibus, tremoribus, apople xijs, orthopnęis, melancholijs, impetiginosisq; mederi. Perpēdendum tñ interim est, quibus uomitiones aduersantur. De quibus Auicē. lib. 1. fen. 4. tam pulchrę quam copiose uerba facit cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ue luti sanguinis eductionibus, suffocationibus, nauseantibus naturis, anima consternatis, ac deficientibus, perpetuo a suffocatione perturbatis, nec nō qui exigua de caussa capite oblanguescant, suffusioni ido neis, oculorū languoribus. At neq; acerba, neq; acida offerenda sunt, sed quæ partim dulcoris, humiditatisq;: partim uero acrimoniæ modum habeant. E quibus conuenire tanq; probatissima uident rhapha nus, seu ut quidam loquātur Radicula, de qua in capite superiori. Eru ca, de qua in cap. 36. Salsamentum uetus, origanum uiride, de quibus in cap. 4. diximus. Ceparum etiam, tñ porri meminit, quia omnia illa sint acriora. Iuuant etiam ad uomicam faciendam legumina, ut ptisana melle condita, & faba elixata, carnesq; pingues. Faba enim inflat, & uentris flatum facit, iuxta Diosco. & ægre concoquitur lib. 2. cap. 96. Et ptisana inflat, & stomacho nocet, ut idem libro. 2. capite. 78. in dicat. Oportet autem non solū iuscula, sed uniuersam quoq; ipsorum molem sorbere, neq; diu manducationi imorandū est ab eo qui uomitionem gestiat, sed omnia per elixationem molliora fiant. Certum est ad hęc inquit Oribasius, quod uinum dulce est eligendū: istud enim supernatet, sed tepidum sit bibendum. Tale siquidem crassioris est substantiæ, teste Diosco. libr. 5. cap. 6. & ægerrime resoluitur, stomachum inflat, & musti modo aluum & intestina turbat. Perpetuo in uomitionibus ciendis obseruetur, ut potiones tepide sumantur. Amygdalæ quoq; in melle submersæ edātur: & placentę degustentur, ita enim dici placentas superius est dictum, quod nobis forte placeant, qui ex caseo & melle componantur. Item peponis & cucumeris semen maceratū, & tritum, mellis loco sumantur. De Pepone Gal. lib. 2. de Alimen. facultat. ostendit, Peponem in corpore uiciosum humorem gignere, pręcipueq; si quādo rectam concoctionem non adsequat. Etenim priusq; ad corruptionem perueniat, uomitioni quoq; idoneum esse, largiusq; ingestum uomitum concitare. Facere ad uomitiones siccatam peponis radicem drachmæ pondere in dulci aqua potam, Diosc. libr. 2. cap. 24. indicat.

A

Vomitiones quib. sint aduersę.

Rhaphanus. Radicula. Eruca. Salsamentum uetus.

Faba. Ptisana.

B

Amygdalæ Placentæ.

Pepones quare uomitum prouocens.

Quum autem ualentiora res ipsa postulare uidetur, nar-

C cissi bulbi elixatione merum infice, ac dilue. Quin & irinum quoq; unctulum promouet, si quis digitulis eo delibutis irritet. Sed & id quoq; uomitorium est, ne minimũ quiddã a uomitu uel prætermittere, uel relinquere, sed os quoq; ipsum ꝓtinus abluere, uultũq; pari studio aut oxycrate, quod est, aceto mulso, aut aqua abluere: nam id nõ dentibus modo manus porrigit auxiliares, sꝫ caput quoq; grauedine exonerat.

Vniuersa hæc ex Oribasio promanant uerba. In Medicina enim compẽdio hęc alijs subiunxit de uomitione canonibus: Qui autẽ fortiter uoluerit uomere, narcissi bulbos coquens in aqua, eandem aquã temperatam cum uino hortare ut bibat, & post hæc uomicam prouocabis, intingens digitos in oleum irinum, & sic uomicam irritabis. Is uero qui uomere habet, non cesset inquit, uel intermittat donec omnia peruomat: tunc os lauet, & faciem fomentet cum pusca aquosa: hoc enim dentibus expedit, & leuius caput efficitur. At Diosco. eiusmodi assentit uerbis lib. 4. cap. 155. ait enim. Radix narcissi elixa, uomitiones cit, tum in cibo sumpta, aut pota. Idem lib. 1. cap. 57. asserit unguẽtum irinũ uomitus difficultates adiuuare digitis, aut uomitorijs eo unctis. Semper huius postremi in omni uomitione canonis meminisse oportet, ut os post uomitum colluatur: quo caput grauedine exoneretur, quasi semper hoc malo ipsam uomitionẽ comitante: quod Auicen. exactiss. cum alijs præceptiunculis huc spectantibus fen. 4. lib. 1. cap. 12. inculcat.

Narcissi bulbi.

Vnguentum Irinum.

D

Canon in omni uomitione nequaquam negligendus.

¶ De ijs quæ sequunda ualetudine constitutis tum aluum emollire, tum locum ciere pulcherrime possunt. CAP. XLIII.



PRiscis quibusdam ad sequundam ualetudinem tuendam abunde satis uisum est, singulis diebus cum alui saburrã, tũ locium quoq; ipsum, ut citra Momi notam, ita quantũ res postulat, pro cibi potusq; multitudine euacuare.

Hoc idem Io. Manardus Epistol. Medici. lib. 6. cap. 4. refert. Enitendum summopere, ut excrementa omnia quotidie expurgentur, tã ea quę manifeste per certos exeant meatus, quã quę occulte. Cauendũ etiam

etiam maxime, ne quoties desidendi incesserit cupiditas, uel meiendi, ob negocia differatur: summe enim hoc capiti nocere: adeo, ut quosdam uel ob solam hanc caussam, in pessimos incurrisse ac letales morbos cognouerit. A

Quod si illi oletum, huic uero locium respondebat, probabant: sin secus, locium quidem ciere scandice, apio, asparago, petroselino, aniso, nepeta, origano, absynthio, gramine, cardui radice, trifolio, herba cincinnali (quod ἀδιάντον Græci dicunt) aqua elixis, ius cuius in potu cum uino subinde ministrabant. Hæc quoq; per lociū sanguen quoque expurgant, quod præsentissimum habetur auxilium. Quæ sanis urinam moueant.

Ostensum est in superioribus quæcunq; calefaciant, & exiccēt moderate ad lactis generationē esse utilia: quæ uero plus calefaciant, non tñ uehementer exiccent, mensium lationibus esse idonea: urinas aūt ambo hæc prouocare in confesso esse omnium. Notandum tñ, urinam cientia, tum diuretica, alia atq; alia esse inter se, ueluti aliud est genus a sua specie. quod enim diureticum est, urinā mouet: sed non quicquid urinā mouet, diureticū esse potest. Nanq; ea tm̄modo uretica dicantur esse, quæ sint acria, uehementerq; calida, & sicca, ut sanguinem discindant, a crassioribus partibus eas, quæ aqueæ sint, tenues, ac serosæ discernant, quas renes trahant, & a sanguineis partibus quibus nutriuntur excolant, in urinamq; conuertant, quæ ubi ad uesicā transmissa, postea emingātur. Eiusmodi hic recitat autor quæ per urinam sanguinem expurgent, quod haud paruū existimetur præsidium: ubi ex aqua elixata ius eorum in potu cum uino subinde ministret. Scandici uires siccandi in extremo ordine, calefaciendi uero in secundo Græci posuere, & utilissimum in ea esse urinam ciere, renesq; egregie laxare. Apiorum utraq; siue satiuū, siue montanum sit urinā ciunt. Namq; usq; adeo calidum esse selinum Gal. libr. 8. De Simpli. Medic. facul. scribit, ut & urinas, & menses cieat. Asparagum, siue Aspharagum, siue Sparagum, ut quidam dici uolunt, aluum mollire, & urinam ciere, breui coctura elixi, & in cibo sumpti asparagorum coliculi, Dio sco. lib. 2. cap. 14. prodit. Item succurrere potum asparagi radicum decoctum urinæ angustijs & cum urinæ malo aliquo renum doloribus. Hoc idē ipse præstare Petroselinon lib. 3. ca. 70. docet. Itidem de Aniso

Vrinam cientia, & diuretica differūt.

Vretica quæ sint. B

Scandix.

Apia. Selinum.

Asparagus. Aspharagus. Sparagus.

Petroselinon. Anisum.

C refert libro.3.capite.58: quod calefaciendi, ſiccandiq́ in uniuerſum uires babeat omne aniſum, urinam cieat, & hærentia diſſjciat. Similiter & de nepeta, quam & calaminthen dici oſtenſum eſt lib.3. cap.38. recitat, quod urinam pellat, potum eius decoctum. Dioſc. lib.3. cap. 30. de Tragorigano ait, omnibus calefaciẽdi uim ineſſe, urinã ciere, bonamq́ facere aluum, poto earũ decocto. Quod uero abſynthium urinam cieat, idem lib.3. cap.23. teſtat. Idem de Gramine agit lib.4. cap.31. nanq́ urinę anguſtijs prodeſſe, lapidoſaq́ ueſicæ frangere excrementa affirmat. De cardui autem radice, quam nigrã etiã craſſamq́ eſſe, Dioſco. lib.3. cap.14. mentionem agit, quod pota copioſam grauecq́ olentem pellat urinam. Etiam idem in libr.3. cap.114. de Trifolio agit, quod eius ſemen, & folia utiliter contra lateris dolores, urinæq́ anguſtias bibantur. In libro uero.4. cap.131. Adianthon, quod & Polytrychum, & aliqui capillũ ueneris uocent, urinæ anguſtijs mederi, & calculos frangere idem oſtendit autor.

Nepeta. Calaminthe. Abſynthium. Gramen. Cardui radix. Trifolium. Adianthum. Polytrychum. Capillus Veneris.

Quibus deiectio molienda.

Moliebantur uero alui deiectionem, deuorandum exhibentes in ſomnũ iam uerſis reſinæ terebinthinæ, inſtar oliuæ. Si uero acrius, ualidiusq́ aluum ſubducere eſt animus, exiguum radicis ponticæ (uulgo Rhabarbarũ appellatum) miſcebimus. Cõueniunt etiã aluo emolliẽdę, oua ſorbilia; ex oleribus beta, malua, ius cochlearum, & hæc aliquando ſatis opis conferunt.

D

Quæ aluum ſtrictam ſoluant.

Aluum uero, ſi plus iuſto ſtricta fuerit, hæc ſunt quę ſoluant. Capite enim. 6. tactum eſt, Terebinthinam urinam ciere, maturare, & aluum mollire, quam inſtar oliuę in ſomnum iam uerſos ſumere præcipit. Quod ſi acrius, ualidiusq́ aluum ſubducere ſit animus, exiguũ radicis ponticę, uulgo Rhabarbarum, adpellatum admiſcendum. Radix illa precioſiſſima eſt, quã Rheon Gręci uocant, Plinius uero Rhecoma, uulgus Rheubarbarum. De duplici Rheo Io. Manardus lib.5. Epiſt. Medi. Epiſtola quinta diſputat. Alterũ nec a Ponto, ſed ab extremis meridionalis Indiæ partibus ad nos uehi, uimq́ purgatoriam non minorem agarico habere Paulum inquit dandum eſt huius radicis, cuius etiam nos diligenter admonet Io. Manardus lib.1. Epiſtol. Medici. ubi in Rheo barbarico cauendum eſſe, ne uſq́ ad drachmas. 10. ſemel deniq́ more aliquorum, qui ęgrotantes ad extremum deduxerit

Terebinthina. Rhabarbarum. Rheon. Rhecoma. Rheubarbarũ. Rheubarbari doſis.

xerit periculum. Sed Diosco. & Auicen. potius imitemur, duas non transcendamus drachmas: sicuti nec de Epithymo plus quinque, uel ad sum̄um. 6. propinemus. Nos duas in infusione dari drachmas, unam uero in solida substantia recte intelligimus. Idonea quoque ad uentris solutionem in sanis sunt oua sorbilia: & ex oleribus, beta, malua, & id genus alia uentrem remollientia. ut sunt pruna in aqua mulsa decocta, uel ius captum cū saccharo, uel iuscula ex atriplice, beta, maluis, multo oliuo dulci conditis, uel uini fece contrita, quam tartarum uulgo adpellamus: aut senæ folia cum iure decocta. Hæc autem ante alium cibum sunt capienda, satiusq; foret, si qua morula inter ea, & prandium intercederet. Item & limacis, hoc est, cochleæ iusculum cōpetit. Gal. enim lib. 3. de alimen. facul. ait, limaces ab omnibus Græcis quotidiano cibo usurpari: quanq; duræ sint carnis, eoq; concoqui pertinacis, eadem tamē si conficiatur ualentissime nutriat. Inesse tamen ipsis ueluti ijs quibus testa pro cute data sit, Græci Ostraco derma uocent, succum uentri ducendo idoneum. Quapropter nonnulli limacium oleo, garo, uinoq; conditarum iusculo, ad deijcienda alui excrementa utantur. A Epithymi dosis. Ventris solutioni idonea. Tartarus. Senæ folia. Limax. Cochlea. Ostracoderma.

Validiores in hac re uires habēt, mercurialis, in aqua cum salibus elixa & esui data, et elixatio eius potui exhibita: similiter & sambuci folia, polypodijq; radicis duo denarij salsamento insparsi, aut cum ptisana deglutiti. Eiusdem classis est serum lactis, trium, aut quattuor heminarum mensura, cum sale, & melle sumptum. Simili potestate est iusculum peruetusti gallinacei, tam per se, quam cum binis cnici denarijs acceptum. Aloen quoque a cœna, quæ trium cicerum magnitudinem aequet, idētidem assumere expedit. Saluberrimus itidem fuerit epithymus cum uino post frugalē cœnam epotus. Verum si cui uehementiore cum euacuatione succurrendum est, ueris tempore circa auroram epithymi drachmam ex oxymelite hauriat. B

Validiora uero sunt Mercurialis, de qua satis abunde herbula in cap. 23. quo ad præsentem casum indicatum est. nanq; uentrē soluere mercurialem in cibo sumptam, Diosco. lib. 4. cap. 183. concedit. Sambuci Mercurialis. Sambucus.

C buci & Ebuli eandem uim Diosco. lib.4. cap. 168. ponit, atq; purgare pituitam, & bilem elixa olerũ modo utriusq; folia. Polypodij præterea radicis duorum denariorum, hoc est, drachmarum pondere salsamento inspergendum, uel ex ptisana etiam absorbendũ, quod purgandi uires iuxta Diosco. lib. 4. cap. 150. habeat, eaq; ad purgationem cum gallinaceo, piscibusue, aut beta, aut malua sicca detur, siue sicca eadem, & in farinam trita in mulsam conijciatur aquam, bibaturq; ad purgandam pituitam, & bilem. Denarij pondus pro Græca drachma accipimus: ita & Copus hũc locum interpretatus est. Celsus autẽ lib. 5. cap. 17. quomodo hoc definiat, hunc si lubet, consulito. Eiusdem quoq; esse muneris serum lactis trium, aut. 4. heminarum cum melle, & sale sumptum promittitur. Habere enim omne lac coniunctum sibi serum, quod a lacte separatum efficacius in purgando sit, Diosco. lib. 2. cap. 63. prodidit, dariq; his q̃s sine acrimonia purgare uoluerimus. Est autem hemina, cotyla, & acetabulum eiusdem farinæ genus mensuræ, & sextarius duas habet heminas qui ferme dimidiæ mensuræ uini metrę germanicę respondet. Gal. undequaq; in de compo. medica. libris heminam uncijs nouem libræ Romanæ esse æqualẽ coniecit. Ad hæc ueteris gallinacei ius, aut per se, aut cũ duabus cneci, siue cnici dicas nihil refert, hoc est, cartami, idem facit. Hoc euidentibus Dioscor. declarat uerbis lib. 2. cap. 43. in hunc modum edisserens. Gallorum uero in senectute ad purgãdam aluum datur. In quem usum oportet exemptis interaneis omnibus pro his salem indere, consutumq; gallum in aquæ sextarijs uiginti, usq; dum ad heminas tres decrescat, coquere. Post quod tempus datur ad bibendum totum sub dio antea refrigeratum. Quidam cocturæ eius adijciunt marinã brassicam, aut mercurialem herbam, aut cnicum, aut polypodium, quæ filicula est. Trahit hoc ius crassa, cruda, glutinosa, & nigra. Nonnunquam præterea aloën trium cicerũ magnitudine post cęnam sumi expedit, quod uentrẽ subducat, autoritate Gal. lib. 6. de simplici, ut puta ex numero medicamentorum, quæ Gręci ab excernendo stercore ἐκκοπροτικὰ uocent: atq; gratum stomacho medicamen esse, ut si quid aliud. Hic solã per se sumi docet sine aliqua adiectorum correctione, ne uenarum ora recludantur, quæ Mesue uere somniasse uidetur: quum, Plinius, Diosc. & Gal. tam ratione q̃ experientia contestantur, sanguinem undequaq; fluentem sistere, etiam si per screatum emittatur. Quibus omnibus hoc carmine suo Macer suffragatur sententijs.

Polypodium. Denarius. Denarij pondus. Lactis serum. Hemina. Cotyla. Acetabulum. Sextarius. Gallinacei ueteris ius. D Galli. Aloe.

Hic

Hoc sumptum per se uentrem non soluit acute: A
Esse tamen stomacho putat Oribasius aptum,
Cum lædant illum soluentia cætera uentrem,
Illius geminas cum mulsa sumere drachmas
Idem præcepit, choleram sic, flegmaq; purgat,
Vnaquaq; die post cœnam sumere dixit
Vtile tres eius pilulas, binasue, uirentis
Cum succo caulis formatas, ut faba grossas,
Aut cicer, humores nocuos cum stercore purgat,
Non corrumpendo stomachum, nec uim faciendo.
Purgatus pilulis fuerit qui sępius istis,
Vix unquam capitis uexabitur ipse dolore.
Et nihil est oculis, mihi crede, salubrius istis.

Optimum etiam esse dijudicatur, post mediocrem cœnam Epithymū ex uino potare. Quanq; Epithymon pituitam, bilemq; nigram apud Diosco. lib. 4. cap. 172. per inferna purget, hoc tamen in aluo simpliciter ducenda hic uti iubet, atq; in uino bibi. Attamen ubi fortiore opus sit uacuatione, tempore uernali eius drachmam ex oxymelite bibi prę cipit. Exoticum hoc est medicamen, quemadmodum & alia multa quibus uentrem soluimus nostrum, cuius plurimum in Cappadocia, & Pamphylia nasci Dioscorides tradit. B

Epithymum.

¶ De Clysteribus. Cap. XLIIII



HAbent natura uētres quidam adstrictiores, quorum præ debilitate stomachus non sustinet medicamenta, quę per os sumpta aluū deijciūt: ijs lauaminibus, quę Gręci nunc κλύσματα, nunc κλυςῆρεσ, Medicorum schola clysteres, & infusa nuncupant, succurrendum censeo.

Ventris adstrictionem plurimorū animalis tendētium malorum caussam esse, Valla inde uniuersi corporis purgatione libro aperit, quam facile etiam sequi capitis grauitatem insinuat, & oculorum caligationem, stomachiq; subuersionem, & conuulsiones, uomitiones, nauseam, adpetitus extinctiones, oris ariditatem, & amaritudinem, ructus incomodi, sufflationes, contorsiones, obstipationes sensuum, plenitudines, & articulares, & ischiadicas generare ægritudines, augereq; omnia uiciosa consuetudine mala, & uetusta efficiens, & perinde

Ventris astrictioris symptomata.

C etiam perniciosa, cui tanto malo usum succurrere clysmorũ. Est enim κλυςὴρ καὶ κλυςῆρων latinis lauamen, uel ablutio: a uerbo κλύζειν, quod est abluere, & lauare. Ab Hippocrate enim & maioribus nostris clysteria inuenta fuere, ut aluũ mundarent, & intestina a fecibus, & prauis humoribus. Dicunt etiã alio nomine ἔνημα, quod iniectionẽ sonat apud latinos. Medicamen profecto hoc efficax, atq; securum, quod tamen usq; adeo stolido sensu a nostris uilipenditur Germanis.

Enema.

Pituitam quidem quæ intestino fixius inhæret, iure caricarum, betarum, nitri, radicis cucumeris syluestris, cum melle & oleo, uel chamæmelino, uel anethino.

Quæ ex uentre adstrictiori proueniant mala ostensum est. Siquidem oletum in nõnullis hominibus etiam sanis adeo induratur, ut sine auxilio minime queat, uel nisi magna cum difficultate egeri. Hac de caussa frequenter flatus excitantur, & phlegma multiplicatur, intestino fixius inhærens, quod deinde enematibus, uel remollientibus, ea quæ sint indurata: uel flatuosos spiritus dissipantibus: uel phlegma ipsum foras educentibus, promouendum est. qualia sunt ea quæ hic præscribuntur, ut quæ iure caricarum, betatum, nitri, radice cucumeris syluestris cum melle, & oleo uel chamæ. uel anethino injciantur.
D Contra tormina utiliter clystere cũ ruta caricas decoctas infundi Dioscor. libr. 1. cap. 149. testatur. Betam coctam nitrositatem suam exuere, Gal. lib. 8. de simpli. profitetur, fieriq; facultatis aphlegmãte, hoc est, phlegmatis aduersę, leuiter digerentis. Betarũ succos, aut apozimam eis injcimus, ait Oribasius, qui tortiones intestinorũ patiuntur, aut dolores. Deponit eñ squibala, & diuturnis adaxismis, hoc est, mordicationibus, siue pruritibus resistit. Acres uero fieri iniectiones, idẽ ait, quæ cum melle, & sale, & de apozima coloquintidæ, & centaureę, & nitro fiant.

Beta cocta.

Betarum succi apozima.

Quod si ariditas haud mediocris molestauerit, elixatio altheę, fœnogræci, chamæmeli, adiecto oleo & melle haud ita multo, & nonnunq; oleũ per se dimidiati acetabuli quãtitate, per inferna in aluũ immissum, id quod desyderabatur adamussim, ut dicitur, absoluit. Neq; tñ id crebro sine iusto temporis interuallo agendũ, ne natura ijs perpetuo usu assueta,

Enematis cum temporis interuallo utendum.

ultroneæ

ultroneæ deiectionis sui muneris obliuiscatur. A

Si uero siccitas infestauerit corpus, ne ex prædictis medicamentis magis in siccitatem ducatur, altheæ, fœnogræci, chamæmeli elixatio infundatur. Fœnogræci, inquit Oribasius, decoctione utimur, ad mulierum caussas, uel qui delicati sunt corpore. Melius uero maxime ad eos utimur, qui siccitatem corporis patiuntur. Olea semper illis decoctis adijcienda, sed mellis parum. Interdum tamen oleum per se iniicitur in duorum acetabulorum quantitate, de qua in cap. 45. dictum est, quod desideratum adferat præsidium, qui bonam faciat aluum. Nec tamen assidue hoc faciẽdum est: quia uires adeo attenuaret, ut deinde natura spontaneæ excretionis opus obliuioni traderet. Aureus ille canon est, qui & in alijs corporis deiectionibus summopere notandus.

Fœnogræcum.

Olea enemati semper inijcienda.

Canon aureus in enematum usu obseruandus.

¶ De Glandibus, quæ uulgus medicorum Suppositoria uocat. CAP. XLV.



Vsus quoq; Glandium, celebris admodum est, oletuli excernendi gratia, ac in his quoq; quibus etiamdum clysteris reliquię, uel quicquid iniectũ est, ueluti mordicus retinentur. Tinguntur uero balani e sale asso, melle, & nitro: thymus quoq; non raro melli crudo, formandi glandinis gratia inseritur. Formantur nonnunq; e terebinthina resina, admixto nitro, & modico aliquando cocco gnidio. Cæterum quoniam fere lancinatio inde semper cõflatur, nõ citra adiecti portionis olei ijs utendum. Porro dum pyrethrum, aut piper inseritur, opitulantur dissolutis, & præ algore inflatis. Additur item sæpius & centaurium, pici aut cerato implicitum, resolutioni uerendorum accommodatissimum præsidium. Pusionibus uero (quibus durior aluus clementer mollienda est) salis granum inditur. Ex ficu deniq;, adiecto nitro, nonnunquã glandes conformari pulcherrime possunt. B

Glandium quoq; usus non admodum rarus est, stercoris educẽdi gratia inuentus, uel propter ea quæ per clystere iniecta sunt, attamen retenta, educenda: Gręci, Balanon uocant, barbari uero Suppositorium, ut capite. 9. ostensum est. Eorum nonnulli lenes sunt, ut radix

Glandium usus.

Balani lenes.

C bliti melle peruncta, uel laridum sale consperfum, seu ficus inuersa sale consperfa, seu sapo gallicus, quę quotidiano per matronas habentur in usu. Nos ex melle, & sale, alijsq; conficimus materiebus, quarum etiam aliquæ hic & a Paulo dinumerant. Quæcunq; hic de balanis referuntur, ex Oribasij compendio mutuo sumpta sunt. Salem clysteribus utiliter imponi, Dioscorides testis est: quamobrem & balanis minus absurdum erit. Vstum uero potentius digerere, et distrahere. Gal. lib. 9. de simplen. confirmat. Sales enim omnes uentrē subducunt. Idem mel, & nitrum præstant. Itidem & thymus, cui uim ciendi Diosco. ascribit. Omnia tamē in balanorū formam redacta, oleo priusquam intrudantur perlinenda sunt. Pyrethrum tamen, & piper paralyticis opem ferunt, ob maiorem eorum mordicationem: atq; ijs qui a frigore inflentur, ut in cap. 22. declaratum est. De centaurio pulchrū aperit præsidium, quod pudendis resolutis subueniat: nanq; ijs quibus nerui affecti sunt euacuere, & desiccare Gal. lib. 7. Diosco. lib. 3. cap. 7. asseuerant. Decoctum enim eius ischiadicis infusum, ceu biliosa, & crassa ducere. nam, & talia purgare, quinq; adeo uehementer operari, ut cruenta euacuet, atq; tunc plus prodesse. At infantibus satis erit salis granum imposuisse, nonnunquā ficum adiecto nitro: aut D glandem ex melle compositam.

Sal clysteribus imponendum. Sal ustum. Pyrethrū, & piper paralyticis subueniunt. Cētaurium quomodo pudendis resolutis succurrat.



¶ De caput purgantibus apophlegmatismis, deq; ijs quæ per nares euacuant, & de unguentis CAP. XLVI.

Capitis quidem humores per sputa & screatus commodissime euacuantur.

HVmores capitis per sputa, & sceratus uacuamus, quemadmodū pulmonis excremēta per tussim excernimus: stomachi uero, iecorisq; partim per stercora: renū & uesicæ per urinā: totius fere corporis redundantiam simul per sudorem, insensibilemq; per poros exhalationem extrudimus. Medicamen autem quo pituitam, quæ in capite retinetur, uel per os, uel per nares detrahimus, Apophlegmatismum nominamus, quod nostri Masticatoria uocant. Sunt autem pastilli masticatorij, & Anagargarismi, uere dicti, quibus crassas ac tenaces, & spissorum in capite humorum reliquias per palatum exhaurimus. Præ omnibus autem ijs memori tenendum mente, ut primum quidem

Excrementorū euacuandorum uarij modi. Apophlegmatismus Masticatoria. Masticatorij pastilli. Anagargarismi.

quidem totum corpus ducere oporteat, & superfluis purgare: deinde uero loca priuata, ut in præsenti casu, caput exonerare. Nam si ante uniuersi corporis purgationē, locis quibusdam remedia adhibuerimus, proculdubio ea quidem magis lædemus, maiorem siquidem materiæ summam ad loco debilia conuellentes. Quare siue ab apophlegmatismis, siue gagarismis, siue ab aliis quibuscunque particularioribus abstineamus uacuationibus, uniuersaliores si eas rite non præcesserint.

A Perticularia ante uniuersi corporis purgationem mēbra minime uacuanda.

Id si obiter modo facere fert animus, confundimus piper mastichæ; si ualidius uacuare studebimus, alias pyrethrum mandere, alias herbam pedicularem (quam Græci σαφιδ᾽α ἀγρίαν nominant) præcipimus. Præterea utriusque orcitunicæ, quam ἀνεμώνην eadem gens appellitat, commanducata radix, phlegma extrahere efficaciter ualet. Capparis quoque radicis cortex, eundem humorem euocat. Retrimenta igitur serosa, rebus hactenus enumeratis euacuātur. Sinapi uero cum oxymelite gargarizatum, aut defrutum in quo siræum, origanum, uel hyssopum elixatum sit, crassiorem pituitam excernit. Ipse uero sapæ sinapi cum oxymelite confundo.

B

Eadem & Oribasii sunt uerba. In capite residentes humores per sputum educuntur. Si quidem parua fiat humectatio, piper admiscebis cum mastiche, & dabis ad masticandum. Redigimus autem eiusmodi in puluerem, et cum cera in quantitate sufficienti commiscemus, ut formulæ fiant masticatoriæ. Si autem amplius caput uolueris euacuare, pyrethrum, inquit Oribasius, & Staphisagrias cum mastiche, & liquiricia dabis ad masticādum. Sed anemonis herbæ, idem ait, utriusque radices masticatę phlegma educunt. Anemonen herbam esse dicunt, quam nos rubrum papauer nominamus, uulgo Rotkorn blůmen. Duplicem hanc etiam describunt, utranque habere acrimoniam, qua radicis earum succus naribus instillatus ad capitis purgationes facere, pituitamque trahere radicem earum commanducatam, au ctor est Dioscor. lib. 2. cap. 167. atque Gal. lib. 5. de simpli. Pingue autem, & glutinosum phlegma, ita enim procedit Oribasius, per gar-

Anemone herba. Klapperrosen.

C garismum extrahitur, id est, sinapis cum oxymelle, aut sapa cum origani, aut hyssopi decoctis. Ego autem miscui inquit, cum oxymelle sinapem: hoc enim uim, & naturam habet calefacere, extenuare, extrahere: quare commanducatũ pituitas capitis per os ducere, & purgare Dioscorides libro .2. capite. 143. tradit. Fiunt autem Gargarismi ex aquis destillatis, aut ex decocto aliquo in quibus dissoluuntur & alia medicamenta quædam, ut sunt diamoron, mel rosaceum. &c.

Gargarismi ex quibus cõfiant.

At si a muco quoq; purgari cerebrum expetit, irritando per medicamenta quę acorem obtinent, quorum bene multa sternutationem eliciunt. Purgat itaq; per nares anagallidis, utriusq; orcitunicæ, ac betæ cremor: foliorum quoq; syluestris cucumeris succus, uel seorsum ipsus, uel cum decocto, uel cremore betarum naribus infusus. Verum si crudi humores in thoracis, pulmonisq;, & capitis partes sese receperint, sternutamentum quidem, neq; uel tantillum opis conferre potuerit.

D Vnguentum Oris huiusmodi confert.

Sinapi cum betæ cremore dilutum, partibus palati, atq; columellę illitum, haud mediocri remedio est. Idem per nares quoq; purgandi facultatem obtinet.

Si autem per nares purgari oporteat, inquit Oribasius, irritabis cerebrum medicaminibus acribus, ex quibus aliqua sternutamenta moueantur. Fiunt enim istiusmodi ex pulueribus quorundã medicamentorum simplicium naribus aut admotis, aut attractis: quemadmodũ est anagallidis, & cuiusuis anemones succus. Omnes succi, ait Oribasius, infunduntur in nares, uel immittuntur ipsi tm̃ per se uniuscuiusq; succus. Sed & betarum, & cucumeris ægrestis succus de folijs in nares immissus per se ipsum, & cum betarum decoctione, aut succo ipsius. Diosco. lib. 2. cap. 170. de anagallide refert, quod succus earum gargarizatus, capitis per os pituitas purget: & quod naribus instillatus purget. Anagallis apud Germanos Gauchheyl uocat. Cæterum ubi crudi humores in thoracis, pulmonis, capitisue partibus contineantur, nihil tunc proficere sternutationem indicat: ideoq; oris indimenta fieri: quale est huiusmodi saponem ex betæ succo dilu-

Anagallis.

entes

A

entes palatū, & columellam ungimus. efficax enim hoc auxiliū esse, & per nares quoq; uim purgandi habere. Serapion enim saponem dicit abstergere, mūdificare, calefacere, ulcerare, apostemata dura ad maturi tatē ducere, emollire, & detergere. Columnā oris Medici κίονα appellant, & κιονίδα columnellam. Huius partis ope, & auxilio cibum diuidi dicunt, qui alias uniuersus ad stomachum properaret, atq; maiori influens copia hominem præfocaret. Ab aliquibus etiam βρόγχον, id est, gutur dicit. Ab alijs χόνδρον, id est, chartilaginea: ab aliquibus γαργαρεῶν nuncupatur; unde Gargarizare uerbum Latinum factum esse uidetur.

Sapo. Columna oris. Columnella oris. Bronchos. Guttur. Chondros. Chartilaginea. Gargareon. Gargarizare.

Euphorbio item naribus illito subinde usus sum, melanthioq;, quod equidem interdum peracri aceto maceratum, deinde posteriore die cum aceto denuo dilutum, emollitum & eliquatum, naribus infundo. Interdum uero melanthion oleo ueteri liquefacio, atq; pari modo usui habeo. Ad hunc ferme modum Archigenes quoq; in obturatione narium melanthio usus est. Priori, quod aceto cōstat, Crito felle suffusis succurrebat.

Archigenes. Crito.

Desumpta sunt hæc omnia ex Oribasij compendio. Euphorbium equidem gummi, phlegma uiscosum, & grossum ex iuncturis educit & profundiss. e partibus neruos mundificat, humoresq; ipsos imbibitos resoluit, atq; producit, calidum & siccum in quarto ordine: cuius acrimonia cum oleis ut hic, obtundenda. Euphorbium in Libya regnante Iuba inuentum, Diosco. & Plinius testantur. Melanthium uero, quod & Git, & Nigella dicitur, etiam tenuiū est partium, excalfaciens, & desiccans in tertio ordine: quo nomine catharros sanare in linteo admotum, atq; assiduo olfactum, Galen. libr. 7. de simpli. prodidit. Diosco. lib. 3. cap. 84. imo contra incipientes fellis suffusiones tritum naribus cum irino unguēto, instillari. Ambobus quomodo his medicamētis ueteres usi sint, per Archigenis, atq; Critonis exempla ab Oribasio proditur.

Euphorbium. B. Melanthium. Nigella. Git.

¶Quæ Menses trahant muliebres.
CAP. XLVII.

QVæcunq;, ut semel dicam, locia proritant, eadem & muliebria impellere possunt; uerbi caussa, brassicæ radicis

C dicis elixatio in potu, persicæ radix, rutha, calta (sic enim
Romani χρυσάνθεμον uocant) dictamnon, semen erucæ.

Menstruorum duæ partes. Menstruorum duæ sunt partes. Vna quidem expediens: quæ tem
pore impraegnationis, uel in partus alitionem sumitur, uel mammis
pro lactis generatione dimittitur. Altera inexpediens, & inutile excre-
mentum, ex partibus supra infraque renes, etiã ex lumbis per minimas
uenulas ad acetabula permeans, quę iuxta urinæ meatum effunditur.
Quod si tales uenæ interdũ occlusæ fuerint, ut minus erumpant men
ses, tunc mulieres hoc capiũtur malo quod uulgariter menstruorum
Menstruorum retentio. retentionem appellant. Quæcunque uero urinam citent, eadem quoque
menses ducere posse, etiam ex Oribasij sumptum est sententia. Men-
Menstrua educunt diuretica. strua enim educunt omnia, ait ille, quæcunque sunt diuretica. Quomo
do autem de diureticis, & mensibus citantibus intelligendum sit, cap.
43. attigimus. Sufficiat hic autoris medicamenta ex ordine apposita,
quantum uires eorum huc spectent enarrare. Huiuscemodi esse radi-
cis Brassicæ decoctum, & potui datum. Aluum enim Diosco. inquit
Brassica. lib. 2. cap. 3. & menses cit potum brassicæ decoctum. Brassicã uulgus
Koel appellat. Cuius etiã per se assam radicem Oribasius hic cõmen-
Persicæ radix. dat. Idem præstare & Persicæ radicem referunt. Rutam feruentis esse
Ruta. naturæ, menses, urinamque ciere Diosco. autor est lib. 3. cap. 47. Caltã,
Calta. quã Græci chrysanthemon uocãt, Gal. uero buphthalmum, sic appel
lari a floribus, qui figura quidem boum oculis uideantur haud absi-
Crysantemon. miles. Hodie nonnulli Germanice hanc uocant Genßblůmmen. Alij
Buphtalmus. Ringellblůmen. Dictamnũ herbam Cretensem, acris esse saporis, Dio
Dictamnus. sco. lib. 3. cap. 32. tradit, quam etiam non potam tantũ, sed etiam suffi
tu appositam, mortuos ex utero partus pellere. Ferunt etiam, idẽ ait,
in Creta uulneratis telo capris, eius herbæ cibo tela, cuspidesque omnes
ex corpore decidere. Quod Maro in 12. Aeneidos suæ libro eiusmodi
contestatur carmine.

Maro. Tunc Venus indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris,
Gramina cum tergo uolucres hæsere sagittæ.

Hæc longius de Dictamno recitare libuit, quo liquido internoscere-
Diptamus. mus eam quã hodie Diptamũ uocent, Germanice Hirtzuurtz, folia
eius

eius tantum in usu fuisse, & non radicem. Hodie tñ radix huius uulgaris, satis crassa, & quæ sola habetur in usu circumfertur. Erucæ semen uenerẽ stimulare, cap. 36. dictum est, itemq; ciendæ urinæ accommodatum esse, quare & mensibus ciendis efficax esse hic ponitur ab autore. A Erucæ semen.

Reperiuntur uero nonnulla quæ uel apposit u modo, maxime si ori locellorũ admoueantur, menses promoueant. cuiusmodi habetur ruta, cũ melle illita, porri cremor, allijq; contriti succus, myrrha uino diluta, & leporis deniq; coagulum.

Offenduntur uero ex eiusmodi medicamentis, quæ tantum ori uterino exhibita menses euocent: ut sunt ruta cum melle illita. Istiusmodi medicamenta a Græcis πέσσοι dicuntur, a Barbaris uero corrupto uocabulo pessaria. Sunt autẽ glandes, uel suppositoria uteri. Fiunt etiã cum lana pectica, aut quocunq; alio tereti, digiti humani speciẽ prę se ferentia, in quo talia sustineantur medicamenta. Effigiantũ etiam duplici forma: aut longa, & rotunda, digiti medij magnitudinem prę se ferentia: aut in panno tenuissimo, aut serico adhibentur. In puluerem enim talia medicamenta, uel in liquores, uel in Electuaria, aut in aliam rediguntur formam. Subijcimus hæc tempore uespertino, somnum iam capere uolentibus, & alligato filo extra uterum propendenti ad sex, uel septem horarum spacium in utero dimittimus. Eiusmodi etiam non tantummodo in eliciendis utimur mensibus, uerum etiam & in compescendis, siue restringendis. Sic rutam cum melle illinire, porriq; succum porrigere: allium tritum, & myrrham ex uino dilutam administrare nobis hic ex Oribasio insinuatur. Myrrhã enim, siue smyrnam, præclusos mollire muliebres locos, & aperire: menses, fœtusq; celerrime extrahere ex absynthij, siue lupinorũ diluto, aut rutę succo apposita, Diosco. libro. 1. capi. 69. testatur. Hoc idem & allium præstare lib. 2. cap. 141. indicat, mulieribus in decocto eius, aut suffitu insidentibus. Similiter & leporis coagulum. Est enim coagulũ ea pars uiscerum, qua ad lac densandũ utimur (uulgo Lüpp uocatur) quod in hœdo præcipue laudatur, in lepore uero nequaq;. Omne aũt coagulum dicit Diosco. lib. 2. cap. 65. coagulata soluere, & soluta coagulare. At leporis coagulum Galenus libro. 10. de simpli. dicit profluuium muliebre sanare; sed & lac in uentre coagulatum dissoluere. Atq;

Pessi. Pessaria. Pessorum compositio & forma. Pessorum administrandi modus, & tempus. B Myrrha. Smyrna. Allium. Leporis coagulum. Coagulum.

u leporinum

C leporinum omnium esse præstantissimum. Sanguinem in uentre concretum simili modo epotum dissoluere, ac efficacius quidem cæteris.



¶ Sudorifica medicamenta, quæ a Græcis ἱδρωτικὰ appellantur. CAP. XLVIII.

SVDO rem prouocant chamæmeli farina, oleo inspersa, summa cute haud molliter modo, sed ualide etiã perfricata: seseli, pyrethrũ, canchri, anisum, pari modo oleo excepta: nitrũ tostum haudquaquam ualde tenue cum oleo: flos salis oleo temperatus: succus cyrenaicus aqua dilutus & in perfrictione corporis adhibitus, ciceris item quantitate haustus. Consimiliter & nepeta, tum si cum mulso sumatur, tum si foris quoque corpus ex eo fricetur.

Sudor euacuatio naturalis.

Sudorem quoq; in corpore sano euacuationem esse naturalem, Ioannes Manardus libro decimoquarto Epi. 1. disputat: non secus ac alui, & uesicę excrementorum, tum crassioris illius quod partim in materiam cedit pilorum, partim in sordes. Temperatissimus siquidem homo, & frugalissimus, interdũ & frictione, & unctione, ut ostẽsum est, tum exercitio, & balneo eget, ut in processu habebitur, per quæ excrementa hæc, & per occultam difflationem, & per sensui apertam uacuationem expurgantur. Quibus autem medicamentis sudores moueantur hic tractatur. Ad mouendum inquit Oribasius sudorem, est Chamimola sicca trita cum oleo, si corporis superficies cum eodẽ fortiter defricetur. Anthemida dictum est a Grecis, a nostris uero chamęmilam dici, Romani Chamæmilum uocant. Hanc calefaciendi, & extenuandi uim habere tum eius flores, radices, herbam, Dioscorides libro tertio cap. 145. prodidit. Eandem Galenus libro quinto de simpli. tenuium esse partium affirmat, & proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi uim obtinere, cuius etiam in libro tertio de simplicibus copiosiorem facit mentionem. Siseleus, pyrehrum, canchrius, anisus similiter cum oleo adhibiti faciunt, Oribasius recitat. Seselis, nostri siseleos, & siler montanum, Germani Fellkümmel uocant, quam & radicem, & fructum usqueadeo excalfacere Galenus libro octauo de simplicibus scribit, ut admodum urinam etiam moueant. Etiam adeo tenuium esse

D

Sudoris prouocandi medicamina.

Anthemis. Chamæmila. Chamæmilum.

Seselis. Siseleos.

um esse partium, ut & morbo comiciali, & orthopnœis cõpetat. De pyrethri ad præsentem casum usu, in cap. 79. ex Diosco. demonstratum est. Similiter & de succo Cyrenaico. Salis præterea florem ciere sudorem, Diosco. lib. 2. cap. 83. meminit. Idem de Nitro intelligendum, uires ex alto in summum euocandi habens. Atqui Anisum omne calefaciendi, siccandique in uniuersum uires habet. Sunt qui canchrin parilulam uocent, in medicina uim urendi habentem. Olei Anethini in sudore prouocãdo uis cap. 21. prodita est. Calaminthe uero per Macrum ita ostenditur. Cum mulsa trita tepenti sumpta, solet totum sudore reuoluere corpus. Valla adhuc de alijs agit medicaminibus, quę ubi uncta sint sudorem mouentibus, siue per refrigerationem, uel ob stipationem pellis non sudantibus. Ad hæc de ijs quæ pota sudores moueãt, uideat hunc qui uelit libro de uniuersi corporis purgatione.

A

Salis flos. Nitrum.

Canchri.

Oleum Anethinum.

¶ De Aere. CAP. XLIX.



Aer saluberrimus est, qui ad unguem purus est; cuiusmodi fuerit, quem neque stagnorum, neque paludum, neq; alicuius barathri pestiferam auram eructantis, exhalationes perturbant. Ediuerso, qui latrina quapiam uastum aliquod oppidum expurgãte inficitur, pestilens est. Neq; etiam is qui nebulosus est, frugi uideri potest. Vitiosus item quisquis in ualle undiq; celsis iugis inclusus, nullã omnino suscipit auram. Quicunq; ergo ad hunc modum aer infectus est, omni pariter ætati, omni temperamento, iuxta tantopere officit, quantopere inculpatus ille uniuersos & amœnat, & adiuuat. Sed qui in qualitate, ardore inquam, algore, siccitate, & humiditate diuersus & incõstans est, omnes sine discrimine afficere neutiq; potest. Temperatis nanque corporibus, aer temperatus, intẽperatis uero qui contrarij temperamenti fuerit, utilissimus est.

Aer optimus.

B

Similes amant labra lactucas.

Aerem nos ambientem caussarum esse pręcipuam qua mutemur, ob ineuitabilem inspirandi, respirandique motionem: ut si temperatus, & clarus in sua substantia extiterit, sanitatem præstet: quod humores, & spiritus puri, pellucidi maneant: si uero turbulentus, & nebulosus

C bulosus, humores cum spiritibus perturbet, & ægritudines pariat, nemo est qui de hoc quidpiam secum ambiget. In corporis itaque sanitate conseruanda, non minimum est præ alijs obseruatu dignis, aëris in sua constitutione substantiã adnotasse. Quare aërem exacte purum esse illum ostendit (aër enim ille purus, & serenus esse dicitur, qui nubibus, nebulisque careat) qui neque stagnorum, neque paludum, neque barathri cuiuspiã pestilẽtem eructantis aërem uaporibus infectus sit. Quo quidem haud esse meliorẽ asseritur. Temperatus enim aër is est, qui in alterutram paulum propensus est partem. Ob quam rem Gal. lib. 1. de Sanit. tuen. corruptionis duplices esse causas ostendit: alterã internam, & a se: alteram uero extrinsecus incidentem, quorum unũ certe sit a quo separari non possit, quodque illi quasi perpetuo cognatum adhæreat, aër uidelicet ipse ambiens: necessum ergo esse, nõ paruam circa hunc curam, prouidentiamque ponere. Lædit enim ipse nos qui circunfunditur aër, uel quod calidos, uel quod frigidos, uel quod siccos, uel quod humidos immodice efficiat. Vnde Oribasius, ex quo hoc integrũ D caput sumptum est, ait, Aër sanitosus est, & optimus, qui est mundissimus. Morbosus autem est & pessimus, nebulosus, & turbulentus, de paludibus, aut stagnis ascendens, aut si ex alijs aliquibus concauis locis uenenosus surgat. Autorem hunc legat, cui cordi sit, libro secundo de uirtute simplicium, eadem certe quæ Paulus hic, referentem. Eadem, & alia quædam scitu haud indigna de aëre Valla ex Galeno, atque Athenæo citat libro de uniuersi corporis purgatione. Hunc & si uoles, legito.

Aër qui sit exacte purus.

Aër temperatus.

Corruptionis caussæ duplices.

¶ De Aquis. CAP. L.



Væ singularum fere aquarum cum uirtutes tum uitia sint, explorata & ueluti in numerato habere conuenit, utpote quę multiplicem inprimis tm̃, non omnibus usum, ad quamuis educationem suggerunt.

QVum multus, & quotidianus aquæ, & homini, & pecori usus sit, nihil accuratius homini curandum, quam ut aquam qualem esse oporteat inuestiget. Aquas enim ubi uitio inficiantur aliquo, uarios subinde parere morbos, quotidiana docet experiẽtia: Socrates igitur non sine caussa præceperat, ut his in locis minime degatur

Aquarum ratio minime negligẽda.

Socratis dictum de aqua.

gatur, ubi neq; Iusticiæ locus, neq; profluens aqua perennis sit: quasi his duobus ablatis, nihil reliqui manere quod humanitatem sustinere possit. Igitur Oribasius lib. 1. Euporiston, item de confectione ciborum lib. 3. ex quo totum istud exceptum est caput, Oportet autem inquit, & aquarum qualitates quæ sint utiles, aut maliciosę sciri a medicis. Multum autem utiles aquæ sunt in usum nostrum omnes, & magis sunt in omnibus dietis necessariæ. Minime etiam hic ignorandum est, Vallā ex Ruffo differentias quinq; fere uniuersales aquarū potabilium citare: pluuiam nanq;, ut cisternam: & fontanam, & putealam, & fluuialem, & palustrem. Eo cognito, facilius in capitis processu de quota nam tractatur differentia deprahendetur. A

Aquarum potabiliū. 5. differētię.

Latere itaq; neminem debet, saluberrimam esse aquam, quæ omnis plane tam gustu quam olfactu qualitatis expers est; sed ut potanti extemplo suauissima, ita intuentibus limpidissima uidetur.

Aqua saluberrima.

Scire autē oportet Oribasius inqt, optimam, & bonam esse aquā, quæ sine qualitate aliqua sit, & in gustu, & in odore, & in potu suauis sit, & in uisu mūda, & pellucida. Quando autem bibitur, cito per hypochondria transit deorsum: quę talis est, alia melior non requirenda. Suffragatur huic sententiæ Diosco. lib. 5. cap. 10. qui docet, plerunq; probatissimam esse hanc quæ pura, dulcis, & cuiuscunq; alterius qualitatis expers sit: quæq; nec minimo etiam tempore pręcordijs immoretur, quæ sine dolore descendat, non infler, nec corrumpatur. Hanc Gal. lib. 1. de Simpli. cap. 5. tribus expendit sensibus aquam. Gustu enim puram, si nullam offerat qualitatem, sed ad unguem qualitatis expers appareat. Visu, quū syncera fuerit, ac plane perlucida. Sic nec Odoratu ullā prę se ferre qualitatem debet: ut quædā sint extremę prauitatis quæ uel aciditatem, uel acrimoniam, uel salsedinem, uel putredinem, uel aliud indicibile uitium proferant. De optimæ aquæ indicijs, e diuerso etiam crudæ notis, deq; optimæ electione, Gal. de Sanit. tuen. lib. 1. consule. B

Aqua optima tribus sensibus a Galeno expensa.

Quæ uero præcordijs diutius immorabuntur aquę, uentrem uexabunt, inflationes facient, & ponderoso onere graues erūt, omnium deterrimas constituere oportebit; ea sane

C neq; calescunt ocyus, neque frigescunt promptius: quin & quæcunq; in ea elixantur, longa mora, & ægerrime tandem concoquuntur. Satius itaq; fuerit, experimento huiuscemodi aquam discernere.

Quæ autem in præcordijs, Oribasius ait, diu residet aqua, & inflat, & præcordia grauat, neq; cito calefit, neq; cito infrigidatur, pessima est. Sed ea quæ in ea coquuntur, grauia sunt, & maliciosa quæ cocta sunt. Melius igitur est per experimentum tales iudicare aquas.

Quibus notis bonitatem uitiũq; aquæ deprehendamus.

Qui uero notis quibusdam talem deprehendere studuerit, ex ijs quæ deinceps memorabimus faciat iudiciũ. Enimuero quæ Septentrionem uersus, & Occasum labitur, ea ut ægre transmittitur, ita coctu difficilis, & contumax est, & calefit & frigefit lentius: contra quæ ad Orientem, per meatum quempiam, siue tellurem defluit, leuiq; momento ca- D lescit, & refrigeratur, de hac summæ bonitatis spem concipias. Ea quoq; frugi putanda est aqua, quæ æstiuo tempore frigidior, brumali uero calidior est.

Qui autem uult per cognitionem agnoscere quæ dicta sunt, ita enim Oribasius in suo procedit sermone, hoc modo dijudicet. Quæ enim ad septentrionem positæ sunt, & a sole auersę, hę & graues sunt, & malæ, & non cito feruescunt, aut infrigidantur cito. Quæ autem ad solem surgentem sunt per uenas ministratæ, cito calefiunt, & iterum celerius infrigidantur. Hæc autem speranda est bona esse, & optima, quæ æstate frigidior, hyeme autem calida.

Nec desunt qui aquæ bonitatem trutina explorant: ei sane leuiores cæteris præferunt: si id cum his quæ mox recensuimus commune habet, probatur. Hæc quippe sola, nisi & alijs fulciatur, exactæ probitatis coniectura minime satis.

Vnde Oribasius ait, Aliqui autem, & per pensa approbauerunt, ut quæ leuior est, melior sit. Hoc autem, inquit, ad hæc pertinet quæ dicta sunt, & laudantur. Solum autem hoc non ab initio contemplatum est, ut bona leuior sit. Hunc locum pulchre Galenus exponit super Apho. 26. lib. 5. Hippocr. dicentis. Aqua quæ cito calet, &

cito refrigeratur, leuissima. Vbi Gal. non pondere talem leuissimam esse dicendam, quum pondere leuiorem aquam dignoscere quærentes iudicium proponant eius rei per lancem, ac pondus facientes inquisitionem. Sed leuiorem dixerit aquam, quę uentrem non grauet, & quæ cito permeet: sicuti isti contrariã uocemus grauẽ, quæ non cito permeat. Sed quia neq; per hoc solum iudicium uirtutis existat aquæ, quum & alia quæ sint in propatulo, & consideranda, num scilicet neq; turbida, neq; cœnosa sit: neq; in gustu aliquã absurdam præ se ferat qualitatem: hic etiam dici ab Hippocrate, si cito refrigeratur, & calet: perspicuum enim esse, talem bene esse alterabilem, ita & aquæ. Facile enim transmutari, quicquid concoqui debet ab instrumentis quibus concoctionis munus a natura sit demandatum. A

Aqua quæ sit leuiss. ma.

Cælestis præterea aqua, teste Hippocrate, nullo pondere grauis, dulcore abundanti, limpiditate neutiquam uulgari, tenuitate deniq; censetur: eo quod a sole leuissimum trahatur, & tenuissimum. Idq; non ex alijs aquis modo, sed ex mari etiam corporibusque colligitur: proinde & omnium celerrime putrescit, quod e diuersis admodũ qualitatibus consistat. Nemo uero citius putrescibilem aquam deterrimam esse iudicet: alterationis quippe procliuitas uirtuti magis quam uitio adscribenda est. Quapropter quæ incupaltæ aquæ indicijs prædita facile putrescit, saluberrima censenda est. Atqui ubi iam alterari cœperit, sumentibus in potu, raucedinis, tussis, molestiæ uocis occasionem præbet. Cęterum ex pluuialibus aquis æstiua, & tonitruosa, bonitate procellosę præpollet. Glacialis uero, niualisque, omnium uitiosissima habetur: quod aquarum congelatione omnes tenuissimæ partes exprimuntur.

Aqua pluuialis.

B

Aqua putrescibilis.

Aqua a glatie, niueq; defluẽs.

Oribasius etiam recitat Hippocratem pluuialem dixisse aquam, & dulciorem, & lucidiorem, propterea, quod soli uicinior fuerit, unde leuior, & tenuior effecta sit, propter quod & imputribilis sit, ideoq; ab eo omnibus aquis leuior iudicata sit. Vnde ab aliquibus reprehendi, quare irritent tusses, graues faciant uoces. Propter hoc autem

C autem pluuialis aqua æstiua leuior sit iudicata, quia æstum non faciat. Nam in hyeme ubi crystallus, & niues abundent, grauantes sint. Sed Hippocrates super huiusmodi re differentem in libro de capitis uulneratione audiamus: qui pluuiales asserit leuissimas, tenuissimas, limpidissi. dulcissimasque: quia sol aquæ principium quod leuissimum sit, & tenuissi. in superiora deducat, & præripiat: quod in mari, & sale declaretur. salsum enim quod sit illic remaneat, salque fiat: tenuissimum autem quod sit, a sole præripiatur. Quod quidem & in omnibus agat. non solum enim ex aquis marinis, palustribus, lacustribus, siue cæteris, sed de rebus omnibus in quibus udi quid inest: etiam quod & de hominibus quod tenuissimum, & leuissimum insit humoris deducat. Cæterum pluuialem aquam, quę æstiua sit meliorem esse uult, quam procellosam: quę autem a glacie, & niue defluat omnium pessimam: ideo, quod per aquæ concretionem tenuiores partes omnes exprimantur. Quam quidem sententiam ex Hippo. Epide. lib. 6. desumptam esse in propatulo est, ubi apertissimis enunciat uerbis, Aquarum nulla arte confectarũ, quę quidem ab æthere, aut cum tonitru delabitur tempestiua, bona est: quæ uero procellosa, mala. Aquæ autem nulla arte confectæ dicuntur, quę neque calefactæ, neque refrigeratæ, aut alio quouis præparatę fuerint modo, Harum melior est illa quæ ab æthere descendit, hoc est, pluuialis: quæ etiam conuenienti tempore factæ fuerint, nempe æstate, & sereno exeunte cœlo: nam tunc sol tenuissimas, leuissimasque aquę attrahit partes. Insuper aqua cum tonitru descendens licet melior sit procellosa, non tamen tantę bonitatis, quantæ sit ætherea, siue pluuialis. Quum enim in procellosa nihil nisi crassum relinquatur, attamen in ea quæ cum tonitru fiat, nonnihil tenuior, ob interclusum ignem, rupta nube, nunc in pronum solutam reponatur, illa non immerito tanquam mala damnatur, hęc tamen respectu illius melior esse iudicetur.

Aqua pluuialis leuissima.

Aqua procellosa.

Aquæ nulla arte confectæ.

D

Vtile autem fuerit, limosam, teterrimique odoris aquã, uitiosaque quantitate affectam, elixatione prius corrigere, & sic tandem bibere. Et uinum miscentes, aquæ uitia emendamus: stipanti quidem dulcius, cæteris uero acerbius. Nonnullas porro aquas, uerbi gratia, limosam, salsuginosam, bituminosam, excolare expedit. Valde uero gelidam post alimenta, sed ne tum quidem ubertim ingurgitandam indico.

Si uero

Si uero nonnunquam necessitate urgente, uel limosa, uel putri aqua uti cogamur, quomodo earũ succurrendum sit uitijs praescribitur. Per coctionem autem eas corrigi, ostenditur: quod aqua cocta minus inflet, & citius descendat. Facilis siquidem descensus caussa est, subtilitas aquae, quae ex ipsa decoctione adquisita est. De istiusmodi copiose agit Auicen. lib. 1. fen. 2. doct. 1. cap. 16. Atqui talia Oribasius istiusmodi expedit uerbis. Quae palustres sunt aquae, malum habentes odorem, quae si coquantur, in melius mutantur, & sic eas bibant & cum uino mixtas. Quae stipticae sunt, cum uino dulci: alias autem cum stiptico uino. Nam & colari eas expedit ex paludibus quae sunt aquae, cum alica autem, uel alphita dari. Colatam autem salis frigidam puscam bibant, & non impetu multo trahant. A Aqua cocta.

Inuenerunt nonnulli cibos, ac potus quibus aquarum uitijs occurrunt. Nec desunt qui ciceris decoctum offerũt, uel ipsum met deuorant: alij pedes gallinaceos (quas καυκαλίδας Graeci nominant) cum pisciculo quopiam elixato pariter edunt. Consimiliter & foeniculun. Quidam betam denique & cucurbitã sale conditas una cũ uino diluto absumunt. B

Quidam autem, inquit Oribasius, adinuenerunt comestis, aut potatis malis aquis, ciceris decoctione apozimam ante ut bene bibant, & ipsum cicer comedant. Aliqui autem & caucalidas, ouaque ipsarum cum aliquo pisce cocta, & foeniculo. Aliqui autem & betas, & cucurbitas, ante manducant, cum sale, & uino temperatas. Nostri cõmuniter rustici allio in eiusmodi usum utuntur, hoc omne aquae epotae malum corrigere aestimantes: nam hoc utile esse contra aquarum mutationes Dioscorides testimonium dat. Hoc apud Galen. theriacam esse Rusticorum asseritur.

¶ De Balneis CAP. LI.



Probo sane natationem frigidae, quam ψυχρολουσίαν Graeci nuncupant: atqui temere, & ordine nullo uiuentibus ut nihil conferre, ita ijs modo qui adamussim uitam instituũt, laboribus item & alimentis loco, ac tempore commodissime

C utuntur, multum momenti afferre arbitror. Qui uero copiosiore egerint refrigerio, eos uel induxisse nõnunquam natationi æstatis tempore satis fuerit, iuuenes maxime, & corpulẽtos, frictionibusque pręcalfactos. Sint autem rebus uenereis, neque alia quauis re defessi oportet, neque cruditate interim, neque uomitione, uentrisque fluore, aut uigilijs denique, exhausti. Periculosum quippe simpliciter, egelido lauacro uti. Calidum enim ut optimum, ita & tutissimum fuerit: solatur enim lassitudinem, plenitates dissipat, calorem inducit, placat, mollificat, flatus discutit, etiam si altius radices egerint, somnum accersit, & corpulentiam inducit. Est uero utilissimum cuique, tum uiro, tum mulieri, tum puero, tum seni, magistratibus, atque priuatis.

Balnea naturalia ut thermæ.

Balnea artificialia ut aerea, ignea, aquea, quæ tñ in calida, & frigida digeruntur.

Aqua frigida quibus conueniat.

Germanorum mos improbatus, in tingendis pueris.

Notum est, Balneorum alia esse naturalia, quæ per se, aut sua sponte naturaliter proueniant, & scaturiant, Themasque uocari, de quibus in sequenti tractatur capite. Alia uero artificialia esse: quorum tria sint genera. Aut eñ aerea: ubi in aere calido uersati sudamus. Aut ignea: quando supra lapides ignitos proliciendi sudoris gratia desudemus. Aut aqueum: quo uel frigido, uel calido usurpamus. Valla ex Galeno de salubribus nonnulla inducit de frigida lauatione, quæ hic partim inducere placuit, quod huic maxime conueniãt loco. Frigida nanque lauacra citra mendam aliquam bene existentibus, hoc est, bona corporis habitudine, quod εὐσάρκον Græci uocant, cõmoda esse: quod corpus uniuersum roborent, & cutem densam, duramque efficiant: q̃d sane tutissimum sit aduersus noxas quæ extrorsus ĩmineant, quę Gal. 3. de tuen. ualitu. edocet libro. Proinde optimum corpus quod augescat, minime frigida lauandum esse: ne scilicet eius incrementum imD moretur. Ob quam rem Galenus acerrime in Germanorum mores libro primo de sani. tuen. inuehitur, quod pueros recens natos, ad flumen deferant, ibique ceu candens ferrum in frigidum mergendo humorem, simul de naturæ uigore periculum faciant, simul corpus ipsum roborando. Præterea neque eis conferre frigidum lauacrum, qui quoquo modo uitam degant, sed huiusmodi eis qui examen in uictu adhibeant, & laboribus, & cibis, ut competat, utantur: qui non profusi, neque,

neq; a concoctione alieni, & ne quidem præuenientes, neq; uentre obl̨ęsi, neq; uigilaces, neq; rei uenereę usu defatigati: periculosum namq; sit si quisquam aliter utatur. Eadem & duobus in locis Oribasius inculcauit eiusmodi sermc, quę ab eo autor noster mutuatus est, uerbis, scilicet libro secundo de uirtute sim. & in suo Medicinæ compendio. Cæterum quādo ij qui copiosiore egeant refrigerio, lauacro sint commitendi, & quo anni tempore, & quomodo immergendi, ne ex subitaria mutatione noxam sentiant, tum quomodo tale corpus sit antea præparandum, & alia adhuc necessaria, Galenus libro tertio de sani. tuen. enumerat. Item & libro undecimo Med. metho. capit. 9. Ex quibus omnibus nos scire hoc iuuet: periculosum esse, simpliciter lauacro uti egelido, calido autem nunquam non commoditate frui. Calida lauacra, inquit Oribasius, optima sunt, & sine corporis periculo: quum calefacti mitigentur, & corpus soluant ciborum, & plesmones malaxent, pneumata diffundant, somnum faciant, bene carnes nutriant. Aptissima equidem esse omnibus, & uiris, & mulieribus, & pueris, & senibus, & idiotis. Porro Galenus libro tertio de sanitate tuen. alijsq; in locis de aquæ calidæ usu multa facit uerba, e quibus eiusmodi deligenda sunt. Lauacrorum calidorum quædam esse Dulcia (per dulcem enim aquam Galenus libro undecimo de Med. Meth. intelligit, quæ non bituminosa, aut sulphurea, aut aluminosa, aut atramentosa, aut salsa, ut marina) & temperata, quæ omnipharium calefaciant, & per se humectent, quibus etiam humiditates particularū corporis distrahantur, aut remollescant, aut concoquantur, aut ui roborentur, aut diluantur, ut ostensum est. Quædam uero qualitatis expertia esse, quædam suam obtinere qualitatem quandam, quędam ex nostra institutione uim habere suam, quædam sua sponte uim possidere: de quibus nunc agemus: omnia tamen diuersos, quod ipsa inter se qualitatibus differant, effectus præstantia.

A

Lauacra calida optima.

B

Lauacra dulcia, & temperata.
Aqua dulcis.

Lauacrorum differentię.

¶ De Thermis sua sponte prouenientibus. CAP. LII.



Hermarum naturalium, hoc est, quæ ultro scaturiunt, quædam Nitrosæ, quædam Salsuginosæ, quædam Aluminosæ sunt: item

 sulphureæ

C fulphureæ, aliæ æris, aliæ ferri deniq; naturam æmulantur. Sunt item nonnullæ quæ ex earundem rerum mixtura constant: idcirco in uniuerſum omnes quotquot per ſe ultro thermæ emergunt, uirtute arefaciendi, calefaciendiq; proditæ ſunt, frigidisq; ac humidis naturis in primis cõducunt. Cæterum quæ nitri ſalisq; naturam obtinẽt, capiti, thoraci, deſtillationibusq; affecto, ſtomacho humecto, hydropicis, e morbo item pullulantibus tumoribus, & quibus pituita moleſta eſt, conueniunt.

Thermæ inoſæ

EXPLANATIO.

Thermarum ſua pte natura calidarum opiniones.

Thermarum naturalium, id eſt, ultro ſcaturientium caliditas, ſiue ex uento aliquo in profunditate terræ, eiusq; concauitatibus contento, & calfaciente proueniat, ut quidam uolunt, quæ tamen caliditas etiam aquæ communicetur ipſi, ut ipſa quoq; deinde calida egrediatur: aut, ut alij uolunt, ſuper ſulphuris mineras decurrat aqua D ipſa, quare & calore iſto incitetur, & ex terra emergens caleat, metalli alicuius, ſub ignisq; contagio per quod tranſierit medicamentoſa, & infecta exeat: aut alio quocunq; id contingat modo, de quibus hic fuſius tractare locus non datur, certum eſt, in uniuerſum omnes per ſe, ſponteq; prouenientes Thermas exiccandi, calefaciendiq; uim habere, eoq; ut noſter tradit autor, nomine frigidis, & humidis præcipue prodeſſe, etiam ipſius Oribaſij autoritate. Videat igitur noſtrum uulgus, in quaſcunoq; thermas, prçter omne iudicium, more ſuum luto irruens, neq; hoc, neq; aliud proſpiciens, potius luxui, quam corporis ſanitati indulgens, quum nedum alios huiuſcemodi rei peritos, neq; ſe ipſum rationis participes ſuper huiuſmodi quidpiã conſulet. Non ſine ratione, mehercle, nonnulli medici Thermarum uſum ſacramenti Euchariſtiæ communioni comparabant: quod in utrisq; adipſcendis neceſſariũ in primis eſſet, ut probe ſe examinet homo, an digne, uel præter æquitatem hæc fruendi gratia adeant, ni alter animæ, alter uero corporis ſui interitum ſibi inſumere uelit. Thermarum uſus quo rectius adcommodabitur, eo laudabilior erit: econtra, prophaniſſimus eſt, exitioſusq;. Quare Thermarum naturas ſpeciatim autores diſtinguunt: ut aliæ nitroſæ, aliæ ſalſuginoſæ, aliæ aluminoſæ, aliæ ſulphureæ dicantur, aliæ uero æris aliæ

Thermæ exiccãt, calefaciuntq; omnes.

Thermarum, & Euchariſtiç ſumendarum comparatio.

Thermarum naturæ diuerſæ.

A

aliæ ferri naturam æmulari: proculdubio, aliam, atque aliam ex eiusmodi metallis sibi naturam induentes. Præterea nonnullæ earum ex earundem rerum mixtura constant, ideoque compositam ex istiusmodi obtinebunt naturæ uim. Nam quæ nitri, salisque mixtura constent, capiti & thoraci, & fluxionibus affecto auxiliari, & stomacho quẽ humor infestet, & aqua intercutem laborantibus, tumoribusque ex morbo prouenientibus, & pituitosis, inpræsentiarum per autorem insinuatur. Eiusmodi iuuamenta ex medicamentorum singulorum facultatibus certo sciri possunt. Sal enim calfacit, & exiccat, adstringit, exterit, repurgat, disijcit, reprimit, extenuat: tumores equidem subeuntium cutem aquarum salibus inunguntur. Sic nitrum calidũ est & siccum, uiresque ex alto in summũ euocandi habet. Istiusmodi proprietatibus ex nitrosarũ & salsuginarũ fontibus eueniẽtibus, thermarũ residet, uod in inferiori existit Badema, ubi & Marchio Badensism hoc qiure conferemus: eo quod ex huiuscemodi metallis constare, addito tamen sulphure expertum sit: quamuis sint qui dicant ex sulphure, sale, & alumine confectum esse. Potestates itaque siue facultates illiusmodi lauacri, per metallum sui adiecti naturam facile commonstrantur. Pectoris etenim angustijs ex destillationibus a capite profluentibus, item stomacho humecto, similiter hydropicis atque tumoribus e morbo pullulantibus auxiliari, a quibusdam neotericis certo certius indagatum est. Quæ quidem commoda ex iam dictis, sale scilicet & nitro metallicis, suboriri medicamentis, per eorum naturas modo declaratas euidens fit. Ad hæc, idem lauacrum adpetentiam subuertit, & sitim prouocat, tum uteros ex frigiditate, atque humidate laborantes curat, itidemque fluxui albo prodest, artuumque dolores mitigat: quæ uniuersa sulphuris essentiam eidem inesse arguunt. Hoc enim neruos emollit, calefacit, stomachũ uero effœminat, & subuertit. Dicitur etiam, podagram ex aqua eius utiliter inungi: destillationibusque ex capite procidentibus purgando prodesse: labores reconciliare, et cutem exhaurire: ob quod uetustis ulceribus, & articulorum fluxibus opitulari.

Thermæ nitrosæ.

Salis auxilia.

Nitrum.

Thermæ in Badema Marchionis operationes.

B

Quæ alumine constant, sanguinis excretionibus, uomiturienti stomacho, fœminarum inordinatis locellorum purgationibus, & ijs quæ identidem abortiunt opitulantur.

Aluminosæ.

Sanguinis eductionibus aluminosa conferunt lauacra, & uo-

C mitorio ſuccurrunt ſtomacho, cũ immoderate ab hæmorrhoidibus exhauſtis, mulieribus quoq; inordinatim purgatis, aut ſuper purgatis, & absq; aperta occaſione continue percuſſis. Iuuant quoq; ſupra modum ſudantes, & tarde concoquentes, & in cruribus tumores. Hæc Valla de aluminoſis. Habent equidem alumina omnia calefaciendi, adſtringendi, repurgandiq; uires: compeſcunt etiam exedentia, & ſanguinis profluuia: humẽtes cohibẽt gingiuas, mobilesq; dentes ex melle, aut aceto confirmant, ut Dioſcorides libro quinto capite ſeptuageſimoſeptimo ſcribit.

Alumen.

Sulphureæ.

Quæ uero ſulphuris uim poſſident, neruos emolliunt, calfaciunt, fatigationibus ſubueniunt, ſtomachum non modo effœminant tantum, uerum etiam ſubuertunt.

Sulphureæ quid poſſint Thermæ modo dictum eſt. At ſi ſulphuris multum cum modico coeat alumine, quas & quot commoditates prẹſtet, ex nobilibus illis tam amœnis, quam ſalubribus expiſcatur Thermis apud Heluetiorum Bademiam. Peruulgatum enim eſt, has calefacere, exiccare, tum conſumere, tum recludere, omnem quoq; frigiditatem atq; humiditatem prauam pertrahere: itaq; capitis ex frigiditate, atq; humiditate defectui ſuborto prodeſſe: ut lithargiæ, apoplexiæ: uiſui autem, & auditui obeſſe: ſtomachum calfacere, & exiccare, coctionem confortare, iecoris oppilationes, atque ſplenis aperire, colicæ & iliacẹ ſedare dolores: uteri affectibus ſuccurrere: menſes ciere, fœcunditatẽ importare: dolores articulorum a frigiditate inductos mitigare: cutim a ſcabie repurgare: calidis autem & ſiccis temperaturis obeſſe. Itidem & conſumptis, ut phthiſicis. Mulieres tamen magis, quam uiros iuuare.

Thermẹ in Bademia Heluetiorum.

D

Bituminoſæ

Sed bituminis naturã imitãtes, caput replere, ſenſoriјsq; ſedibus officere ſolent: calfaciẽdi uero emolliendiq; uim obtinent, ſi quis diutius in eis perennat.

Bituminoſa caput complent, ſenſuum membra reddunt deteriora, calefaciunt autem immorando, & mollefaciunt præcipue poſteriora, & ueſicam, & colum, colicosq;. Hæc Valla ſcribit. Marcellus Vergilius allegat Victruuium libro octauo ſuẹ Architecturẹ cum de medicamentoſis agat aquis ſcribentem, Bituminoſas aquas interioris corporis

is corporis uitia potionibus purgando sanare, licetq; uitiorum certum genus ille nõ nominauerit, ex uiribus tamẽ, & potestate bituminis coniiciendum esse. Omne enim bitumen, iuxta Dioscoridẽ libro primo cap. 86. inflammationes arcet, glutinat, discutit, mollit, ad muliebrium locorum in fœminis strangulationes, & procidentias facit: atq; aliæ adhuc multæ de bitumine ab eodem narrantur autore commoditates. A

Bitumen.

At quæ per æris confusionẽ constant, os, tonsillas, columellam, & oculos, miris modis adiuuant.

Aeris naturam imitantes.

In summa, quæ æris qualitatem habent, ori, & uuę, & oculis ualde congruunt.

Quæ postremo ferri naturam retinent, stomacho, lieniq; accommodatæ sunt.

Ferri naturam imitantes.

Quæ ferri qualitatem præ se ferunt, stomacho, & spleni uicissim conueniunt: ob mixtas actiones, teste Valla, mixtam habent qualitatẽ. Ferri portionem cum alumine multo, sale, & nitro thermis illis attribuimus in confinio nostro prope pagum Geberswеiler sitis, ditioni Præsulis Argentinensis subiectis. Totum enim hoc solum, & inprimis Rubeaquum, meum natale solum, cum aliis oppidulis, & pagorum uillis, quondam per Dagabertum libere, regaliq; munificentia, ut fertur, dono datum est: quare & hodie totus ille locus uulgari sermone Mundat, quasi munus datum appelletur. Has thermas ob ferri quam in se habeant naturam, lienosis, quartanariisq; prodesse comperimus: atq; uulnera, & ulcera sordida sanare, ipsasq; cutis sordes. Materiam quoq; congestam, atq; compactam disiicere, ad exitumq; promouere. Quæ quidem ego in mei ipso expertus sum uix dum ex ephebis excedens, tantum per aliquot horas harũ lauacro insidens. Hodie & illæ suas pristinas haberent uires, si ea dignitate, atq; reuerentia ab hodiernis hominibus, ut olim a nostris patribus colerentur, salubritatisq; gratia potius quam illæ Plumbinosę appeterentur. Externa tamen nobis semper plausibiliora sunt paternis: ut uere hoc Plinianum in meos conterraneos iaciam, Mores hominum senuisse, non fructus. Reliquarum uero nullam hic habemus Thermarum mentionem, ut auri, aut orichalci, aut plumbi naturam æmulantes, quales tamen prope uiciniam nostram haud incelebres offendimus. B

Thermæ prope pagum Geberszuueiler.

Apud

C Apud Curienses Thermę sunt, uulgo Pfeffers bad dictę, auro, sulphure, sale, nitro constantes, ideoq; omnibus temperaturis, atq; hominibus proesse dicũtur. Ad hęc capitis dolores placare, memoriam confortare, uisum, & auditum corroborare, cerebriq; obstipationes reserare, atq; neruorum: adeo etiam, ut apoplexiam, epilepsiam, & spasmum, cum faciei tortura soluant. Podagram quoq; dicunt propulsare, & in malam abigere crucem: tum uulnera, hulceraq; sanare: & fracturas ossium restaurare, omnemq; propellere scabiem. Insuper orichalci naturam obtinent thermę Syluestres, quas Vuildtbad nominant, cum sulphure, & alumine: ob quę etiam caput purgant, sensusq; exteriores, etiamq; cerebrum ipsum, atq; stomachum & uiscera. Iecur uero & lienem recludunt. Hydropicis & ictericis multum conducibiles sunt. Lapidem renum, atq; uesicę infringunt. Coctionem adiuuãt, appetentiamq; reuocant: mulieribus tamen minus q̃ maribus proficiunt. Quæ plumbi naturam sapiant, sunt illæ horrendę æstuosæq; in opaco antro thermę, sub montibus Lothoringijs erumpentes, Plumbers bad, a Plumbi prærogatiua uulgariter appellatæ: quod ex plumbi, sulphuris, & aluminis mistione constent: propterea hulcera, & ma-
D liciosa quidem curare, ut cancrum, elephantiasim, & alias fistulas, cutem scabie consperſam emundare, lepram recentem obscurare, siue palliare. Morpheas albas, atq; nigras dispellere. Vulnera pręterea, atque inciſiones minus feliciter curatas, a nouo ut recrudescant facere: postea uero recens sanare. Chiragræ, podagræq; (si Dijs placet) prodesse. Ex huiuscemodi thermarum uirtutibus, iuxta cuiusq; earum secundum metallorum in eis consistentium qualitates, facile & aliarum si quæ hinc inde reperiantur dijudicabimus facultates. Nam de quibusdam in Vuirtenbergiensi Ducatu refertur ad Chalb thermis existentibus ex sulphuris, salis, & aluminis mixtura conflatis. Sic Vuisbadenses ex sulphure, alumine, & exiguo salis nitri portione confiare, pro certo traditur. Quibus ita pręcognitis, præter laborem, quos prę stent effectus indagabitur.

Thermæ Curiensis diocesis. Thermæ Syluestres. Thermæ Plumberosæ. Thermæ Vuirtenbergenses ad Chalb. Thermæ Vuisbadenses.

Oportet autem aquam citra tumultum ingredi, quo scilicet ipsius potentia pedetentim irrepens, promptius in dissolutum & laxatum corpus demergatur.

Quum magna cautio in Thermarum usu sit adhibenda, ne balneantes

antes aliquot afficiantur incommodis: ob quam rem ueteres summa cum religione thermas excoluerunt, quas etiam loco alterius Apollinis uenerabantur, quasi ex ijs multorũ malorum remedia languentibus donarentur. Quare etiam sacerrimæ a quibusdam appellabantur thermæ. Hunc itaq; postremo exhibet canonem notatu profecto dignum, multos adhuc alios sub se cõprehendentẽ. Citra tumultũ enim præcipit in thermas fieri ingressum: ne si uis ingredienti corpori incidens subeat tumultuose, atq; ita ingredientium corpus exhorrescens densescat, nec aquę qualititatem accipiat. Huc pertinerent & alia balneaturis nequaq; prętereunda pręscripta, ut uidelicet ante ingressum thermarũ, corpora a superuacaneis excrementis emũdarent, itinerisq; ad thermas petendas laborem, siue fatigationem perpenderẽt: aerisq; circa lauacra temperaturã obseruarent, diei horam ad thermas subeundas legitimam distinguerent: porro anteaq; ingrediãtur, quomodo aluus, & uesica a saburris suis exonerandæ essent certo scirent: quoue modo balnea ingredienda essent: item quæ pars lauacri primitus, an prope fontem, uel ab eo remotior occupanda sit: q; diu imorandum: quibus cibarijs interea esset uescendum, & adhuc alia innumera quæ a balneatoribus in primis essent pensiculanda: præcipue tñ octo symptomatum quæ balneatoribus plerumq; ingruere solent, curiosissimi esse deberent prouisores. Hęc hic tantũ admonuisse sat sit, quia de eiusmodi exactius differere quum minus liceat.

A — Thermas cum religione ueteres excoluerunt.

Thermæ sacerrime dictæ.

Balneatur quæ scitu sint necessaria.

B



¶ De uictus ratione singulis anni temporibus utili.
CAPVT. LIII.

Ptimum sane fuerit, quęq; anni tempora obseruantes, uictus rationem præscribere.

Bonum est etiã, inquit Oribasius, & per singula obseruare tẽpora cibos in toto anno completo, & reliqua adhuc, quæ omnia autor noster hic in suam sibi pertraxit paginam. Anni partes sunt quatuor, uer, æstas, autumnus, & hyems: quarum quælibet iuxta Hippo. de præparatione hominis, habent unum, & nonaginta dies. Sic Plinius libro secundo naturalis historiæ cap. 19. solem 4. differentias habere ponit, atq; in signiferi locis maiores quattuor anni mutationes collocat. Bis enim ęquata nocte diei differentias habet, uere scilicet & autumno,

Anni partes quattuor.

Anni quattuor mutationes apud Plinium.

C quando in centrum terræ incidit, octauis in partibus (nos in primis dicimus) hoc est, gradibus arietis, & libræ: bis permutatis spacijs, hoc est, dierum, & noctium: in auctum dici, bruma octaua parte capricorni, hoc est, breuissimo tunc die hyemali: noctis uero scilicet in auctum diei, solsticio in totidem partibus cancri. Hanc anni partitionē Hipp. de uictus ratione lib. 3. ita distinguit. Pleriq; añum in quattuor partes, quas multi nouerunt diuidunt, hyemem, uer, æstatem, autumnum. Hyemem quidem de uergiliarum occasu (de ijs autem in fine libri habebimus) usq; ad uernum æquinoctium. Ver autem ab æquinoctio ad uergiliarum exortum: Aestatem ab uergiliarum ad arcturi exortum: Autumnum, ab arcturi ad uergiliarum occasum. Nos autem communiter anni ita distinguimus partes, ut quælibet illarum tria ex duodecim sibi usurpet signis. Ver itaq; Arietem, Taurū, Geminum: Aestatem, Cancrum, Leonem, & Virginem: Autumnum uero Li-

Bruma quando, & quid sit.

Anni partitio apud Hippocratem.

D bram, Scorpionem, Sagittarium: Hyemem autem Capricornum, Aquarium, Piscem exposcere. Hic tamen attendendum est, Medicos non tam arcte iuxta solis mutationem temporum uarietates emetiri, quum temporum appellationes minime sint caussæ morborum, sed temperaturæ, quę si conuarient, etiam morbos necesse est conuariari. Quum autem per Hippo. in Aph. primo libri tertij, atq; alijs in locis toties repetatur, mutationes temporum potissimum parere morbos, & in quibusdam temporibus magnas fieri mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo: ad hæc, naturarum has quidem ad æstatem, has uero ad hyemem, bene male ue se habere, ut Aph. 2. libri prædicti proditur: atq; ætates præterea, nutricatus, morborum status, per temporum mutationes melius peiusue se habere, ut idem Hippocrates libro de humoribus testatur: non absurdum ita quæ erit, ut & anni temporibus uictus rationem, cibaria, poculaque conuenientia depingamus.

Anni partitio apud medicos.

Hyems.

Per hyemem quidem ualentius exercitari, & plenioribus alimentis uti oportet: præcipue quando aeris tempestati boreas imperat. Vbi uero austrina tempestas fuerit, pari quidem exercitationi, sed cibo, potationiq; frugaliori indulgendum. Et in uniuersum, ut madido tempore siccius omnino reddere corpus, ita & per frigidum tempus calidius, uesci

uero

uero tum carnibus, oleribusque calidis, atque uinum bibere meracius, expedit. A

E X P L A N A T I O.

In hyeme autem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo utēdum esse, præcipue si tempestas aquilonia sit, etiam Hippo. Aph. 15. libro. 1. pręcipit, cuius etiam Aph. 15. libro primo mentionem facit: quod uentres hyeme, & uere natura calidissimi sint, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sint exhibenda. Etenim tunc calor naturalis plurimus sit, unde pluribus egeat alimentis, indicio sint ętates, & athletę. Proinde saluberrimum esse omnium uentorum aquilonem Plinius indicat: Austrū uero noxium, & magis fortassis quia humidus frigidior est minus, esurire eo spirante credantur animantes. Ergo si Australis tempestas sit, similiter exercitari oporteat, sed cibo, potioniq; aliquid demendum: ob caussam forsan ex Plinio modo dictam: tum quod austri pigri, & dissoluentes ab Hippocrate dicantur esse. De istiusmodi hyberni temporis uictus ratione, tum etiam aliorumquoq; anni partium, uberius per Hippoc. de uictus ratione libro tertio determinat. Per hyemem inquit, sic confert uictitare, uti & frigido tempori, & compacto gelu occurratur: atq; alia adhuc multa connumerat, quæ hic ob materiæ prolixitatē sunt prætereunda. De Ventorum generibus Plinium habemus libro secundo capite quadragesimo nono, Aristotelem uero libro tertio Meteororum. In uniuersum huius meminisse nos hic uult, ut per tempus humidum, omnino aridum reddatur corpus: per frigidum uero calidius. tum enim carnes esse, oleraq; calidiora, atq; uinum bibere meracius iuuare.

Hyemis, dieta.

Aquilo uentorum saluberrimus.

Auster piger esse.

B

Ventorum genera.

Primo autem uere aduentante, hic quidē uomitionibus, alius alui deiectionibus euacuetur, alius secta uena sanguinem detrahat, pro recepta cuiusque tum consuetudine, tum animi quoque prompta uoluntate.

Vere.

Aduentante Vere, alij incitentur per uomitum, alij per uenrrem ut uacuentur: aut secta uena sanguinem mittant, proutqūe fuerit uel consuetudo, uel animi promptitudo. Hippocratis hæc sunt uerba, qui toties admonuit: ut quibus medicamentum epotum, uel uenæ sectio conferat, ijs & uere secare uenam, uel purgare medi-

C camento opus esse: ut Gal. super Aph. 54. lib. 7. adnotauit, in quo Hippo. ostendit, quibus a uenis sanguinẽ mittere conueniat, ĳs uerẽ uenam oporteat secare. Atq; in Apho. 4. lib. 4. Medicari ætate superiores magis, hyeme uero inferiores: item in. 6. eiusdem libri Aphorismo, graciles, & facile uomentes purgare superius, cauẽtes hyemem: uomentes uero difficulter, in sequenti declarat Aph. & mediocriter carnosos bene per inferiora, cauentes æstatem. Porro uernũ tẽpus licet saluberrimum, & minime alias iudicetur mortiferum esse, attamen hoc ipso tempore natura ipsa profundum corporis expurgare a uitiosis humoribus molitur: quapropter ipsa iuuanda erit, promouendaq; qua sua sponte repere uelit.

Aestas. Aestatis uero tẽpore tranquillitas expedit, laborũ itẽ, alimentorumq; diminutio, quæ quidem ex frigidiore genere sunto: potatione quoq; uberiore uti, atq; omnia tandem quę refrigerium humiditatemq; conciliant, adhibere conuenit.

D Hoc idem admonet Hippo. in lib. de uictus ratione eiusmodi uerborum serie. Per æstatem quidem mollem pultem, mazamue, pulmentaq;, & obsonia elixa comedito, multumq;, & dilutius potato, quo corpus frigidum, & molle fit. Tempus enim hoc calidum, & siccum est, corporaq; æstuosa, & sicca reddit: quare hac cura succurrito: & quemadmodum de hyeme ad uer, sic de hoc in æstate, cibum minuendo, potumq; augẽdo deducito. E diuerso in hyeme agendum ut modo perstrinximus: quia meracius, & minus potandum, plusq; comedendum: nam sic magis ualebunt homines, et minus algebunt, siue rigebũt: quod hoc anni tempus admodũ frigidũ & humidũ sit.

Autumnus. In Autumno exactiorem obseruationem, ac tutelam circa uictus rationem res postulat: quoniam omnino inęqualis ac inordinatus est, & morborum omne genus facillime parit. Summo etiã studio intendendũ est, ne quid delinquatur circa refrigerationes. A uenere etiam potuq; egelido cauendum. Matutinũ porro frigus, meridianumq; æstũ iuxta manibus, pedibusq; declinare, atq; effugere etiam studebimus.

Per Autumnũ maiori cautela opus esse admonemur: quippe qui usquequaq; & inæqualis, & inordinatus sit, multiformesq; inducat morbos. In autumno enim morbos acutissimos, atq; exitiales maxima ex

ma ex parte esse, Hippo. aph.9.lib.3. tradidit: atq; hoc autumno inprimis inesse. Galenus interpres eius scribit, quod eadem die aliquando calorem, aliquando frigus contineat. Deinde æstiuum subsequi tempus, in quo multis quidem humores assentur, quibusdam uero & uires debilitentur. Atq; non tantũ hac ratione autumnum esse malum, sed etiam quia parum quidem humores mouebãtur ad cutem, atq; difflabant: autumno uero ab aëris ambientis frigiditate trudantur, atq; ad interiora impellant. Hæc autem omnibus esse communia hominibus: ijs uero qui malo uictu utantur, ex superabundantia fructus accedunt, quibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generant. Itaq; ne circa refrigerationem quid peccetur cauendum: & frigida potione abstinendum, ne obstipationes incurramus, e quibus deinde febres subpullulent. Itemq; a uenere quoq; abstinendũ: quod corpus exiccet, multũq; debilitet. Neq; aëri nos credamus sub frigore matutino, neq; ardori meridiano: certum em̃ est, tẽpe raturis ipsis cõuariatis, necessum q̃q; esse & morbos ipsos inuariari. A

Pomorum quoq; repletio uitanda est: molestiam quippe nõ saturitate modo, sed quod κακοχυμίαν, hoc est, uitiosum succum atq; flatus quoq; infert. Optimi nanq; omnium fructuum ficus, ac uuæ flatus excitant. Atq; nisi ante alias escas accipiantur, alimenta corrumpunt. Præ alijs uero ferculis assumpti, neq; inflant, neq; corrumpunt. Vbi frigidior iam redditur aër, pro algoris ratione corpus calefaciendum est, omniaq; perinde obrepente, atq; progressa hyeme peragenda. Operæ quoq; precium fuerit, post æquinoctium, aut æquidiale (quam ἰσημερίαν Græci uocant) euacuatione quapiam prædictarum rerum corpus inanire: ne quid superuacaneum per hyemem retentum, noxam inferat. B

Omnes fructus flatuosi.

Pomis præterea impleri noxium esse non tantum ob satietatem, uerũ q̃d uitiosi inde nascant̃ humores, atq; quod flatus excitẽt. Gal. in lib.7. de simpli. medi. facul. ostendit plurimam pomis omnibus recremẽtitiam, frigidamq; inesse humiditatem. Quod uel hinc liqueat, quia eorum omnium nullus duret fructus, neq; uetustatem ferre possit: sed acescant, corrumpanturq; uniuersi. Insuper omnium fructuũ optimi ficus, uuasq; & flatum parere, ut in.2. de Alim. facul. Galeno

Pomis impleri noxium est.

C indicatur libro, nisi ante alios assumant cibos: præassumpti enim neq; inflent, neq; corrumpant. Quod quidem eodem in loco Gal. eiusmodi declarat uerbis. Omnia cibaria prauum succũ cum humiditate, & lubricitate obtinẽtia, ex facili descendere, eoq; prima mensa sumenda esse. Sic em̃ ipsa celeriter pertranseãt, & alijs cõmode præeant, ac quasi uiam muniant. Postremo autem sumpta, una secum alia in corruptionem trahant. Legimus præterea de Gal. quod patrem suum audierit de se profitentem, quod in uita sua nunq; de fructibus aliquid esitarit, atq; ob id uitam incolumem egisse. Quo autem mortuo, de se ipso loquitur, eiusmodi fructus comedisse, atq; ægritudines ita in multas, tũ chronicas incidisse. Sed posteaquã se ab istiusmodi abstinuerit, actutum se ab illis malis ereptum fuisse. Proinde nec ab re esse hic ostenditur, reuoluto æquinoctio, aut æquidiali, corpus uacuandũ esse ex aliquo quæ partim dicta sunt: ne ob frigiditatem hyemis humores redundantes constringantur, sint itaq; futuræ prauarum & ægritudinũ caussæ. Sub Aequatore circulo, quem uoce alia æquinoctialem uocamus, partes omnes æquo spacio ab utroq; distant polo: ut sub eo in quocunq; cæli flexu sol fuerit, super æquinoctium sit, & quia sole meante sub illo, dies, noctesq; in omnibus terræ oris pares sunt; quod Vergilius pulchré hoc carmine describit.

Crudum non comedit Galeni pater.

Aequinoctiũ.

D Libra die somniq; pares ubi fecerat horas,
Et medium luci, atq; umbris iam diuidit orbem.
Exercete uiri tauros.

¶ Victus ratio in negocio degentibus seruanda. CAP. LIIII.



Visquis in negocio degit, aut sese superiore uita exercitare solitus fuit, aut etiam dũ exercitationibus uacat, diligenter animaduertat, facile ne illiusmodi consuetudinem sustineat: ita quidem, ut neq; alijs identidem morbis, neq; anhelitus difficultate infestetur. Huiusmodi quippe corporis naturam, haud quaquã in aliam consuetudinẽ alterare congruit, Neq; in totũ eius, qui non nisi ex longis quandoq; interuallis aduersa ualetudine prematur.

Hunc

HVnc locum Valla ita exponit. Negociosam uitam agentem cõsyderare oportet, an in prior uita exerceri cõsueuerit, an sine exercitio lauari. Nã sunt, qui hanc consuetudinẽ mediocriter ferant: talẽ certe corporis naturam nõ debemus prorsus in aliã traducere naturã. A

Sed si perpetim quispiã ualetudinarius uideatur, idq; fertur plenitati acceptum, per uniuersam tum uictus rationẽ, quantumuis salutarem, hũc scopum tibi præfigas, ut is uidelicet deinceps iugiter quandam humorum symmetriã possideat: sin humorum uitijs, ut ei quam saluberrimi contingant succi, remis uelisq; contendendũ est. Quodcunq; igitur corpus plethora quasi saburratum conspicitur, eos prius lotos, mox frictionibus uti, parumq; agitari oporteat. Quicunq; autem hęc facere anticipauerint, his nostro quidem consilio, hæc eadem augere, tenuiusq; ali profuerit.

Quod si ob plenitudinem morborum ægrotare uideatur, idem exponit Valla, in uniuersum sit consyderatio, ut uictus sanus ipsius custodiat, quo semp temperatos habeat humores. At si ob uitiũ humorum ægrotare consueuerit, agendi sint humores optimi multitudine: igitur aliqui aggregent, cum efflantia corpore assumptis minora fuerint. In his itaq; custodienda moderantia mansorum, & potorum cum eis quæ hausta sint, nec difficile esse consyderata utriusq; quantitate tum exhibitorum, tum exhaustorum. Namqui in priore uita contrario modo priusquam exercerentur in balneum ingrediebantur, in his mediocriter uersari conuenit, & paucum moueri: quicunq; uero exercitabãtur ante balneum, nunc paulatim ex consuetudine augeri iubentur: subtrahendaq; sunt alimenta aliqua, & quantitate, & qualitate pręferenda sunt: mediocria qualitate. ut carnes porci, multitudinem enim boni succi celerrime congregant, ad olera igitur adducendi, & pisces itidem, auesq; quæ nõ sunt multi nutrimenti. Hæc Valla. Hic iterum liquet, repletionem esse duplicem. Vnam ad uasa. Alteram ad uirtutem spectãtem, ut in cap. 32. perstrinximus: quæ quidem duæ repletiones ita nobis innotescunt, ut illa quæ in quantitate uocetur perspicua reddatur, quũ sanguis, aut alius humor immodice augeatur: in qualitate uero, ut si uel calidus, & frigidus, uel crassus, uel tenuis plus iusto humor efficiatur.

Vallæ duplex.

B

Repletio duplex.

Opus

C Opus itaq; erit in eiusmodi repletione quæ ad uasa dicitur in corpore orta, inanire, siue euacuare corpus, Hippo. hoc admonēte .2. Aph. 22. Quoscunq; morbos ex repletione factos, euacuationem curare; & e diuerso, ex euacuatione repletionem, & aliorū cōtrarietates. Modi autem euacuationis, siue inanitionis sunt innumeri, ut uenæ sectio, pharmacum, seu purgans medicamentum, uomitus, tibiarum scarificatio, ac cucurbitula, balneū, sudor, exercitium, frictio, inędia, somnus post inædiam, urinæ mictio, sputum, fluxus sanguinis narium, menstruorum, hæmorrhoidarum, coitus, & adhuc insensiles quædam euaporationes, quæ ultro nobis nihil enitentibus, sed naturæ ipsius instinctu contingunt. Itaq; si quis ægrotet ob plenitudinem, humorū quantitas moderetur: si uero humores uitiosi extiterint, studendum ut ÿ q; optimi fiant. Quodcunq; igitur inquit, corpus plethora qui saburratum conspiciatur, eos quidem balneum ingressos, & frictionibus uti, & paululū moueri instigentur. At qui prius ea fecerint, ÿs hæc eadem paulum augere, atq; cibum exiguum, eundemq; imbecillæ materiæ ingerere consulatur.

Euacuationis modi innumeri.

D Cæterum qui uitiosos humores cumularunt, neutiquam uno sanationis scopo curantur: eo quod multiformes sint uitiosorum humorum species. Quidam enim frigidiorem, pituitosioremq;, quidam calidiorem, felleumq; magis, nonnulli atrę bilis deniq; maiorem aceruum congerunt. Abstinendumque cum a cibis, tum potibus, qui aceruatum humorem insita indole, atq; natura gignere possunt. Quibusuis porro ex illis commune fuerit auxilium, uentris deiectio.

Medendi non unus scopus.

Congregantium uero malum succum (idem Valla prosequitur) non una est intentio: quod ne quidem mali succi una sit species. Sunt enim qui frigidiorem & magis pituitosam aggregant improbam substantiam, quam uocant Græci cacochymiam: aliÿ autem calidiorem, magisq; biliosam, uelut aliÿ magis melancholicam: fugiendaq; igitur esculenta, poculentaq; quæcunq; prona sint ad gignendum congregatum in ipsis succum. Omnibus autem ÿs cuiusue auxilium esse, mediocrem uentris subductionem, prępertim quibus uenter natura durior. Commune pręterea esse, ueneris mediocris usus. De eiusmodi omnibus talem mentionem facit Oribasius. Qui frequenter ægrotare consueuerunt

Vallæ uerba.

Oribasiÿ uerba.

consueuerunt, ne fiant prohibendæ sunt ægritudines hæ, quæ ex cor- A
porali accedunt plenitudine, & ex malis congregantur humoribus. Quæ enim plenitudines uelociter congregantur, auferri conuenit ciborum qualitate: & hijs qui multum presumunt, modicus ministrandus est cibus: & quib. creuisse cognoscitur humor, seu cholericus, seu phlegmaticus, aut melancholicus augmentatus est, ꝓhibendi sunt cibi, qui tales humores generant. In hijs autem omnibus uenter facilior est reddendus.



¶ Victus iter facientibus obseruandus.

CAP. LV.

Itineris incommoditatibus, atq; iniurijs etiam, minus multo uexabitur obesus, maxime quum lentius iter festinat. Perq; æstatem præterea mollis quædam fascia (τενιὰ uocant Græci) sex, aut septem digitorum latitudine, neque minus quam quinque cubitorum proceritate, sinuoso quasi uolumine lumbos ad ilia B
usque implicet, atque inuoluat. Pedum quoque subsidio uiatoribus plusculũ fuerit, ubi enim per decliue descendendum est, corpus inualidum, ac ægre sese iam continens, conti, ac staminis cuiuspiam uice fulcit, & sustinet. In accliue uero scandentes, faciliorem corporis motum eius præsidio perfici, liquido constat.

Scipio quid opis ferat iter facientibus.

De uictu iter facientium, atq; nonnullis alijs in uiatico obseruandis, regulæ hic aliquot statuuntur: inter quas prima, obesum labores itineris facile toleraturum concedit, si leniter incedat. Secũda uero, si per æstatem profectus sit, fascia certæ latitudinis, longitudinisq; lumbos ad ilia usq; inuoluat: ac baculo innitatur, qui non parum præsidij uiatoribus afferat.

Quocirca ab itinere dum iam cessatur, & inungere, & exiguum quiddam alimenti æstiui promere, potionemque moderatam hoc tempore propinare, proficuum sit.

Ab itinere quiescenti tria hæc potissi. conueniunt. Vnctio scilicet, & Cibus aliquis æstiuus, & Potio moderata. Vngantur enim oleis,

C siue unguentis frigidis: ut oleis uiolarum, rosarum, nenuphario, unguēto Populeon dicto, siue alijs pectora, siue dorsi spina, ad alleuiandum ex æstu concitatum calorem. Cibi uero æstiui sumantur, qui uidelicet infrigident, humectentq;. Et potio moderata ingeratur, præcipue aquæ: ne per eam flatus, uentrisq; dilatatio quędam suscitetur.

A prandio quoque priusquam denuo iter quis arripiat, ad tempus quiescendum est. Quod si quem nolentem uolentem res ipsa proficisci impulerit, eumque sitis aliqua premat, tenuem polentam in aqua cum sale exiguo utiliter bibat.

Post prandium ante arreptum iter quiescendum, ut fastidium, quod ex motu alias incitaretur ex somno, aboleatur. Quod si autem migrare cogatur quis, sitiatque, tenuem polentam ex aqua cum pauco sale bibat. Polentam in ęstate ante balneum cum aqua pota, siti subuenire, Paulus noster in cap. 78. autor est. Quam latini polentam, Græci Alphiton, Arabes Sauic uocant. Manardus lib. 8. epist. 3. autoritate Galeni indicat, Polentā ex uiridi adhuc hordeo fieri. Hoc ex ipso Galeno de Polēta colligimus lib. 1. de Alim. facul. Sed ptisanam ex sicco, integro, plene cocto: Omelysin ex eodem sicco, mola in puluerem, hoc est, farinam redacta. Polentam Germani uocant Gerstenmūsz.

Polenta.

D

Ptisana.
Omelysis.

Aestus porro, solisq; ardores cauendi sunt, neq; corpus etiam nudū insolare, imo ne itinere exiccatū induresca, studiosius cooperire atq; uelare cōuenit. Hoc quippe pacto, et labor minus afficiet, et nullus eorū affectuum hominem corripiet.

Ardoris uero & solis incendiū uitent: ex quibus nonnulli affectus oriunt: ut capitis dolores uehemētes, febres, alięq; ægritudines. Igitur corpus soli nudū non exponatur: ne ab itinere arefactū induretur: ita enim neq; fatigabitur, neq; ulla dictarū adfectionū ipsum infestabit.

Hyeme quidem frigida, ante arreptum iter, euacuatum, & unctum, ciborum hyemalium partem bene magnam, potionis paululum sumere, fasciaque proceriore non lumbos modo, uerum spinam quoque ac pectus, probe ac scite inuoluere expedit. Vbi uero trāquillitati quis se dederit, sub eiusmodi refectione: frigus fuerit intensum, neque ungi tum, cibumue ac potum, neque recreationem quamuis aliam cape-

re præstat,

re præstat, si quis eo loco permanere uoluerit. Ad hoc, post diuturnã profectionem, cæterosq; labores ualidiores, etiam si quis nihil defatigetur, restitui tamen atque mederi fatigatorum more non dubitet: quo scilicet minore deinceps molestia infestetur. A

Lassitudo præuenienda.

Per frigidam uero hyemem iter arripere uolens, prius uacuetur, & ungatur. nam si quis plethoricus uacuationem ante itineris accinctum neglexerit, ne de febribus, apostematibus, & aliis membrorum exteriorum affectionibus corripiatur cauendum est: præcipue, quum illi humores sint corrupti, crassi, & assati, membris tum interioribus robustis de lepra nonnihil timendum sit uentura. Vacuato itaq; prius corpore, agilius postmodum corpus tunc redditur, & ab eiusmodi affectibus immune, atq; securum. Alimentorum præterea quæ hyeme sumenda, pręceptũ est, aliquod sumat, hoc est, quod in actu, & in sua uirtute calidum sit. Potio sit exigua, sed uini fortis: quæ copiosior in tempore frigidiori admittitur. Si uero quispiam quiescat, & sub huiusmodi recreatione frigus uehemens fuerit, tum neq; unctione, neq; cibo, potioneq;, præsertim quũ illic mansurus sit, opus erit. Sed eius longa itinera, siue alios uehementiores labores, curari exemplo fatigatorum, de quibus in superioribus diximus capitibus, debet: quanq; fatigatus aliquis non sit, ut scilicet futuras iniurias facilius deuitet. B

¶ Nauigantibus quæ uictus ratio conueniat. CAP. LVI.



Vomitionibus quę nauigãtibus usu frequenter ueniunt, initio quidem ut ægre, ita inutiliter quoq; resistimus. Si quidẽ plurimum opis plerunq; ferre consueuerunt. Oportet autẽ a uomitionibus neq; multũ, neq; sine discrimine quiduis almenti offerre, sed lenticula cruda, siue cocta, cũ exiguo pulegii adiecto, uesci. Panis autẽ nauticus uino diluto, atq; perodoro bene maceratus esto: potatione porro modica, nempe uini aquosi, uel aceti mulsi utantur. Cæterum lentes tantisper sunt elixandæ quoad omnino molliores reddãtur: mox deinde in farinam terendæ, arefaciendę, tum deniq; in

C uas aliquod testaceum in eum usum reponendæ.

Vomitionē quidē in nauigātibus in principio neq; facile, neq; utiliter arcemus: quādo magna ex parte iuuare soleat. Nā uertigo, ut Auicē. etiā testat, uiatoribus in salo plærunq; accidit, atq; nausea cum uomitu primis in diebus concitantur, quæ postea resideant, & quiescant. Quare talis uomitio nequaquam est restringenda, nisi modum excesserit iustum. At post uomitum, exiguum, eundemq; boni alimenti offerre cibum oportet, atq; lente, aut arida, aut elixa, cui paululum

Lentes. adijciatur pulegij utendū est. Lentes ualenter astringere, atq; medium caliditatis, & frigiditatis tenere, in ordine secundo desiccare, ipsumque earum corpus desiccare, & uentrem sistere: cæterum decoctum prouocare: proinde priorem aquam abijciendam esse ubi retentionis caussa adhibeatur, Gal. lib. 8. de Simpli. tradidit. At in lib. 1. de Alim.

Lentis ferculū. facul. scribit, quod ex bis decocta lente ferculum apparetur contrariam succo uim obtinens: nanq; uentris quę obueniant fluxiones desiccet, os uentriculi, intestina, & totum deniq; corroboret uentrem: Præterea pulegium huic adijci, ut iucundius, & paratius concoctioni efficiatur, ex eodem depromitur loco: cui etiam suffragatur. Dioscori. sententia lib. 3. cap. 31. ubi pulegium concoctiones adiuuare recitat, & nauseas, tum uero erosiones stomachi, potum cum posca leD nire. Idem in lib. 2. cap. 98. docet, contra stomachi subuersionem triginta lentis grana suis corticibus denudata utiliter deuorari. Quam ob rem lentium usus non ab re hic commendatur: quas etiam coquere docet donec mollescant, tum terere, atq; siccare, deinde in uas fictile usui prædicto reponere. Operæ precium enim hic est præ omnibus eniti, ut os uentriculi cum acetosis corroberetur, atq; diluto uino, attamen odorato confortetur: quod uapores scilicet ascendere non per-

Panis nauticus. Vomitionem cohibentia. mittat: & ille panis nauticus esse debet. Panis enim tostus uino redolenti infusus, aut aquæ uino commistę, siue simpliciter purę, & comestus, mirum in modum uomitionem cohibebunt.

Quum uero pluscul\u016bm temporis crebræ uomitiones perseuerauerint, alimentis uehementer repressis utendum, exiguoq; potu, puta aceto mulso, in quo thymus sit maceratus, siue pulegium. Aqua item cum polline mixta, peraccōmoda putatur. Quin uino quoq; odorato aqueo, quod polē-

tæ florem

tæ florem adiectum habeat, uti utiliter possunt. A

Diuturniore autem frequentiorique facto uomitu, cibi uehementer repressiui, hoc est, cohibentes, & stiptici adhibendi sunt: quales sunt mala, mala cydonia, punica, maciana, pyra, et id genus alia: de quibus uide Celsum lib. 3. cap. 22. quæ omnia citra acorem adstringant. Potio sit exigua: ut acetum mulsum, in qua maceratus sit thymus, uel pulegium: forte quod ratione aceti reprimat, & pulegium, ut dictum est, nauseas sedet: siue quod oxymel pituitam dissecet, detergeatque conti- nue sorptum, ut Valla ex Ruffo citat: uomitum prorítet item & thymus cum mellicrato plurimo potus. Vomitus enim interdum uomitum sedat, autoritate Auic. lib. 3. fen. 13. Tract. 5. cap. 12. Ad hæc, Thymus incidit, & calefacit, iuxta Gal. li. 6. de simp. uiscera potius expurgat educendis ex thorace & pulmone confert. Aquã preterea cũ polline mixtã percommodã hic esse putat, & uino quoque odorato aquæ, quod polentæ florẽ adiectum habeat uti, utiliter posse. Quẽ locũ Copus ita uertit: aquam quoque cum farinæ flore. Item uinum odoratum dilutum cum polline. Pollinem autem tenuissimum esse puluerẽ, Marcellus lib. 2. capite de Tritico interpretatur & magis quam farina sit, qualẽ plerunque circa molas, & loca in quibus pinsatur, parietibus inhærentem inueniamus, ex quo firmissimus aliorum panis fiat. Similaginem uero, siue Simulam, quam Plinius, tum alij promiscue ponant, hoc fieri modo. Triticum enim suspensa mola frangatur potius quam teratur: deinde tenuissimus ille pollen & crassiores excernentur furfures, & quæ in media relinquatur substantia candida, non in farinam trita, sed crassior, & ceu grumosa, cui etiam nihil ex tritico inutile admisceatur, ea a Græcis σεμίδαλις, a nostris similago, siue simila dicta: ex qua deinde candidissimus & regius fiat panis. Similaginem itaque Plin. li. 18. cap. 10. ex tritico laudatissimã fieri dicit: & ita in tritico adpellari, quod florem in siligine. Quibus omnibus, & iam recensitis Dioscorides alludit: quum scribat, ex similagine, & polline gluten, quod fiat glutinandis librorum chartis aptum, sanguinem excreantibus prodesse, cochlearis mensura liquidum, tepensque in sorbitione datum.

Oxymel.

Thymus.

Pollen. meyssen staub.

B

Similago. Simila. Similaginis confectio.

Flos farinæ.

Aduersus porro nauigiorum graueolentias, teterrimosque odores, mala cydonia, aut thymum, aut pulegium odorari debent. Et quam minimum quidem fieri potest, sa-

Quæ grauem nauium odorẽ arceant.

C lum intueri oportet, donec aſſueuerit quis nauigijs tandē im-
æmorari. Danda poſtremo eſt opera, ut aquæ quę miſcētur,
limpidæ, ac mundæ ſint, neq; grauem aut fœdum odorem,
neq; ſalſedinem præferant.

Grauem enim nauium odorem quæ commodius coercebunt, niſi oderifera, ut ſunt mala cydonia, thymus, pulegium, atq; ſtomachum corroborantia, nauſeamq; ſedantia? Aſpectus præterea maris attemperetur, tamdiu totum corpus uerſari in mari conſueuerit. Et quo aquæ limpidiores, mundioresque fuerit, neque turbidæ, neque graue olentes, neque ſalſæ, eo naturæ magis amicæ, gratioresq; erunt.

¶Quomodo purgandi, & extenuandi obeſi. CAP. LVII.



Vm ſupra iuſtum adeo modum craſſum eſt corpus, ac obeſum, eliquandum ſane & expurgandum cenſeo. Calidiore autem temperamento, corpus ipſum macilentius, graciliusque (ceu demonſtratum eſt) redditur. Hoc igitur obeſis, quo ad mediocritatem reducantur, inducemus.

D Accidere corporibus ſuperflua carnis incrementa, quæ Græci ob nimietatem polyſarcian uocent, Cælius Aurelianus lib. 5. chronion prodidit: atque hoc paſſionis genus contrarium eſſe nutrimento ceſſante: ſiquidem ceſſans nutrimentum tabida faciat corpora. Sed idē ulrra naturæ modum uehementius illatum plurimum faciat carnem ganerari, ex qua corpora grauata premantur. Conſtat enim, aquæ gracilitatem externis iniurijs, iuxta Gal. lib. 2. de ſanita. tuen. ac craſſitudinem, ijs quæ interne ab ipſo corpore proueniant, eſſe obnoxiam. Quum enim natura, ut idem Galenus in Aphor. lib. 1. Aph. 3. interpretetur, ſemper coctionem, alimenti deſtributionem, ſanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atq; aſſimilationem operet: quando autē nihil adijci ſolidis corporis partibus poſſit, neq; uenæ amplius habeant conceptaculum in quod alimentum diſtributum recipiatur, tunc periculum imminere aut diruptionis, aut mortis repentinæ. Quo autem corpus rurſus habeat locum quo nutriatur, bonum habitum oportet ſine mora ſoluere. Eius autem ſolutionem

Polyſarcia.

Gracilitas, & craſſitudo corporis æque iniurijs quibuſdam ab noxiæ.

tionem esse euacuationẽ ut liqueat. Hanc sententiã uinco illo Apho. 3. li. 1. Hip. complexus est, ubi inquit, Habitus exercitatorũ qui ad summũ bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo cõstiterint. Neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere: cũ uero non quiescant, neq; possunt in melius proficere. Reliquum est igitur, ut decidant in deterius. His de caussis, bonum habitum statim soluere expedit, ut corpus rursus nutriri incipiat. Si ergo obesum minus sit corpus, eliquare, purgareq; ipsum oportere hic demonstratur. Quum autem calida temperatura extenuandi uim habeat (hanc enim nonnulli pro totius corporis in sicci, frigidiq; excessu intemperiem oriri, Gal. lib. 6. de tuen. sanitate ostendit) eam crassis corporibus, ut ad mediocritatẽ redeant, inducemus. Obesitatem corporis si nulla nobis grauedinem inferat, non admodum abhorrendam esse, uult Auicen. lib. 4. fen. 7. Tract. cap. 1. quum uita in humiditate existat: attamen plerunq; ubi plus iusto excedat, nonnihil periculi in se habere, ut ex uerbis iã Gal. recitatis comparuit. Quæ impinguent, siue extenuent in cibis, si uoles, Oribasium legito lib. 3. de ciborum confectione. Item de corpulẽtia augenda, siue minuenda Plinium lib. 11. cap. 54. A

Obesitas corporis non semper culpanda.


Neq; te fugere (intellexisti enim) potest, quod exercitia ualida, nutrcatus extenuãs, medicamãta itẽ quæ extenuandi uirtutẽ habẽt, animiq; sollicitudines, corporis tẽperamentũ multo siccius, atq; ob id quidẽ corpus quoq; gracilius reddunt. Tenuis itaq; uictus ratio, uel cæco etiã perspicua est. B

Didicimus uero ex superioribus, quod uehementes exercitationes uniuersam corporis temperaturã aridiorem, atq; ob eam rẽ corpus ipsum tenuius efficiant: quarum genera plurima hic amplectenda Cælius loco prædicto recenset. Vniuersæ enim semel exercitationi commune id esse, quod ex seipsa animantibus caloris augmentum excitet, faciatque, ut in capite decimo septimo declaratum est. Huc pertinet & uictus tenuis, quo natura nõ cogitur ad tot concoctiones distrahere, ut ex in plurimum alimenti suppeditetur. Similiter & medicamenta extenuantia: quæ inferius recitabuntur. Itidem, & animi sollicitudines proculdubio attenuãtes, exiccantesque corpus. Spiritus siquidem tristis desiccat ossa: omnesque animi affectiones immodicæ, teste Galeno, alterant, atq; a naturali statu corpus auertunt.

Exercitationi omne commune quid sit.

Animi affectiones alterant.

Victus



C Victus autem tenuis notus est, quem Galenus Apho. 7. libro primo in morbis acutis ministrandum ita describit. Quum uero etiam uires tolerent inædiam omnimodam, & solius mellicrati exhibitionem, & ptisanæ succum paucum omnino licet adhibere: talis quidem tenuissimus est uictus, & in morbis peracutis administrandus.

Victus tenuis qui sit.

Medicamina attenuantia.

Medicamenta uero ad hunc scopum efficacissima habentur, ruthæ semen, præcipue syluestris, una cum acinis: malum terræ, quam Græci ἀριστολοχίαν στρογγύλην, id est, aristolochiam rotundam dicunt: tenue centaurium, genciana, polium, & quæcunque acrius impellunt lotium: exempli gratia, petroselinon. horum nempe singula cum seorsim per se, tum adiectis una etiam aliјs, abunde humores ut extenuant, ita quoque exhauriunt & euacuant. Porro adustarum quo-
D que uiperarũ sales efficacem attenuandi uirtutem possident. Theriaca pariter, & distrahendi & attenuandi potentia regnat. Inunctum item oleũ; in quo cucumeris agrestis radix elixata sit. Nec non & altheæ, gencianæ, panacis, & mali erratici, id est, aristolochiæ radices. Adijce (si uidetur) polium atque centaurium.

Ruthæ semen agrestis.

Medicamenta uero ad hoc propositum efficaciora produntur illa. Ruthæ semen agrestis cum acinis, cum ex quarto sit ordine excalfacientium, domestica uero ex tertio. Gustus acris, atq; amari est, ex quo sane digerit, atq; incidit, crassos lentosq; humores digerit, atque exiccat strenue, & eorum est ex numero medicamentorum quæ ualenter desiccant. Testis est Galenus libro octauo de Simplici. Medica. facul. Et malum terræ, quod Græci Aristolochiam rotundam nominant: quarum una rotunda, alia longa depræhenditur: hinc a Germanis Holuurtz, & Osterlucy nominantur. De rotunda Galenus libro quinto de simplici. testificatur, in quibus crassum humorem ualidius extenuare oporteat, illic usum esse rotundæ. Et centaurium tenue, maius enim nobis est incognitum. A Vulgaribus Tusent guldin, Erdtgall, Feberkraut, Aurinkraut dicitur, cuius radicem plane inefficacem esse, sed caulim eius extremũ, & potius folia quæ illi inhęreãt, & flores utiliora

Malum terræ. Aristolochia rotunda. Aristolochia longa.

Centaurium minus.

utiliora esse, uincereque in eis qualitatem amarã, paululum habentem & astrictionis, atque ob eiusmodi temperamentum admodum exiccatorium esse medicamen, expers mordacitatis, ut Galenus refert lib. 7. de simpli. medi. faculta Et Gencianæ, cuius herbæ radicem multum esse efficacem quando opus sit extenuatione, purgatione, abstersione, obstructionis liberatione, Galen. lib. 6. de simpli. ostendit: nec mirum si hæc possit, quum impense sit amara. Idem præstat & polium: quando amarum sit gustantibus, & modice acre iuxta Gale. lib. 8. de simp. obstructione liberet uiscera omnia, urinamque & menses ciet. Nam hic conducere urinam uehementer prouocantia, ut petroselinon, autor pronunciat: quę omnia hęc siue sigillatim per se, siue cum aliis, humores efficaciter extenuent, uacuemus. Adustarum prętere a uiperarum sales uehementer extenuare dicuntur. Nam uiperarum carnes, palam est inquit Galen. lib. 11. de simp. uidere excalfacientes, & desiccantes, ubi condiuntur ceu anguillæ, nempe oleo, sale, anetho, porro, & aqua, seruato nimirum modo. Cæterum eodem in loco sal ex uiperis deustis quo conficiatur, comemorat. Non paruam enim existere carnium differentiam: quum quasdam sale condiamus. Nam sæpenumero euenire, animalis temperaturam humidissimi carnem salitam longe euadere exiccatiorem, quam ea quæ fuerat natura sicca. Item. Theriaca dissipandi, attenuandique uim habere dicitur: quare et ab Auicen. ad præsentem comprobatur casum, cum sale uiperæ, & diacurcuma, & diacimino, & diatrion pipereon, & anacardina, & aliis compositionibus. Olea etiam hic commendantur in quibus cocta sint medicamenta de quibus alibi mentionem fecimus; præter panacem, ex quo fieri uocatum opopanacem, radicibus eius, et caulibus scilicet excisis. Similiter & hoc excalfactorium, & exiccatorium est medicamentum.

A — Polium. — Viperarum adustarum sales, & carnes. — B — Carnium differentia ex sale conditarum. — Theriaca. — Panax. — Opopanax.

Oportet autem alimentum non statim a balneis exhibere, uerum ut dormiant a lauacro priusque cibum capiant, mandare. Satius autem fuerit, si aqua lauacri ex rebus dissipandi facultatem habentibus constiterit, prętertim ubi ultro emergentis copiam habere possumus: cuiusmodi Mytilenæ datur cernere: sin minus, salis flos aquę marinæ confundẽdus.

Quibus extenuari desyderium est, hos ieiunos laborare, aut balneari decet, postea cibum admittre, deum adhuc a labore, aut lauacro

C nedum refrixerint. Præstat etiam, ut obesorum balnea in ieiunio, autoritate Auicennę exhibeantur: ea etiam sint aerea, minime tamen aquea, & humectantia: necp nutrimenta statim a lauacro offerantur, prius tamen quiescant, uel munia obeant consueta: hinc rursus in aliud producantur lauacrum. Aqua autem omnis in lauacro distrahentis debet esse potentiæ, maxime si scaturiens haberi possit: qualis Mytilenæ datur cernere: quæ si minus, salis flos aquæ misceatur marinæ. Salis enim flos, qui apud Græcos ἁλὸς ἄνθος dicitur, apud quosdam, ut Galen. refert, uno nomine halosanthos, medicamen est liquidum, & tenuium partium quam sal ustus, acris qualitatis, & admodum digerentis facultatis. De Mytilenæ loci celebritate Strabo. 13. agit libro, thermarum uero inibi existentium, non opus est curiosius perquirere naturam: quum a nobis, & si adhuc restiterint, remotissimę sint. Possumus tñ earum, siue etiam medicamentorũ exoticorum, quibus frui non detur, nostra in eorum usum felicissime permutare. Sunt etenim patria in uniuersum externis omnibus nostris naturis multum familiariora, imocp salubriora, & omnibus modis ijs, si saltem fieri possit, anteponenda.

Salis flos.

Mythilene.

Paterna medicamina externis salubriora.

D Ad hoc, uinum tenue atcp candens bibendum est. Praeterea frictio sicca (ξηροτριβία Græce appellata) quę paño crassiore, citra lotionem & abscp illinitione conficitur, impendio satis extenuare potest. Cibi quocp minus, quam exercitationis ratio postulet, offerre. Permultum uero, diucp soli exponere eusarcos, hoc est, corpulentos, siue carnosos, expedit: quibus necp uel tantillum miscere, neque alimenta nisi semel duntaxat offerre præstat. Frictione quidem asperiore, nitro uidelicet & salibus corpus perfricetur: multum etenim nitri in lauacris non uulgarem extenuandi uim obtinet, breuicp temporis progressu ad uberius alimentũ, Græci εὐτροφίαν uocant, ceu calcaribus quibusdam corpus irritat. Tenuius ad hęc pręterea corpus macilentiuscp reddit, medicamentum quod piperis ac petroselini duplum, asari uero & anisi dimidium continet, id quod cum lotium, tum alui quoque excretionem pulchre promouet.

Valla

Valla ad propositū adhibere turgida quidem edulia præcipit, sed pauci nutrimenti, ut illis impleatur; sed in corpus totum exiguum inducant nutrimentū: talia uero esse holera, & panes pinguiores, crassioresq;, & huiusmodi alia. Vino utendum colore albo, & substantia tenui: eo quod minus nutriat. Minime autem bibendū esse ante cibum, neq; multitudinem esse potā oporteat, cibumq; esse simplicē. Præstare etiam, & iuxta exercitiorum rationem minora inferre nutrimēta. Con frictionem fieri aridis rebus debere. Corpus fricandum nitro, & sale pauculo. Nitrū autem in lauacris attenuet, sed multum quidē: quum paucum, irritatio fit ad multam subeundam carnem, & ad bonum nu trmentum. Ex multa inquit Galenus frictione gracilitas prouenit, car nis uero incrementum ex mediocri. Proinde corpulentos multū esse sub sole iuuat: potusq; ille qui petroselini uncias. 4. piperis uncias. 2. anisi, asari, ana unciam contineat. Mingere enim usq; ad alui subductionem plurimum hic prodesse. A Nitrum.



¶ Quinam macilenti educandi sint.

CAP. LVIII.

SI autem macie confectos ac graciles admodū refícere studebimus, uino utiq; crasso, dapibus crassioris succi, exercitationibus lentis, frictioneq; mediocri, & ut simpliciter dicam, omnibus quæ cum proximo capite ex diametro pugnant, restaurandi & uindicandi sunt. B

GRacilitatem corporis propter totius corporis in sicci, frigidiq; ex cessu intemperiem oriri, Galen. lib. 6. de tuen. sani. ostendit: nonnullis uero propter digerentis in corpus, uel nutrientis, uel etiam ambarum facultatum naturalem imbecillitatem. Omnes autem ita se habētes iuuare boni succi edulia, etiā Valla citat, exercitia tarda, & tēperata: itidē frictiones, & prorsus talia iam dictis contraria corpulentis. Gracilitatis caussæ.

Profuerit autem plurimum ijs, trium, aut quatuor dierum picatio.

Porro omnibus qui ita affecti sint, unguēti genus auxiliari Gale. tradit, q̃d a Græcis hodie Dropax dicat: utpote q̃d & distribuendo in corpus alimēto, & nutritioni cōducat. Sane multos ex his q graciles fuere, hoc remedio obesos fuisse redditos: potissimū quib. digerendi facultas infirma, nutriēdi uero firma, quæ tn̄ pptę materiæ materiā Dropax.

C affatim nutrire non potuit. Quod quidē incomodū tantū ex ducendi in corpus alimenti defectu ei nimirum adcidat. Olim pix arida liquefiebat cum oleo parcissimo; inde cum incaluerat, pelli illinebatur, & locis præarefactis igni agglutinabatur: antequam uero refrigebatur, auellebatur, & emplastrum rursus ante focum (ut Valla docet) agglutinabatur, similiter priusquam refrigebat, auellebatur, fiebatq; id sæpius. Cuius usus erat utilissimus his, qui perpetuo euomebant, & non concoquebant, & cæliaca affectione laborantibus, & reliquis partibus quæ non alebant. Hodie uero dropacis usus est nullus. Verū aliqui adeo ambitiosi sunt, inquit Gal. ut ne sicut delicati, aut plus satis formæ indulgentes pice ungi uideantur, eiusmodi auxilium refugiunt, atq; aliud quidpiam excogitari gracilitatis remedium iubēt, quum tamen nullum sit quod huic æquari possit. Huius etiam scilicet medicamenti quo picatores utantur, in libro septimo, capite septimo Theraupetuicæ meminit, ubi de hoc affectu, quem atrophuntas Græci uocent, agit: quando scilicet omnes particulæ ex nutrimento nullum fructum sentiant.

Dropacis confectio.

Atrophuntes.

D Si quis sobrius lauetur, antequam lauacrum intret, multum præsidij tulerit eatenus fricari, quatenus corpus ruborem quendam contractum præferat: deinde durā quidem, nō tamen multa frictione cutim stipantes, densam, atq; adeo solidiorem efficimus.

Multos esse crassos in casu cocturæ, Valla superioribus adnectit, præsertim quibus reddendi uis sit imbecilla, uis uero nutriendi inualida, attamen ob materiæ indigentiam, quæ satis ad nutriendum idonea non possit: quod si ieiunus lauetur, ante lauacrum linteo confricari expediat, quoad totum erubescat corpus. Deinde frictione utendum sit non admodum aspera ne astringendo cutis densa, & dura efficiatur. Quod quidem Galen. eiusmodi explanat uerbis. Prodesse tamen possunt etiam hæc: si ante balneum, manu nec adeo molli, nec rursus aspera, corpus perfrices, quoad ruborem contrahat: deinde dura frictione, non multa cutem cogens, densam eam, duramq; efficias. Ab ijs si mediocri exercitatione usum lac lotum, citra tamen longam in solio moram hominem abstergens, ad iam dictæ frictionis siccæ formam, mox ungas oleo exiguo, ac cibum offeras. Quippe studium in his est, ubi bonum sanguinem in corporis molem attraxeris,

Galeni uerba.

traxeris, ut tum nutricem uim firmes, tum ne quod attractum est exhalet prospicias. At firmatur quidem nutriendi uis, excitato in carnibus calore. Non exhalabit autem qui attractus in has sanguis est, si oleo unxeris: utpote quod emplastici medicamẽti uim habeat. Quod si ætas non reclamet, etiam si frigida lauatione una cum prædictis utetur, magno fruetur commodo. Hæc Galenus. A

Præterea qui iam decolorati redduntur, quiq; tabescunt, & alimenta non sentiunt, ijs furorem, feruidaq; animi quædam irritamenta inducere confert.

Cęterum qui non alantur, palleãtq;, ijs iram inducere, animumq; irritare, confert: quod ex tali commotione animi calor natiuus ad exteriora irritetur, inuiteturq;, ut magis ipsam materiã digerat, muniaque sua circa alimenta dispensanda uigiliter obeat.

¶ Quomodo partibus attenuatis medendum. CAP. LIX.



MAcies quæ membris quibusdam accidit, magna ex parte uel ob diutinam ipsorum desidiam, atq; oscitationem, uel propter perfractiuam deligationis modum, oritur. Quocirca roborare partium potentias, conuellereq; sanguinis plurimum, conuenit. Frictionibus pręterea moderatis, concinnisq; motionibus, atq; aspergine aquæ temperatę admodum calidæ utendum. Hæc uero tantisper facienda, donec affectæ particulæ ruborem, tumoremq; contrahant, & priusquam remittantur, desistendum est. Operæ precium uero fuerit, partem quo docuimus modo, pice illinire: quam quum gelidiorem senseris, sindone, ac calorifico quopiam medicamine confricare. Ipse quidẽ tapsia nonnunquam, alias ex melle, alias cum cerato usus sum. B

HAud aliter & Gal. lib. 3. artis Medic. huiuscemodi rei mentionẽ facit, quum dicat, mangnitudinem naturalem partes exuperare, quiete, ac cõmoda alligatione minores reddi: augeri autẽ & naturali motu, & frictione moderata, & quibuscũq; alijs plus sanguinis attrahere natura aptis. Qualia hic esse dignoscimus frictiones moderatas,

C & motiones concinnas, aſpergines quoq; aquæ temperatæ admodũ calidę: itẽ picationes, de quibus omnibus non opus eſſe prolixiorem protrahere moram. Dicit autem tapſiã interdũ ex melle, interdũ cũ cerato illinire ſolitum fuiſſe, ideoq; quod tapſia ex alto uiolenter extrahat, & quod extraxit digerat.

¶ Optimæ temperaturæ indicia. CAP. LX.



Ptimi temperamẽti homo eſt, ubi corpus ab omnib. extremis ad unguẽ pari diſtat ſpacio: uerbi cauſa, maciei, obeſitatis, mollíciei, duríciei, ardoris, algoris, humiditatis, & ſiccitatis, atq; uno uerbo, quũ non naturalia modo, uerũ et animalia munia adeo exacte, ut ne Momus quidẽ illã carpendi cauſſam habeat, obierit: adamuſſim quoq; mediũ híſpidi, glabriq;, atri itẽ coloris, et cãdidi, obtinuerit. Capillos præterea puer quidem rubicundiores, quam nigriores: adoleſcens uero contrario plane modo habeat.

D Vum artis de humano corpore duæ præcipue ac maximę ſint partes, una ſcilicet, quæ ſanitatem, quã dignitate tum tempore priorem eſſe Gal. dicat: altera curam ægroti corporis prętendat: itaq; in primis q̃ pacto ſanitas ſit cuſtodienda uidendũ eſt: poſtea uero, quonã modo optime morbis medeatur. Sanitatis prętérea duo inueniunt modi. Vnus qui exactus & optimus eſſe dicit, tũ exactus, extremus. Alter uero qui quo magis & quo minus corpora ualeãt latitudine diſtinguitur. Quo pacto itaq; optimæ, & citra reprehenſionẽ naturæ poſſimus ſanitatem ducere enitendum, atq; ita quæ nã ſit optima corporis cõſtitutio contemplandũ. Salubre ſimplicit corpus hoc eſſe Gal. li. 1. Artis medic. aſſerit, quod ab ipſo naturæ ortu bonam habeat temperaturã, in ſimplicibus, & primis particulis. atq; in his quæ ex illis componantur inſtrumentis ſit commoderatũ. Eſſe igitur eam rei quidem eſſentia temperatiſſimã, Valla apertioribus eiuſmodi uerbis explicat: cuius factura optime ipſarũ cõgruat actionibus, ut neq; numero, neq; magnitudine deficiant. Quatenus autẽ ſenſu deprehendi poſſit, corpus ita ſit plenum, ut medium inter tenue & corpulentũ, toroſumq; teneat: neq; piloſum, neq; tenuibus pilis, nõ molliculũ, nõ obdurũ, neq; albũ, neq; nigrum, nõ exiguarum uenarũ, & latarum, minime impetuoſum, uel ſine impetu, non ſomnolentũ, non uigilax, non intel-

Artis de humano corpore duæ partes.

Sanitatis duo modi.

Corpus ſalubre ſimpliciter.

nō intelligētia obtusum, uel uersute ueteratoriū, ac improbū, nō in uenerē proiectū: uel contra, q̄d. s. inter excessus omnes medium obtineat locū. Tale quidē uisu erit pulcherrimū, atq; mediocre, & tēperatū, omnibus subeūdis laboribus idoneū. Istiusmodi optimę constitutionis corporis notę, ex Gale. lib. 1. de Arte medi. desumptę sunt, Signa prȩterea salubria adhuc latius penes eundē & autorē, & locū digeruntur, q̄d ex his salubria quidē sint, quę prȩsentē indicēt sanitatem: item & quę futurā prȩnūcient, & quę praeteritā memorię subijciāt. At horū quoq; dignotiones esse sumēdas ab his tribus uult. Primo, quę secundū essentię rationē ipsis insint: ut quę optimā habeāt constitutionem comoderatione, similē quidē in caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate: instrumentorū in quantitate, ac numero eorū ex quibus cōponant: ac praeterea formatione, situ partiū singularū, atq; totius instrumēti. Secūdo ab his quę ex necessitate consequantur, quę quidem quantū attineat ad tactum: a mediocritate, quae in mollicie, ac duricie consistat. Quantum uero ad aspectū, a calore optimo, atq; leuiatis, & hispiditatis mediocritate. Ab his quę instrumētarias consequant partes, a cōmoderatione, & pulchritudine omniū totius corporis instrumentorū, ac prȩterea earū quę ipsis insunt uirtute operationū. Hęc quidem optimę constitutionis corporum signa esse indicatiua dicuntur.

Signorum salubrium digestio.

Signorū dignotiones ex quibus amplius sumendae sint.

A

B

¶ Quae sint malae temperatorū corporum notae CAP. LXI.

Corpora quęcūq; tēperate sunt calidiora, ut dētes citius edūt, ita quoq; ad augmentū celerius maturāt, palpātibusq; calidiora cernūtur. Pinguetudinis quoq; minus possidēt, Colore autē rubro, atro capillitio, mediocriter hirsuta, et amplis admodū uenis existūt. Quod si quis pinguis crassusq; iuxta fuerit, ac uenas simul latas habere uideatur, is consuetudine potius quam natura pinguetudinem accersit.

Eorum autem quae ab ipsa optima deficiunt constitutione inquit Gal. adhuc tn̄ salubria existant, nōnulla in consimiliū tēperatura uitiū aliq̄d paruū habent: nōnulla uero in instrumentariorū cōmode ratione, & hoc q̄q; perexiguū. Accidit autē hoc uel in omnibus, uel in aliq̄bus, aut in utrisq;: & cętera. Quaecūq; igit corpora temperata calidiora sint, ex quinq; ueluti & aliae constitutiones deprehenduntur notis, quę quidem siue ex tactu, siue ex colore, siue ex pilis, siue ex corporis habitudine, siue ex operationibus sumuntur.

Corporum temperatorū quinq; notae.

Ex

C Ex operationibus autem uidelicet naturalibus: quod ij dentes eidus edant, ac ad augmentum perueniant uelocius, quę ex ipsa caliditate proueniant. ostensum enim est in cap. 9. superius ex Arist. omnes maturius dentire, quorũ nutrices lac habeant calidius. Ex tactu: quod tangentibus calidiora appareant. Ex corporis habitudine: quæ minoris est pinguetudinis, propter caloris excessum sanguinis plus depascentem. Quæ si pinguior, crassiorq; latis uenis fuerit, non natura, sed consuetudine id quadam effici ratum est. Ex colore autem: qui rubicundus est, ob caliditatem ex imo sanguine ad extremas corporis partes propulsantem, quod peculiare ipsius excedentis caliditatis esse munus percipimus. Ex pilis: quod nigri sint, & modice hispidi: quorum caussas esse insinuatur, materias ex quibus oriantur, uidelicet ex uapore quodam fumeo, per quem natura caliditatem ingenitam repurget. Quum uero caliditas ingenita uapor quidam sit temperatus, quem cor, & arteriæ indesinenter gignent, uapor autem fumosus siue fumeus, sit quædam superfluitas ingenitæ caliditatis: illa siquidem caliditas intensior facta, hunc uaporem allatum, nigrum efficiat, extrusum uidelicet e poris indesinenter, ex quo quędam portio in capillum coaguletur. Esse itaq; colorem capillorum, iuxta uaporis illius qualitatem: nam si calidus hic fuerit, ille niger: si frigidus, albus ille producatur: si temperatus in sua constitutione, flauus.

Ab operationibus.

A Tactu.

A corporis habitudine.

A colore.

A pilis.

Pilorum generatio.

D

Frigidioris temperaturæ signa.

Frigidioris uero temperamẽti notæ sunt, quum gelidum palpantibus, glabrum ac pingue corpus apparet. Color istiusmodi una cum pilis quoq; rufior est. Et si frigiditas plurima excesserit, colorem liuidum, ac plumbeum pręferunt, arctioresq; oculis contemplantur uenæ. Ad hæc, gracilis si fuerit eius temperaturę quis, neutiquã sane necessario, sed consuetudine talis euasit.

E diuerso ex frigidiori temperamento, ex tactu frigidum tangentibus uidetur corpus, & glabrũ, ob caussam quam in calidiori ostendimus diuersam. Color ex capillis est rufus, hoc est, flauus, qui superæqualitatem caliditatis significat: at liuidus, si multum excesserit frigiditas. Frigiditas enim mortificat, sanguinem contrahit, calorem ad intima trudit.

Siccæ

Siccæ temperaturæ signa. A

Cæterum aridum temperamentũ tum durius, tum & macilentius semper medio temperamento, & subhirtum, quandoquidẽ a sicca temperie inseparabilis omnino durícies est. Porro gracilitas non congenitas modo comitatur temperaturas, sed ascititias etiã, quæ ex longa consuetudine proueniunt, sequit̃. Argumentũ uero duriciei, ariditatisq; fuerit, si corpus ægre moueatur, & siccum interim, ac squalidum, ex illis quæ arefaciendi uirtute prædita, redditur.

Sic Gal. sicciorem ait temperaturam tanto esse graciliorem, & duriorem bona temperatura, quanto maior sit siccitas, quod ob carnis paucitatem, & pinguedinis, semper constitutionem siccam concomitantem euenit. Igitur duriciem ab arida temperatura separari nõ posse, hic ostenditur. Magnum præterea siccitatis argumentum est, si ea quæ exiccandi uim habeant, corpus siccum difficulter mobile, & aridum, ac squalidum efficiant.

Humidæ temperaturæ signa. B

Humidum quidem in reliquis fere omnibus bono temperamento respondet, uerum molliore, & carnosiore corporis mole est, a qua neq; mollicies, neq; crassitudo separari facile potest: propterea, ꝙ non cognatam, ac insitam solum sequitur temperaturam, sed quod ex diutina quadam consuetudine constituta, substantiã habeat. Peculiare uero madítatis indicium est, onerari ab humidioribus corpus.

Et humidior inquit Gal. etiam in reliquis quidem eodem se habet modo, ut siccior scilicet temperatura, prætereꝗ quod carnosior, & mollior sit: carnis enim abundantia hanc constitutionem sequitur. Nanq; secundum cõiugationem qualitatum primarum factæ intemperaturæ compositam habent, teste Gal. indiciorum formam. Caliditas enim, & frigiditas, quæ sunt actiuę qualitates omnia signa, ęqualitatis facile commutant: quum de passiuis minime hoc fieri dicatur. Atque ut siccitas corpus duricie, & gracilitate afficit, ita humiditas hoc carnis copia, & mollicie perfundit. Cæterũ proprium, & quasi pe-

C culiarissimũ humiditatis signũ est, corpus ab humidioribus grauari.

Calidæ & siccæ temperaturæ signa.

Quibus calidum, atq; siccum fuerit temperamentum, ij extreme denso, ac hispido sunt corpore: capitisque cæsaries ijs in tenera statim ætate facile in capite ortũ habet, quam atram quoq;, & multam illico in lucem editi nanciscuntur. Progressu uero tẽporis caluicies, atq; glabreta comitantẽ, & uenas latiores adipiscuntur, arteriæ pariter, & amplæ sunt, & uehementiore ictu percutiunt, Vniuersumq; simul corpus ualidius, solidius, atq; firmum, lacertosum, item & macilentum conspicitur. Cutim uero cum duriorem, tum atriorem obtinent.

Eiusmodi in compositis temperamentis notarũ caussæ partim ex simpliciorum temperamentorum superius positorum caussis indicatis, partim ex subsequentium in membris alijs, præsertim principali-
D bus signorũ adhuc declarandis patebunt caussis. Quare hic tantum placuit Galeni istiusmodi compositorum temperamentorum signa adponere, quæ me Hercle, ex ipso æque, ut alia adhuc multa, per Paulum in librum suum transcripta sunt. Verba autem eius sunt huiuscemodi. Calidior simul, ac siccior est, hirsuta magis, & calida, ac dura existit, & pinguedine caret, tenuisq; est, & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat, color quoq; niger illi adest.

Frigidæ, & humidæ temperaturæ signa.

Quum uero egelidum, ac humidum temperamentũ fuerit, thorax cum reliquo corpore angustus, ac glaber est: cutis tenera, lenis, candidaq;: capillitio subrufo, præcipue per suæ ætatis iuuentutem: neq; in senecta caluescunt, neq; glabricitant. Sunt præterea huius temperaturæ adeo formidolosi, ut uel muscas præteruolitantes expauescant, & trepident, segnes, obscuris uenis, crassi, pingues, cruribus, ac lacertis imbecillibus, inualidis, atq; incõpositis, & lingua plerunq; titubante sunt. Quod si modum mador, frigiditasq; permultum excesserint, color hominis una cum capillis rubens erit:

bens erit: & si longe, lateque plus æquo intendantur, luridus. A

Signa uero frigidæ, & humidæ temperaturæ, quæ Gal. dat, sunt ista. Frigidior, atque humidior temperatura: si parũ quidem utraque augeatur pilis nuda est, & alba, & mollis, & crassa, & pinguis. Si uero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augmenti qualitatum. Color autem una cum capillis rufus, quemadmodum si plurimũ utraque augeatur, liuidus. Si uero qualitatum augmentum fuerit inæquale, eius quæ superexcesserit, indicia eminebunt. Hæc Gal.

Calidæ, & humidæ temperaturæ signa.

Calidum ad hæc, humidumque temperamentũ, & mollius est, & carne magis abundat quam optimum, & inculpatum. Si enim uehementer augeatur, promptius his quæ ex putrefactione proficiscuntur ægritudinibus corripitur. Sin humidius paulo quidem, sed multo calidius temperamentum sit, molliores sane utcunque tales bene temperatis, & corpulentiores, nõ uero paulo hispidiores euadunt, qui & multo tangentibts calidiores adparent.

Super huiuscemodi calidæ scilicet, & humidæ temperaturæ signis, talia facit uerba Galenus. Calidior autem, & humidior temperatura mollior, & calidior, & carnosior tanto est bona temperatura, quantum et utrisque qualitatibus aucta fuerit. Quod si plurimum augeatur, cito a putredinis corripitur morbis: quoniã & humorum uitio prompte laborat: Si uero parũ quidem humidior sit, multo uero calidior, molliores quidem parũ huiusmodi sunt his, qui bonam habent temperaturam, & magis carnosi, non parum uero hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores. Nigri uero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo quidem calidior, multo uero humidior, mollis his caro est, & multa: & color commixtus est ex albo, & rubro, & tangentibus paulo calidiores. Et ut summatim dicatur, in omnibus temperaturæ coniugationibus, semper superexcedentis qualitatis indicia eminebunt. B

Frigidæ, & siccæ temperaturæ signa.

Quod si frigidum una cum siccitate exacta quadam paritate intendatur, natura durius, & gracilius habent corpus,

C candidum item, & parum musculosum, imbecillum quoque, ac depile, tactu uero frigidum uidebitur: pinguedo pariter (etiamsi tenuia sint eiusmodi corpora) inter carnes hincinde intercalata cernitur: capillitij uero color, frigiditatis modulo, proportioniq; amussatim, ut ita dicam, respondet. Quin quod ad animi mores spectat, pusillanimes, meticulosi, mœsticia quodammodo semper perculsi, eiusmodi temperaturæ homines sunt: atq; ut uno uerbo perstringam, in temperamentorum coniugatione semper uincentis qualitatis notæ dominabuntur.

Si autem frigiditas una cum siccitate, inquit Gal. æqualiter augeatur, natura durum, ac tenue, & glabrum corpus habent, & tangentibus frigidũ. Pinguedo tamẽ ipsis, & si graciles sint, per carnes dispersa. Capilli autem, & color frigiditatis modum, ac proportionem sequuntur. D Vbi uero calida, & sicca temperatura in tempore decrementi, in frigidum, & siccum labitur habitum, tunc hi graciles fiunt, & duri, atq; atra bilis in eis dominatur: & ob id nigri simul, & hirsuti euadunt. Vbi igitur altera qualitas dominatur plurimũ, altera uero parum a mediocritate recedit, superabunt eius quæ dominatur, exilia autem erunt altera qualitatis indicia. In omnibus uero de quibus supra diximus, & postea dicemus, cõmune est temperaturæ indicium, si membrum frigescit, uel frigiditatis, uel raritatis. Si uero non facile: uel caliditatis, uel densitatis. Si uero a desiccantibus offendatur, & aridum, & siccũ, & non facile mobile fiat, siccitatis: quemadmodum, & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Hæc Galenus.



¶ De figuratione Capitis. CAP. LXII.

Exiguum Hercle caput, uitiosam cerebri supellectilis constitutionem, compositurámq; peculiariter significat: neq; tamẽ ob id ingens, necessario bonæ cerebri cõstructionis nota habetur. Nam si propter insitæ potestatis robur multam, ac optimam materiam fingentis eueniat, bonũ utiq; indicium: sin uero propter materiæ duntaxat copiam, certe malum. Proinde distinguenda

Notæ a figura capitis bonæ.

guenda sunt hæc, forma scilicet capitis, & ijs quæ inde ori- A
ginem ducunt. Ex forma quidem, si decens omnino, atque concinna est, nunquam profecto mala hæc nota censenda. Ex his uero quæ ab ipso capite nascuntur, si scite disposita sunt, & quicquid neruosum est, copiosa nutritiõe bene coaluit, firmitatemque detinuit, & Lynceo, ut ita dicam, perspicaciores insunt oculi. Acuta uero, & pyramidis instar fastigiata capita, quæ φόξοι Græce dicuntur, deficientem seruant in fronte, uel occipite eminentiam, uel supra quàm conueniat auctã. Quemadmodũ itaque capitis cũ magnitudo, tum paruitas, sic hæ quoque tam distortę reprehendunt̃ figurę: quanquam nonnunquam rarenter, tamẽ nonnullæ ceu bonæ cõmendentur, ubi fingens scilicet potentia robustior extiterit.

Notæ ex ijs quæ a capite oriuntur.

φόξοι.

ABsolutis his quæ ab optima deficiant constitutione in consimilium temperatura, nũc de his quæ in instrumentariorũ peccent cõmoderatione agendũ erit. Sępissime enim euenit, nõ uniuersam in toto corpore reperiri sanitatẽ. Videmus equidem multos, ut Gal. lib. 1. de Sani. tuen. narrat, quibus caput attemperatum commode sit, thorax, uenterue, & quæ gignendo partes tributæ sint, parum prospera temperie sint. Quorundã uero in arcibus intemperies sit. Non desunt etiam, & quorum unum aliquod uiscerum, aut alia quæpiam particula, una, pluresue, interim uero plura aliqua uiscera parum salubri sint temperamento. Ad quorum omnium noticiam inuestigandam partiũ quot nam sint differentiæ præmeditandum est. Sunt uero earum iuxta Gal. in lib. 2. Artis Medicinalis, quatuor uniuersæ differentiæ, quarũ prima præcipua, siue principia dicuntur: ut cerebrum, cor, hepar, testiculi. Secunda uero est eorum quæ ab illis ortum habent, eisque se suggerũt: ut nerui quidem, & spinalis medulla, cerebro: cordi, arteriæ: hepati, uenæ: seminaria uero uasa, testiculis. Tertia eorũ quæ per sese administrãt: ut sunt cartilago, os, copula, seu ligamentũ, membrana, adenes, adeps, caro simplex. Quarta eorum, quorum omnes partes communem ex his habent administrationẽ arteriarum, & uenarum. capillorũ enim, atque unguium neque regimen esse ullum, sed generationẽ tantummodo omnes asserunt medici. Ex quibus partium differentijs, primo de capitis figuratione agitur. Totius equidem capitis dispo-

Sanitas in toto corpore uniuersa, raro reperitur.

B

Partium quatuor uniuersæ sunt differentiæ.

Capitis figuratio.

C tis diſpoſitio ex magnitudine,& figura,atq; capillis ſumitur. Partium equidem caput uitioſæ conſtructionis,cerebri propriũ eſſe indicium: quia uentriculi ipſius cerebri comprimuntur, atq; ea ſic quæ ex ipſo generantur cerebro imbecilla ſunt: ut nerui,& ſpinalis medulla. Ventres enim eius,& meatus quũ ita arctentur, uirtuti alij non legitimum conceditur ſpacium in quo uerſetur. Generatur itaq; caput paruũ ex materię paucitate. Simili modo neq; magnũ caput neceſſario bonam cerebri compoſiturã ſignificat,niſi ob inſitę potentię robur optimam formans materiã eueniat. Nam ſi ob materiæ tantũ multitudinem, ſine decenti figura, haud quaq; bonũ. Diſtinguenda igitˊ hęc ſunt,tum ex capitis figura, quã propriã eſſe Gal. deſcribit, ueluti ſi excogitares ſpheram exquiſite rotundam ex cæra conſtructã, paulatim utrinq; depreſſam. In qua tamen neceſſe ſit, ut poſteciores, prioresue partes plus gibbæ fiant,q̃ ſpheræ conueniat. Quæ uero utrinq; conſiſtant, magis rectæ. Deinde ab ijs quæ oriunť ab ipſo diſtinguendũ. Nam ſi utraq; cerebri pars bene fuerit affecta, robuſtę quoq; erunt quæ ab ipſis ſunt deriuationes: ut ſunt nerui actiui a parte poſteriori, ſenſitiui uero ab

D anteriori. Quęcunq; enim a principijs oriũtur, princpij, uel uirtutem, uel uitium denotant, hæc etenim ſe inuicem indicant, atq; atteſtantur, & principium eorũ quæ ab ipſis naſcuntur. Perſpiciendum itaq; attentius, ſi ea quæ ab ipſo oriantur, cerebro cum debita ipſius magnitudine, figura uero legitima cõiuncta optime ſint cõſtituta, an omnis ſubſtãtia neruoſa bene coaluerit, anne ualida, oculi ne acute uideant. Deformiſſimę autem figuræ eſt ille homo, qui in pyramidis ſpeciem faſtigiatum habeat caput, deficientem in fronte, occipite ſeruans eminentiam, aut plus q̃ deceat ductam. Talis enim a Græcis ϕοξός dicitur, id eſt, habens acutum caput, ut pyramis. Ex quibus idcirco facile colligitur figurę cerebri, ſiue rectitudinem, ſiue maliciam, uel a uirtute robuſta, cum copioſa materia obſequente deriuari: uel a potentia imbecilla, aut a materia minus obſequioſa, quare neceſſarium eſt conſtitutionis maliciam hanc ſubſequi. Quare æque, ac paruitatem, ita & has uituperamus figuras, quarum nullæ tamen interdum, rarenter uero bonæ ſunt, quum formans ſcilicet potentia ualidior fuerit.

Caput paruum.

Caput magnum.

Capitis figura propria.

Capitis figura deformiſſima.

ϕοξός.

Cerebri ſiue bonitas, ſiue prauitas unde deriuetur.

¶ Quæ ſint temperamenti cerebri indicia.

CAP. LXIII.

Mediocris


Ediocris temperamẽti cerebrum, animalium functionũ, retrimentorumq; mediocritatem cõtinet, minimeq; gentiũ a singulis foris quæ occursant, offenditur. Signa uero caliditatis cerebri hæc sunt. A

SI quidem cerebrũ sortiatur, inquit Gal. bonã quatuor primarum qualitatum temperaturã, omnia quæ diximus habebit moderata, & excrementa quæ uel per palatum, uel aures, uel nares, uel oculos expurgãtur: hæc quoq; modice se habebunt, atq; ab his quæ extrinsecus occursant minime lædetur, quę scilicet uel calefaciũt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel exiccant. Hæc Galenus. Et alia adhuc circa illa recitat signa, quæ ex ipso erue autore.

Notæ calidi Cerebri.

Capitis quidem capillamentũ per infantiã subrufum habent, in puerili uero ætate subflauũ, in adolescentia deniq; redditur flauũ, idq; mediũ omnino inter ad unguem crispũ, & rectũ, ac simplex spectatur, neq; procliuiter calui fiunt. Si calidius eo quod pari spacio ab utroq; extremorũ abest fuerit, cuncta quę caput ambiunt calidiora, et rufiora uidentur, & oculorum uenæ uisum non effugiunt, coma capitis mox in lucem editis promicat. Et quũ plurimũ in caliditate a mediocri temperamento recesserint, nigra, fortis, atq; crispa. Quũ uero non multũ, principio quidem subflaua, mox deinde nigricat, progredientibus uero ætatibus caluiciũ facile admittũt. Retrimẽta eiusmodi paucula habent, quũ inculpatã, ac integram habuerint sanitatẽ. Implent, atq; aggrauantur eorũ capita calore focis cũ esculentis, tũ poculentis, tum odoribus, atq; ijs quę forinsecus incidũt. Breues aũt somni, minimeq; profundi, id genus tẽperamentis sufficiunt. B

Deinceps igitur Gal. ait, signa caliditatis cerebri, pręter ea quæ nuper diximus sunt, q; ea quæ circa caput omnia rubicũda, & calida magis, & quæ in oculis uenæ magis sensui patent. Capilli quoq;, in his statim æditis habent in capite ortum. Et quũ plurimũ in caliditate a mediocri

C diocri temperatura recesserint, nigri, & robusti, & crispi fiunt. Cum uero non multum, subflaui quidem ab initio fiunt: deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitiū patiuntur, atq; eo magis quo plus modico sunt calidiores. Excrementa uero quæ per palatum, & nares, & oculos, & aures, pauca, & concocta ipsis existunt: quū integram habuerint sanitatē. Cum uero eis caput repletur (cōtinuo enim actum præsertim, cum nullam uictus seruauerint rationem, tale quid eis accidit) plura quidem in ipsis excremēta, atq; incocta generātur, implenturq;: atq; aggrauātur eorum capita a calidis cibis, & potibus, odoribus, atq; hisce omnibus quæ extrinsecus occursantur, in quorum numero est, & qui nobis circunfunditur aër: sed præterea magis, si non solum natura calida, sed etiam humida talia corpora extiterint. Breuibus autem somnis, huiusmodi temperaturæ contentæ sunt, neq; admodum profundis. Hæc Galenus. Notum enim est, calidioribus existentibus bene temperatis, nigros, & robustos, & tortos fieri crines: D non multum uero, subrubeos equidem: posthac uero nigrescere. In ætate uero prouectiori caluescere, eos potissimum quo magis sint calidiores. Accidit enim caluicium ex priuatione generationis uaporis fumosi: aut a caliditate quæ ipsum comburat: aut ex siccitate ipsum exiccantem, ut eius generatio impediatur. Hali puerum se uidisse natum testatur sine superciliorum pilis, quę post natiuitatem creuerint. Excrementa præterea pauca in calidi cerebri hominibus reperiuntur, dum in integra sanitate extiterint: a calorificis autem opplentur, in tali cōstitutione, quia caliditas attrahit humiditates ex corpore ad ipsum, ex quibus caput repletum per inferna cum sputis, muccisq; perstillat. Quod autem breuibus somnis, atq; ijs haud quaq; profundis huiusmodi temperaturæ contentæ sint, ratio est: quod uenæ earum ad cerebrum pertinentes sint latæ, quæ non tam facile a uapore ascendente a corde obstruantur somnum efficiente: atq; cum calor non tam facile obtundatur, neq; comprimatur, neq; meatus adeo obturentur, fit, ut somni minus profundiores esse possint. Quæ omnia ex diametro opposita ijs eueniunt, qui frigidioris existunt temperaturæ.

Caluicium unde.

Puer absq; superciliis natus.

Excrementorum in calido cerebro paucitas.

Somni quare breues, & non profundi.

Notæ gelidi Cerebri.

Qui frigidius q̄ par sit cerebrum habent, huiusmodi indicijs deprehenduntur. Redundantiæ bene multæ per proprias

prias effluxiones, priuatosque meatus defluunt, cesaries recta, rubicunda, stabilisque: leui præterea momento a gelidis causis offenduntur, κατάῤῥοις enim, id est, destillationibus, & κορύζαις, quod est, grauedine sine interuallo corripiuntur: luminum uenæ inuisibiles, oculis non usurpantur: ad hæc somno, ne dicam sopori, quodammodo dediti conspiciuntur. A

Frigidioris uero quam oporteat, Galenus inquit, cerebri indicia sunt, plura in proprijs meatibus excrementa, & capilli recti, & rufi, & stabiles, & qui longo post natiuitatem tempore nascuntur: tenues, atque ab initio male nutriti, & facile a caussis frigidis offenduntur, atque hoc ipso offensionis tempore distillationibus, & grauedinibus capiuntur: neque si tetigeris, partes ad caput attinentes admodum calidæ sentiuntur, neque si inspexeris, rubicundę adparent, & oculorum uenæ omnino uisum effugiunt, & somnolenti quodammodo sunt. Hæc Galenus. Atqui facile a caussis frigidis offendi dicuntur: quia quæ in gelidum propensa sunt, facilius per eas in frigidius deducuntur. Quorum enim maius est symbolum, ut in communi habetur deuerbio, eorum quidem maior est transitus. Omnibus autem intemperiebus facile a similibus suæ temperaturæ accidit oblæsio. Destillationis autem, & grauedinis in cap. 7. superius meminimus. De sopore autem, & somno in sequentibus proprio tractabitur capite. B

Sicci Cerebri signa.

Aridioris uero cerebri notæ censentur: Nulla meatuum redundantia, sensuum summa & exacta consummatio, perspicacitasque. Ad uigilias prompti sunt eiusmodi: robustissimos statim atque in lucē editi sunt, capillos, crispioresque interim producunt, uerum breui tempore caluere incipiunt.

Siccioris autem cerebri, inquit Gal. indicia sunt, paucæ superfluitates effluentes, & sensuum perspicacitas. Sunt autem ad uigilias prompti, & capillos habent robustos, & qui celerrime eis statim innascuntur. Crispi autem potius sunt, quam recti. Cito autem calui fiunt. Hæc Galenus. Proinde quod meatus nulla superfluitate in eiusmodi constitutionibus

C tutionibus redundent, siccitas in causa est, quæ superuacanea absumit. Et sensus exacte sunt liquidi: quia spiritus sunt pellucidi, atque omnis humiditatum perturbantium, siue obstruentium organa cerebro famulantia, abest molestia. Vigilaces insuper sunt: quod uapores qui somni sint causa in istiusmodi consumantur, atque in siccitatem conuertantur quandam, & exilitatem, ut eo minus spiritus meatus obstruantur, caliditasque minus obtundatur, siue dispellatur. Capilli uero robustissimi ex nimia uaporis siccitate qui materia est capillorum: tum cutis ariditate, quæ ambo ex cerebri siccitate proueniunt. Capilli etiam haud multo postquam geniti sunt producuntur, propter moderatam cutis capitis siccitatẽ natiuitatis tempore emergentem, quę quidẽ non parum ad pili generationem adminiculatur. Crispi ad hoc magis apparent quàm recti: quia circa radicis ortum humiditate indigeant. Caluescunt autem ante diem: quia humidum illud pingue multũ citius aboleatur, tum cutis ætate progrediente nimis arescat, quare minus pili foras produci possunt.

Sensus unde sint exacte liquidi.

Vigilaces quare.

Capillorum robur unde.

Capillorũ post natiuitatem ortus.

Capilli crispi.

Caluicies immatura.

Humidi Cerebri indicia.

D **Humidioris uero cerebri indicia sunt, capillamentum planum: neque unquam calui fiunt: sensus autẽ caliginosi, ac turbulenti, superfluitatum abundantia, somni multi, atque profundi. Et hæc de simplicibus distemperamentis cerebri.**

Humidioris uero cerebri indicia, inquit Gal. capilli plani, & nequaquam calui fiunt. Sensus autem turbulenti, & excrementorum multitudo. Somni multi, atque profundi. Et hæ quidẽ simplices sunt intemperaturæ. Hæc Galenus. Notarum istiusmodi significationes, siue declarationes, facile ex superioribus de sicci cerebri notis expiscabere.

Signa calidi, siccique Cerebri.

Intemperaturæ coniugatæ.

Quibus uero cerebrum calidum, & aridum fuerit, excrementis uacant, sensibus regnant, uigentque, plurimum uigilant, & celerrime caluicium admittunt: & prima quidem capillorum origo ocyssima, ac plurimo abundans alimento: nigricant capilli, & calidi tangentibus caput apparent,

& sunt

& sunt usque ad summi incrementi (Græci ἀκμὴν adpellant) ætatem rubicundi. A

Composita autem, autore Gal. primum calida, & sicca, secundum quam, & superfluitatibus carent, & sensibus uigent, & plurimum uigilant, & cito calui fiunt, & prima quidem capillorum generatio celerrima est, ac plurimo abundans alimento. Capillos uero habent nigros, & crispos, & tangentibus caput, calidi sentiuntur, & sunt rubicundi, usque ad ætatem consistentiæ. Hæc Galenus. Atqui superfluitatibus quod eiusmodi careant, & sensibus uigeant, uigilantissimi sint, facileque caluescant, & quod primus capillorum ortus sit celerrimus, omnia hæc ex prædictis facile innotescunt. Sed quod capilli bene coalescāt, copiosa, humiditatum resolutio in uapores ex caloris excessu, hoc efficit, atque humiditatum circa ortus eorum consistentium, quæ materia uaporis, tum cutis siccitas, plus quam in humidis ne tamen immoderata sit. Eiusmodi constitutionem cerebri nequaquam longius perduraturam Hali asseuerat: quod nimium a sua temperatura, quæ est frigida, & humida recedat. Caput itaque, si quis ipsius tetigerit, calidum ipsum iudicabit, atque ad uigoris usque ætatem, hoc est, ad annos usque triginta rubicundi sunt. Quæ ætas apud Græcos ἀκμὴ dicitur, id est, uigor, flos ætatis. Est enim summum hoc, quādo in augmento suo ulterius homo non progrediatur.

Cerebri calida, & sicca constitutio durabilis non est.

ἀκμή.

Calidi, & humidi Cerebri indicia. B

Sed ubi caliditati mador quoque accesserit, pauculumque modo utraque a summis finibus æqualiter distans medium superant: ijs cum uenustus color, tum & calor, & prominentes in luminibus uenæ adparent, superfluitatum copia modice decocta: capillicium rectum, uergens ad flauum quo quidem haud prompte destituuntur. Rebus calfacientibus, & humectantibus eiusmodi capita facile replentur, & grauedine citius infestantur. Quod si uehementior calor, humiditasque creuerit, his caput fit omne fere genus ægritudinibus obnoxium, & retrimentis abundans, multoque celerrime a calorificis humectantibusque lædi consueuit: neque diutile uigilare possunt: cum autem somnus subrepserit,

Quid incommodi incumbat calido, & udo cerebro.

 imagina-

C imaginationibus per somnia obruuntur: species oculorum caliginosa, ac turbulēta, ac ne sensus quidem ad unguem absoluti uitio carent.

Si uero humiditas adiungatur caliditati, Gal. ait, parū utrisq; qualitatibus superantibus mediocritatem, color bonus, & quæ circa oculos calidiora, uenæ magnæ, & plura excrementa, & mediocriter cocta, & capilli recti, subflaui, & non facile calui fiunt. Implentur uero, atq; aggrauantur eorum capita a calidis. At si humecteuir, protinus multo magis excrementorum habent multitudinem. Et si plurimum caliditas, atq; humiditas creuerit, his caput est ægritudinibus obnoxium, atque excrementis abundans, & quod facile a calefacientibus, atq; humectantibus offendatur. Auster uero semper eis aduersatur, atq; optime in aquilone se habent, non tamen diu uigilare possunt: & cum se ad somnum conuerterint, simul graui somno tentantur, & uigilant, & somnia habent imaginationibus plena: uisus eis turbulenti: neq; satis sensibus uigent. Quod si plurimū in caliditate cerebrum a mediocritate recesserit, paululum autem humidius extiterit, calidæ temperaturę indicia præ se feret, cum quibus læuia quædam humidi D tatis signa coniungentur: ueluti si longe quidem humidius, paululum uero calidius, uehementia quidem erunt, ac manifesta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis uero hæc ratio in omnibus compositis intemperaturis existit. Hæc Galen'. Verum si calori, humiditasq; ipsa accesserit, neque multum utraq; mediocritatem superet, ĳs coloris gratia inest: non autem rubicundi sunt ut ĳ, qui in caliditate, & siccitate excedebant: caliditas enim hic nonnihil obtunditur sub humido, quare color ille quasi albo commistus apparet, ratione illius temperamenti, aut excessus tam modici ad caliditatem, & humiditatem declinantis. Quod uenæ autem sint magnæ, & quod ad tactum sint calidi, ex præteritis liquet. Excrementorum sunt plura, propter cerebri in humiditate delictum: quæ mediocriter sunt cocta, non tamen adeo exacte ut in caliditatis excessu. quū enim eorum sunt plurima, non admodum plene in ea calor agere potest, ut si in minori essent copia. Capillorum rectitudo, subflauedo, caluiciĳ quoque immunitas quare hic accidant, ex superioribus patent declarationibus. Caput autem calorificis humectantibus lædi, facile & impleri, & grauari, & quod uigilare diu nequeant, dormientes uero imagi

nibus per

nibus per somnia infestentur, uisusque eis turbidus sit, ac ne sensus quidem uitio careat, ex præcedentibus etiam intelliguntur: quorum omnium tamen caussa, humiditas augmentata existat. Humida enim magis humectant, ueluti de calido dictum est cerebro, quod a calefacientibus magis repleatur, aggraueturque, & potionibus quidem magis, ubi non tantum sint calidæ, uerumetiam & humidæ. A

Frigidi, & sicci Cerebri signa.

Gelidum uero pariter, & siccum cerebri temperamentum, frigidum quoque & minime coloratum caput efficiunt: oculorum uero uenas latentes, & obscuras obtinent, & a causis frigidis prompte offenduntur, eiusque rei gratia inæquali sanitate fruuntur: sensus per iuuentutem quidem ad amussim exactos, & inculpatos possident, sed progrediente ætate mature tabescunt, marcescuntque, atque (ut uno uerbo eloquar) ocius celerrimam circa caput senectutem minantur. Porro in lucem editi capillos uix tandem male coalitos, siue nutritos, atque etiam rufos producunt. B

Frigidæ uero, & siccæ cerebri intemperaturæ, iuxta Gal. uerba, frigidum, & minime coloratum sui ratione caput reddunt. Protinus autem huiuscemodi temperaturę uenis carentes habent oculos, & a causis frigidis facile læduntur. Quare & inæquali sanitate fruuntur: quoniam nonnunquam læuissima habent capita, & excrementorum moderatos effluxus: nonnunquam uero, & grauedinibus, & destillationibus minima ex causa capiuntur. Sensus autem eorum in iuuentute quidem omnes uigent, atque omni uitio carent, sed progrediente ætate cito marcescunt. Et ut summatim dicatur, omnes celerrimam circa caput senectutem ostendunt. Quare & cito cani fiunt. Capilli uero ipsis quidem genitis uix exeunt, & male nutriũtur, & rufi sunt: in progressu autem ætatis, superante magis frigiditate caliditatem, quam siccitate humiditatem, multum non caluescunt. Econtra uero si contigerit siccitatem quidem plurimum dominari humiditati, frigiditatem uero caliditati: parum calui fiunt. Hæc Galenus hucusque. Frigidæ autem simul & aridæ cerebri temperaturæ frigidum & decoratum reddunt:

C non quod omnino ſit ſine colore, quod fieri nequit, ſed non habens uiuidum colorem qui calori, & ſanguini communicetur, qualis eſt rubeus. Color enim corporis, iuxta Hippoc. humorum ſemper portendit dominium, niſi in imo illi deliteant. Conſtitutio autem frigida, & ſicca quum ipſius ſit ſenij, immo & exitij: quare oculorum uenæ non prominent, neq; in uniuerſum latent, ſed ſenſu uix perceptibiles ſunt. Inſuper a cauſis refrigerantibus facile læduntur, idcirco inæqualiter ſani, modo ſe bene, modo male ſe habentes: quod peculiare eſt omnis ſimpliciter ægri corporis. Interdum enim caput habent leuiſſimum ſine fluxionibus ſuperuacaneis, ob ſiccitatem eas depaſcentem: nunc uero deſtillationibus, atq; grauedinibus capiuntur, ubi ab infrigidantibus aliquantiſper oblæſi fuerint. Senſus præterea eis in iuuentute quidem ſynceri, illæſiq; ſunt, ætatis uero ſucceſſione celeriter marceſcunt, atq; omnia quæ circa caput ſunt feſtinam minantur

Color corporis humorum iudicat dominium.

D ſenectutem. In puericia etenim caloris natiui adhuc participes, & organa ex ſiccitate depurata habentes, & nunquam ſuperuacaneis udæ puericiæ abundantes ſenſibilia clariſſime diſcernũt. Aetatis uero curſu deficiente, atq; iam calore natiuo, & concoctione in eis circa cerebrum peſſum euntibus, eiuſmodi ſuperfluitatibus replentur, ex quibus deinde ſenſus organa cerebro compatibilia emarceſcunt, extinguuntur, extenuantur: ut deinde debilius calore ſopito, & ſpiritu incraſſato diſcernant. Aetas enim quum ſit menſura quædam alterationis corporis uiuentis de calido, & humido in frigidum & ſiccum, a uitæ ortu, uſq; in eius occaſum: atq; hoc cerebrum alias calidi, & humidi modicum habeat, hinc accidet illi, ut citius in oppoſitam cadat conſtitutionem, circa quam & uelocius ſeneſcat. Eſt equidem frigiditas, & ſiccitas ipſius ſenectutis terminus, & meta, iuxta quē omnia uitæ occidunt munia. Cæterum poſt natiuitatem capilli uix eis oriuntur, ob rationem ſuperius inductam: & male coaleſcunt, ob uaporis tenuitatem ex inopia caloris multum reſoluentis: tum ob pororum anguſtias ex penuria caloris dilatantis. Rufi autem ſunt ob cauſas antea dictas.

Aetas quid ſit.

Senectutis meta, & terminus, eſt frigiditas, & ſiccitas.

Signa Cerebri frigidi, & humidi.


Vdum poſtremo egelidumque Cerebri temperamentum his ſignis deprehenditur. Veternoſa pariter, & ſomnolentia hominem tentat: ſenſus quoque hebetes, minimeque uigentes,

uigentes, atque excrementis redundantes reddit: algor tales A facile molestat: plenitate caput temere afficitur: destillationibus, grauedinibusq; prompte tentantur huiusmodi temperaturæ, neq; tamen hi caluiciei admodum obnoxij sunt.

Humidæ uero, & frigidæ cerebri temperaturæ, autore Galeno, faciunt homines graui somno tentari, & ad somnum facile conuerti, sensibus quoq; minime uigentes, atque excrementis redundantes: & qui caput frigiditati, ac repletioni habent obnoxium, ac destillationibus, & grauedinibus, facile tentantur: neq; tamen hi calui fiunt. Hæc igitur indicia sunt cerebri tẽperaturæ, a quibus si progrediaris, ad unum quodq; sensorium dignotiones transferre licebit. Verba hæc sunt Galeni. Ast frigidæ, & humidæ cerebri intemperaturæ somnolentos, soporatosque efficiunt: ob uapores crassos, qui somni causa existunt: quod circa cerebrum infrigidentur, & densentur, ut deinde uehementes oppilationes efficiant, atque calorem ex corde prouenientem uehementer obtundant. Sensus præterea eorum hebetes sunt, & superfluitatibus redundantes: quia calor cordis, & cerebri multum frigiditate supprimitur, ut difficulter se ex imis ad exteriora exerat: quia cerebrum copiosis scatet excrementis. Concoctiones uero sunt imbecillę, ob calorem attenuatum, itaq; uapores indesinenter ad cerebrum eleuati, neque exhalare, neq; cursum ad inferiora petere possunt, propter meatuum ex frigiditate angustiam: quare incessanter somno capiuntur ex illis oppilationibus grauati, adeo etiam, ut hebetibus quasi rigescant sensibus, quum spiritus turbulenti, atq; organa sensuum non pura, perspicuaq; sint. Quod tamen & facile a frigore afficiantur, & caput plenitudini obnoxium habeant, atque distillatione, grauedineque facile corrumpantur, & nequaquam caluescant, ex prioribus declarationibus facile hæc omnia inclarescunt. B

¶ Quæ Ventriculi temperaturæ indicia.

CAP. LXIIII.



Entriculi natura quidem siccioris notæ sunt, si quis mature siti quidem uehementiore prematur, sed exiguis potionibus sedatur: a plurimis quippe grauedine, & fluctuationibus affi-

ciuntur,

C ciuntur, quum superfluitet id quod abundat: ad hæc cibarijs plerunq; aridioribus capiuntur.

VEntriculi indicia, Galenus ait, eius quidem qui natura siccior existit, si celeriter sitibundi fiant, & paucus eis sufficiat potus, a plurimo autem aggrauentur, fluctuationibus infestentur, autem superfluitet id quod abundat, & cibis delectentur siccioribus. Hæc Galen. Atqui uentriculi natura quidem aridioris indicia sunt, si celeriter sitibundi fiant. etenim sitis humidi est appetentia, autoritate Arist. lib. 2. de Anima. Gal. uero in lib. de constitutione mala diuer. Eiusmodi uero appetentia non exurgit nisi necessitate quadam pertrahatur ad id appetendum. In eo autem quidem qui siccus est uenter, facilius humidi adpetitur fomentum, atq; cum ipse etiam breuissima ex causa in sicciorem uergatur naturam, non abs re fit, ut leui momento uentriculum siccum sitis impetat. Sed exiguus ei sufficit potus: quia cum excessus facilis in siccius inclinans, sitim incitet, eo facilius per pauciorem potum priori restituetur naturæ. Siccum enim ad siccius uersum, minori humido ad suum reducitur temperamentum, q̃ humidum, aut temperatum. Multo autem grauabitur potu, & fluctuationibus infestabitur. augmentum enim substantiæ in quantitate, etiam uirtutis in robore suo augnentum postulat. Nõ tanto indiget potu, quem quidem concoquere non ualeat, fit tamen ut supernatet, fluctuationemq; importet. Edulijs præterea delctatur aridioribus. Sibi enim similibus omnis gaudet natura: quum cuiuslibet rei appetentia sit ad esse, minime uero ad sui interitum.

Sitis humidi est appetentia.

D

Humidi Ventriculi signa.

Humidioris autem indicia sunt, quum neq; siticulosi fiunt, & humorem superabundantem facile tolerant, & edulijs oblectantur humidioribus.

Humidioris autem, inquit Gal. si neq; sitibundi fiant, & superabundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus. Hæc Galenus. Rationes illorum indiciorum facile ex superioribus dignoscuntur.

Signa calidi Ventriculi.

Calidior præterea natura uentriculus, exactius quidem concoquendi, quam appetendi functionem absoluit, præcipue si

pue si dura, & coctu difficiliora ingerat: delectatur pluribus tum cibo tum potibus, neque quicquam gelidis, si moderatus ipsorum fuerit usus, læduntur. A

Calidior uero natura uentriculus, inquit, Gal. melius quidem concoquit, quam appetat: & multo magis quæcunque dura sunt, & non facile alterationem suscipiunt. nam quæ facile alterantur, in ipso corrumpuntur: gaudentque calidis potibus, ac cibis: neque a frigidis ullam percipit noxā, si modice ipsis utatur. Hæc Galenus. Atqui calidior uentriculus, melius concoquit, quam appetat: calidum enim magis concoctioni, quā appetentiæ subseruit. Concoctionem enim caloris proprij opus esse, Philosophus inquit. Ex quibus constat, uentriculi calor quanto sit robustior, tanto & eius concoctio sit efficacior, minime tamen appetentia. Frigus autem potius appetentiæ famulatur, quam calor: quod quidem euidenter ex Boreæ adflatu, hyemisque tempore experimur: item dum per niues, & aquas facimus iter: tunc enim uentriculi os adstringitur, atque ad appetendum irritatur. Caliditas uero mollificat, et corpora dissoluit, humoresque eliquat, qui effluentes loca inanita opplent. Itaque concoctionis in uentriculo sedes iure fundo eius ranque carneo: appetentia uero osculo ueluti nerueo imputatur. B Talis itaque uentriculus maxime dura appetit, & quæ suapte natura difficulter conficiantur. Compertum enim est, quod in genere agentium, & patientium inter se, ad hoc scilicet, ut actio patienti conueniat, etiam requiri, ut patiens agenti optime conueniat, uidelicet eandem patiendi habeat potentiam, quam agens habeat agendi: & e diuerso: aliter enim patiens ab agente minus absoluitur, immo potius corrumpitur, ut Galenus indicat, quando ait, ea quæ facile alterentur, in ipso calidiori uentriculo corrumpi. Alimentis præterea gaudet multis, tum potibus calidæ temperaturæ uentriculus, ratione caliditatis, quæ ei inest, multum concoctionem adiuuantis: uel calidis, ut penes Gal. habemus, quod simile suo gaudeat simili, quare neque frigida nocebunt ei, si modice ipsis utatur: namque per eam ad iustū reducuntur temperamentum.

Concoctio, caloris proprij opus est.

Agentium, & patientium inter se conuenientia.

Frigidi Ventriculi indicia.

Frigidior uero natura uentriculus, ut appetendi quidem uirtute uiget, ita coquendi munere friget, maxime si ijs quæ suapte natura difficulter conficiuntur, & frigidis alimentis, D

C oneretur: procliue enim in ipso acescunt. Amat uero gelida, sed facile ab eorundem immodico usu offenditur. Prauę uero temperaturæ, quę morbi ratione uentriculum occupant, hoc a cognatis dissident: quoniam contraria, necp uero simi lia affectant, quemadmodum naturales.

Frigidus uero natura uentriculus, iuxta Galenum, ad adpetendum quidem plurimum uiget, ad concoquendum autem minime, tales prę sertim cibos qui frigidi sunt, & non facile alterationem suscipiunt. Cito itacp in ipso acescunt, atcp ideo acidis eructationibus talis uentriculus plurimum abundat: & gaudet quidem frigidis, sed ab eorum usu immodico offenditur, ita & ea quæ extrinsecus frigida occursant, nequit tolerare, quemadmodum necp calidus, calida. Malæ uero temperaturæ quæ morbi ratione uentriculum occupant, hoc differunt ab his quæ naturales existunt, quoniam contraria, non autem similia appetunt, quemadmodum naturales. Hec Galenus. Atque frigidus natura uentriculus idoneus quidē ad appetendum, sed ad cōcoquendum ineptus. Sunt equidem frigida concoctioni minus obnoxia: eo uidelicet nomine, cp calorem obtundant natiuum, ideocp facile acescunt in ipso uentriculo ob caloris natiui inopiam, unde etiam acidæ oriun-
D tur eructationes. Gaudet ad hęc frigidis, sed ab immodico eorum usu læditur: cp intemperies gelida minime conueniat uentriculo, tancp naturæ coquo, utpote indigenti ad suum opus perficiendū calido. Quæ uero morbi rationem habent uentriculi intemperantiæ, ab innatis in hoc differunt, cp contraria, non similia ut naturales appetant. Membrum enim sanū, & incolume quod sibi est cōueniens attrahit, ægrum uero quod suæ constitutioni sit contrarium.

Quocirca si uentriculus decoquendo probe sua exequitur munia εὔκρατος, quod est, temperatus dicitur: ni secus, δύσκρατος, quod male temperatus sonat, est. Quod si fumosas ructationes edit, atcp uaporosas etiam exhalat, immodicus, igneuscp est eius calor. Sin acidas, plane econtrario: nempe frigidus. Atqui cibaria concoctioni resistentia consumunt, iustum caloris modum excedunt. Qui imbecillo sunt calore, hos minime conficiunt, sed pisces facilime concoquunt. Cōsideratione uero quadam obseruandum, propter

εὔκρατος. δύσκρατος.

humorem ne

humorē ne aliunde admeantem symptoma fiat. Phlegmatici nanque acidum: bilosi, nidorosum, uirosum, aut alias quaspiam qualitates absurdas, alienasque ructant: utrosque autem nausea infestat. A

Epilogus uentriculi aut temperati, aut intemperati, siue aliter affecti. Nam si probe concoquat uentriculus, temperatum eum esse quis ambiget? Si uero non concoquat, intemperatum? Item si fumosum ructet, ut in calido ostensum est, immodicum, igneumque esse? Si uero acidum, econtrario frigidum? atque qui cibos coctu difficiles conficiunt, nonne immodico esse calore ostensum est? Ideoque eos qui facile concoquant, ut pisces mollioris carnis, atque alios huiuscemodi corrūpere, carnes uero bubulas facile cōcoquere. Ediuerso tamen, qui has quidem conficere nequeant, pisces uero concoquant, consyderare oportet, num ob humorem aliunde affluentem accidat, quippe pituitosi humores acidum: biliosi, fumosum, & graue olens, atque alias quasdam extraneas qualitates ructant. Nausea autē utrisque cōmuniter accidit.

Atqui ubi sane sinuosum, crenosumque uentriculi loculamentum uitiosi humores infartientes superfluxerint, uomitu eijciuntur: uerum in tunicis hostioli uentris contenti humores, inani nequicque ad uomitiones nausea uellicant. B

Nauseæ, uomitionisque caussas ex stomacho prouenientes hic insinuat, quas etiam inter se differre liquido deprehendimus: nec enim nausea uomitione conuertitur, sed pręcedere nauseam, sequi uero uomitionem oportet. Est enim Nausea ad uomitum conatus, & stomachi impetus: quos uomitiones sequuntur, quibus potissimum nauigantes impetuntur: unde a nauibus, & nauigatione ναυτῖαν uerbum, & ναυτίαν nomen Græci fecerunt, quibus uomitiones, & ad uomitiones conatus indicarent: quos & Latini imitati Nauseam uocauere, irritum scilicet, ad uomitionem conatum. Verum si uitiosi humores, ut hic ostenditur, uentriculum impleant, atque in eius concauitate natauerint, uomitu eijci posse: at si in orificij ipsius tunicis cōtineantur, tūc hominem inani ad uomitū nausea incassum cruciare. Sic Celsus lib. 1. cap. 8. inter alia stomachum infirmum indicantia, ut sunt pallor, macies, præcordiorum dolor, in ieiunio dolor capitis, etiam nauseam, & nolentium uomitum enumerat.

Nausea, & Vomitio differunt.

Nausea quid.

Vomitio.

C ¶ De intemperaturis cum uentriculo coniugatis, atque adeo de indicijs Pulmonis. CAP. LXV.



Non uentriculus modo siticulosos, & ab omni plane siti uacuos reddit, & frigidi, calidiue potus appetẽtes, sed ea quoque uiscera quæ in thorace sunt, uerbi caussa, cor, & pulmo, atque adeo ipsum quoque hepar, sitibundos efficit: & quum potauerint, non protinus leuantur siti, & potius quum frigidum hauserint, quàm quũ calidũ nimis, eorũ cõpescitur sitis. Refrigerat autẽ eosdẽ, & gelidi aeris inspiratio, quũ ne tantillũ quidem solatij eis adferat, qui uentriculi ratione sunt sitibundi.

Malæ autẽ temperaturæ, autore Gal. in uentriculo coniugatæ, ex cõpositione simpliciũ cognoscũtur. Oportet aũt eas quę iam sunt dictæ diligenter aduertere, easdem ab his quæ dicent̃ distinguentes. Nõ solum enim uentriculus sitibundos, & minime sitientes facit, & frigidi, calidiue potus adpetẽtes, sed ea quoque uiscera quæ in thorace sunt, ut cor, & pulmo, sed qui ob horum sitiunt caliditatem plus inspirant, & longius expirant, atque æstum in thorace sentiunt, non sicuti
D qui uentriculi ratione in ilijs caliditatẽ patiuntur, & cum potauerint, non statim sedatur sitis, & magis cũ frigidum hauserint, quàm cũ calidum nimis. Refrigerat autẽ eosdem, & frigidi aeris inspiratio, quę nihil eos iuuat qui uentriculi ratione sunt sitibundi: ita & hi qui contrario modo se habent, a frigida inspiratione sensibilem sentiunt affectum. Hæc Galenus. Atqui licet commune alias signum caliditatis sit circa uentriculum, cor, & hepar, ratione sitis, attamẽ quibusdam certis, & differentibus internoscitur notis. Proinde licet non solum uentriculus sitibundos, & non sitientes efficiat, siue frigidæ, siue calidæ potionis adpetentes, uerumetiã, ea quæ in thorace contineantur uiscera, cor, pulmo, iecur: cũ itaque biberint tales, non ilico eorũ sedatur sitis, quod talis non tam cito eam refrigeret caliditatẽ huiuscemodi sitis radicem, siue fontẽ, sed quadam mora intercipiatur, donec ipsa uenas peruaserit, thoracisque partes attigerit. Itẽ frigida exiguaque potio, magis quàm multa, & calida eorũ sitim solatur. calidũ enim potũ ea uiscera omnino refugiunt: quũ uentriculus calidus hunc nõ admodũ abhorreat. Dictũ enim est, uentriculum calidum cibis calidis, et potibus refocillari.

Denuo

Deuuo aer frigidus inspiratus refrigerat eos, cũ nihil iuuet ob uentriculum sitientes, ꝙ ipsum scilicet non pertingat. A

Pulmonis frigidi indicia.

Ita & hi qui contrario modo, uel ex diametro, ut dicitur, sese habere uidentur, ab egelido inspiratu sensu perceptibilem omnino sentiunt affectum, & hoc quidẽ summũ, ac maximum esto frigidi pulmonis indiciũ. Quin & pituitæ excrementa cum screatu, & tussi expuunt.

Et hoc maximũ, inquit Gal. sit frigidi pulmonis indiciũ. Vt uero frigidum inspirantes manifeste dolorẽ sentiunt, & frigiditatẽ, ita & caliditas est ipsis amica, sed & pituitæ excrementa cũ screatu, & tussi expuunt. Hæc Gal. Neminẽ latet, ꝙ qui econtrario affecti sint, a frigida inspiratione sensibiliter molestari (quæ potissima frigidi pulmonis est nota) ob caloris natiui inopiam, qui ab aduenticia frigiditate magis infrigidetur, & pene quasi suffocetur. Ob quã rem pituita cũ tussi screando expuit. pulmo enim plus iusto frigidior, pituitosa adauget excremẽta, quæ male more cerebri concoquunt, interdumq; in loquente homine ascendẽtia spiritus meatus impediunt: deinde tussi, quę pulmonis, & pectoris motus est, reijciunt: quæ cõmotio idem agit pulmoni, quod sternutamentum cerebro. B

Signa Pulmonis aridi.

Cęterũ quemadmodũ pulmonũ siccitates ab omnibus retrimentis, atq; adeo pituita sunt uacuæ, ita & humidi excrementis maxime abundant: uocẽ reddunt raucã. Superfluitates enim talibus identidem intercidũt, præcipue quũ uehementius, aut acutius uerba facere contenderint.

Pulmonis aũt siccitates, ex Galeni autoritate, excremẽtis uacant, & pituita, & uocẽ clarã efficiũt: quemadmodũ humiditates obscurã reddunt, ac raucã: & cũ uehementius, aut acutius loqui studuerint, tunc intercidũt excremẽta. Hæc Gal. Quẽadmodũ enim aridi pulmones rarissime excremẽtis, pituitaq; abundãt, ita humidi maxime excremẽtosi sunt, & obscurã, raucãq; reddũt uocẽ, pręsertim si qs uel uehemẽtius, uel acutius loq studuerit. Cõtingit aũt ex organi uocalis siccitate multo secus in pulmonibus siccis, ueluti chordas musicorũ instrumentorũ siccas sonoriores esse percipimus, atq; in tẽpore quoq; sicciori ma-

C gis resonare audimus, quam udiori: ita clariorem uocem ex pulmone sicco edi per Gal. significatur.

Quibusnam cordis temperaturæ notis deprehendantur. CAP LXVI.

Simplicis temperaturæ cordis indicia.



Ordis quidem feruentioris notæ censentur, amplitudo respirationis, percussus, seu pulsus cum uelocitas tum frequentia: quandoque audacia, & furiosa temeritas, thorax hispidus & pectoretenus coprimis, & ea quæcunque sunt hypochondrijs partes proximiores. Magna uero ex parte, & uniuersum fere corpus calidum, calidi cordis temperatura reddit, nisi iecur uehementius obstiterit. Preterea inges thoracis capacitas, grandisque latitudo, ceu caliditatis indiciu notatur: nisi & hic quoque magnopere cerebrum renitatur.

CAlidioris igitur cordis, inquit Galenus, ut admodum qui ei proprius est, atque conueniens, indicia quædam sunt inseparabilia, & propria, magnitudo respirationis, & pulsus uelocitas, & frequentia, & audacia, & ad actiones natura prompta: quod si multum in caliditate excesserit, tunc furibunda quædam iracundia, & temeritas ad-
D sunt. Est autem his thorax hispidus, & presertim pectus, & quæcunque ilijs partes proximiores. Magna uero ex parte calidi cordis temperatura, uniuersum corpus calidum reddit. nisi hepar uehementius obstiterit. Hæc Galen. Atqui calidioris signa cordis sunt respirationis magnitudo, quæ pulmonis motio est, & diaphragmatis, & pectoris, quæ partim diastole conficitur, ad quam aëris inspiratio sequitur: partim systole, quam aëris exspiratio sequitur. Inspirando enim aërem attrahimus ad temperandum calorem intro alias æstuantem: atque respirando fuliginosum illum atque superuacaneum educimus: totamque hanc operationem uocamus respirationem: quanquam pro solo aëris ingressu apud Aristotelem ponatur. Pulsus uelox, et densus, qui cordis est motus, & arteriaru ex disparatione, & contractione (quarum hanc συστολὴν, illam διαστολὴν Græci nominant, autore Philareto) ad refrigerandum insitum feruorem, & discutienda, propulsandaque excrementa fumida æditur. Est autem pulsus citatus, siue uelox, qui in arteria momento dilatata quatitur: creber, siue densus, qui & spissus, & freques dicitur, qui punctum temporis quietis crebrum efficit, quorum ambæ

Respiratio & eius magnitudo.

Pulsus uelox, & densus

differentiæ

differentię in continuo, atque discreto cōsistunt. Creber enim arteria nō nisi momento quiescente quasi continuus est: citatus uero quū arteria modico tempore dilatatus sit, discretus, perinde ut Philaretus cōparat, ac si quis ocyssime uolet, ac subsistat. Velocitatis in hoc percussu caussa est, quia robur, & caloris uehementia in illo corde dominatur, tū spirituum copia. Quod idem & in denso perspicitur: nam ob caloris fortitudinē frequentiori, inspirandi, respirandique indiget motione, ut refrigeriū aliquod intro feratur, fuliginosum, superuacaneumque efferatur. Porro audaciam, atque furiosam ferocitatem calidioris cordis argumēta esse, euidentibus cōstabit rationibus. Peruulgatum siquidem apud Medicos est, animi mores ipsam corporis constitutionem representare, siue imitari. Calor enim robustus, & copia spirituum, animam fortitudini, atque audaciæ ita adaptant, ut aliquis ex natura, siue audax, siue timidus dicatur: quam totam ex cordis feruore prodire dispositionem, nemo est qui id inficietur. Illam animi aptitudinem quibusdā ita ingenitā esse præ alijs, manifeste cernimus. Sunt etenim iuniores senioribus audaciores, & calidiora animalia gelidioribus impetuosiora. Thorax præterea hirsutus, maxime secundum pectus, & ea quæ prę cordijs sunt uicina, quia ex caliditate membri alicuius pilos gigni prius dictum est. Est autē thorax uniuersa pars corporis sub ceruice per duodecim cōstructa uertebras. Esse insuper inquit ex magna parte totū corpus calidū, nisi magnopere renitatur hepar. Cor enim omnibus alijs membris instar regis influit: quo etiam qualitercunque affecto, taliter etiam & reliqua afficiuntur membra: ut in febrium ęstibus liquido deprehendimus. Huic hepar nonnunque obstat, sanguine suo conscendente ad cor, ut illic exactius concoquatur: & ni ille fortius renitatur cordi, minime tunc ei obstabit. Postremo quidem & latitudinem thoracis caliditatis indicium esse, Galenus eiusmodi attestatur uerbis: nisi & hic quoque cerebrum plurimum obstiterit: quoniā ei magna spinalis medulla respōdeat: tantæ uero sint uertebræ, quanta & spinalis medulla, quare & spina uniuersa. Quum uero cordis caliditas superans perflauerit, ac dilatauerit, in primo sui ortu thoracem, erit eiusdem caliditati proportione respondens. Quare cum caput paruum, thorax autem latus extiterit, maximū hoc tibi fuerit cordis caliditatis indiciū. Quum uero magno existente capite, paruus fuerit, proprijssimū hoc erit cordis frigidioris signum. Hæc de latitudine thoracis, caliditatis indicio Galenus.

A

Animi mores corporis constitutionem æmulantur

Thorax hirsutus.

Thorax quid.

C

Notæ Cordis frigidi.

In frigidiore uero corde percussus temperatis minores existunt: meticuloso sunt genio natura præditi, eiusmodi temperaturæ cor sortiti, & pusillanimes, sine audacia, maxime si nudum pilis habuerint pectus.

In frigidiore uero pulsus minores existunt, quã modo naturę conueniat: non tamen necessario (& hæc uerba Galeni sunt) tardiores, uel rariores. Tales autem timidi sunt, & sine audacia, & segnes, & nudum pilis habent pectus. Hæc Galenus. Quod autem cor frigidius pulsus reddat temperatis minores, hoc est, qui cordi temperato cõpetant, in caussa est caloris penuria. Sunt autem tales suapte natura timidi, pusillanimesq́, ex caussa opposita quã in calidioris cordis notis declarauimus, præcipue si glabrum fuerit eis pectus.

Cordis sicci indicia.

Cor siccius duriores reddit pulsus, & iram minus quidem procliuem, promptamq́, sed ferocem, & quę non facile placari queat, atq́ magna ex parte totũ simul corpus siccius, nisi D hepar cum uicinis partibus renitatur.

Cor autem siccius pulsus efficit duriores, & iram non promptam quidem, sed feram, & quæ non facile sedari queat: magnaq́ ex parte uniuersum corpus siccius existit, nisi hepar obstiterit. Hæc Galenus. Atqui aridius cor pulsus efficit duriores, qui ex constitutione organi eueniunt: quia instrumentum esse rigidius oportet, quod ex sicco fonte, hoc est, corde promanet. Simili modo & iram efficit, sed lentam, ratione siccitatis, cui non tam facile appetitus ille propulsandi iniuriam illatam imprimitur, quo semel impresso multo ferociorẽ reddet, ob fortem ipsius siccitatis ardorem modo accensum: quum siccitas cõmuniter lima dicatur caloris esse. Atq́ eam ob rem huiusmodi ira non facile pacatur: quia quod semel siccum arripuerit, mordicusque tenuerit, haud facile ab eo auelli potest, quanquam difficilius quidquã admittat, difficillime tum semel admissum dimittet. Tale pręterea cor uniuersum quoq́ corpus aridius facit, nisi iecur resistat, ut ex præcedentibus satis colliquet.

Siccitas lima caloris

Notæ

Notæ Cordis humidi. A

Humidius cor arguunt percussus molles, mores ad iram quidem procliuiores, sed ocyus placabiles, atq; uniuersum corpus humidius, si hepar non resistat.

Cordis uero humidioris signa, pulsus molles, et mores ad iram quidem procliues, sed talem, quæ facile sedari possit, & uniuersum corpus humidius existit, nisi hepar obstiterit. Secundũ uero coniugationem qualitatum primarũ uitiosæ cordis temperaturæ ita se habent. Hæc Galenus. Quod humidioris cordis percussus sint molles, & mores ad iram proni, sed quæ facile sedari possunt, ut ex puerorum iracundia facile colligitur, qui leui ex caussa in gratiam reducuntur: atq; quod totum corpus humidius sit nisi iecur obstiterit, ex prædictis nemini non patebit.

Signa Cordis calidi, & sicci.

Calidum, & aridũ cordis temperamentũ indicatur e percussu cum duro, tum magno, tum ueloci, tum deniq; denso: item respirationibus magnis, pernicibus, & crebris: & sunt omnes eiusmodi pectore pariter, & hypochondrio hirsutissimo: cæterũ ad functiones expediti, animosi, seu iracundi, impudẽtes, moribus tyrãnicis: atq; ut sunt quidẽ ad furorẽ admodum proni, ita facile pacari nequeunt. Compositæ cordis temperaturæ signa. B

Calidi, & sicci cordis, inquit Galenus, pulsus duri sunt, & magni, & ueloces, & frequentes, & respirationes magnæ, & ueloces, & frequentes, & multo magis ad uelocitatem, ac frequentiam uergunt, thorace cordi non aucto proportionaliter. Hi uero præ cunctis pectus habent maxime hirsutum, & ilia. Ad actiones aũt prompti sunt, & iracundi, & subiti, & mores tyrannicos habent ad furorẽ faciles, nõ facile uero placabiles. Hæc Galen. Atqui calidioris, & sicci cordis signa sunt, pulsus, & duri, & magni, & ueloces, & frequẽtes. Duri ob siccitatem, & duriciẽ arteriæ: magni aũt, & ueloces, & spissi, propter caloris intensionẽ. Atq; respiratiões magnæ, ueloces, frequẽtes: sunt enim percussionibus ex caloris in pulmonem, & pectus redundantia æquales. Hirsutissimi caussæ pectoris ex prædictis apparent. Similiter & præcordiorũ. Item & quare in negocijs tractãdis sint prompti, furiosi, audaces, moribus tyrannicis, ueloces ad iram, & non facile pacentur.

Notæ Cordis calidi, & humidi.

C Quod si calor, & humiditas iuxta excesserint, minus quidem prędictis sunt hispidi, uerũ ad munia queq; promptissimi; animo minime quidẽ fero, sed ad iram duntaxat prone: percussus magni, molles, ueloces, atq; frequentes.

Si uero caliditas una cũ humiditate dominabit, minus quidẽ his q̊s antea diximus, hi sunt hirsuti, ad actiões uero nihilominus prompti, non tamẽ ferior est animus, sed ad irã procliuis tantũmodo: pulsus uero magni, ac molles, & ueloces, & frequẽtes existũt. Hæc Gal. At si cũ calore uicerit humiditas, tales minus hirsuti sunt, q̃ superiores: quia uapor qui pili est materia, cũ supra modũ fuerit udus, maiori cũ difficultate condensat, & coagulatur, in pilumq; indurat. Expediti aũt tales sunt ad negocia: q̃d nequaq̃ esset, si humiditas exuperaret: ut in infantiũ motionibus cernere est perspicuũ. Neq; uero sunt animo fero, sed ad iram tantũ procliues, ob humiditatẽ cui facile imprimit, sed nõ tam mordicus retinenti: ad hoc q̃ humidũ nõ admodũ excandescat, ueluti siccum. Quod pulsus magni, molles, celeres, & frequentes sint, non opus est ea toties repetere.

Notæ Cordis humidi, & frigidi.

D Si cum humiditate frigus uicerit, percussus quidem molles, moribus uero pusillanimes, sed timidi, & desides existunt: tales glabro sunt pectore: & ut nunquam insaniunt, ita minime ad iram facile commouentur.

Humidioris uero, & frigidioris cordis, pulsus quidẽ molles, moribus aũt nequaquã audaces, sed timidi, & segnes existũt. Tales etiã glabrũ pect9 habẽt, minimeq; irã retinẽt, sicuti et ad irã nõ admodũ sunt prompti. Hęc Gal. Atqui humidioris, & frigidioris cordis pulsus q̃re molles sint, ex caussis in frigido corde demõstratis dignoscit. Morũ aũt pusillanimitas caloris inopiã arguit: similiter & timiditas, & segnicies, & pectus glabrũ. Quod neutiq; furiant, frigiditas in caussa est: q̃ neq; ad iram proni, ut eam neq; retineat semel susceptam, humiditas.

Notæ Cordis frigidi, & aridi.

Cor deniq; gelidum, & aridũ percussus quidẽ duriores reddit, ac paruos. Hi uero præ omnibus ab ira sunt alienissimi, sed semel perciti, iram mordicus retinẽt: maxime omnium pectus habent pilis nudissimum.

Frigidius

Frigidius uero cor, & siccius, pulsus quidē duriores reddit, autore Gal. & paruos. Hi uero præ omnib. minime ad irascendū prompti: cū aūt coacti fuerint, irasci quibusdā, retinent irā. Habēt aūt maxime omniū nudū pilis pectus. Hæc Gal. Frigidū, & siccū cor pulsus efficit duriores & paruos. Duros quidē ex siccitate: paruos ex frigiditate. Hi omniū minime irascunt, ob siccitatē cui nō facile imprimit: ob frigiditatē uero uindictarū minime appetētes. Si uero irati fuerint, irā retinent: tenacissime. n. apprehēsum in sicco hęret. Pectus corū est glabrū magis omnibus alijs, materia siquidem deficiente pilorū effectrice. A



¶ Iecoris temperaturæ indicia. CAP. LXXVII.

Signa calidi Iocinoris.

IEcoris calidę notæ sunt, amplitudo uenarū, flaua bilis abundātior: tēpore deinde status, summiq; īcremēti (ἀκμὴν Gręci nomināt) sanguinē habent tales calidiorē, & ob hoc uniuerso etiā, nisi cor ipm reclamet, corpe, uentre, ilijs, præcordijsue, hirsuti spectant. Incompositæ iocinoris intemperiei notæ.

Hepatis calidioris indicia, uenarū latitudo, rufa bilis abundantior, in cōsistenti uero ætate etiā atra, calidior ipsis sanguis, atq; eadē ratiōe corpus uniuersum, nisi obstiterit cor. His uenter, & ilia hirsuta. Hæc Gal. Hepatis calidi signa, uenarū latitudo, quæ siue a corde, siue ex hepate originē (de hoc enim Philosophi, & Medici nōnihil certāt) nanciscant suā, sat erit tamen scire nos, hepar inter membra principia esse unū a natura in sanguinis cōcoctionē ordinatū, quē deinde toti communicet corpori: quod si fuerit in se calidū, uenas hinc propagabit latiores. Calidi enim est dilatare, frigidi uero constringere. Venæ siquidē per quodcūq; membrū calidū permearint, semper latiores euadēt: quod apertissime in oculorū intuitu calidiorꝝ inclarescit. Cōstat itaq; in hepate sanguinē gigni cū alijs, atq; superuacaneis humoribus, minus tamē superabundātibus si hepar temperatū extiterit. Secus tamē in calidiori fit iocinore. nam substātia quędā calidior rubea, seu rufa dicta redundabit, quæ sanguinis essentiā dulcem, & unctuosam suo calore superat, quare humidum in eo adassatur, ut amarum fiat: ueluti in melle quod supra modum fit concoctum comperitur. Per hanc itaq; assatam in hepate materiā, totus accenditur sanguis, & calidior, & rubicundior corporis pererrabit partes, ni cor ei testiterit: talisque rubea, siue rufa, & flaua appellabitur bilis. Quæ si præterea adhuc B Venarum latitudo. Hepatis officium. Calidū dilatat, frigidum constringit. Bilis rubea, rufa, flaua.

C magis in hepate. Ob eius calorē superassetur, ut in uigoris ætate contingit, in atram uertetur bilem. Venter, & pręcordia in eiusmodi constitutione sunt hirsuta ex iocinoris caliditate redundanti, materiamq; pilorum multiplicanti scilicet uapore.

Notæ Iocinoris frigidi.

Frigidioris uero iocinoris indicia sunt, uenarum angustia, pituitæ abundantia, sanguis gelidus, atq; totius quoq; corporis habitudo frigidior: nisi cor nonnihil caloris per corpus diffundat. Venter, & ilia glabra.

Frigidioris uero, angustia uenarū, pituita abundantior, sanguis frigidior, & totius corporis habitus: nisi a corde calefiat: uenter illis glaber est, atq; ilia. Hæc Galenus. At frigidioris uenas esse angustas ex superiori satis apparet. Pituitæ autem multitudinē, & sanguinis frigiditatem ex gelido oriri hepate, quis demirabitur hoc? Per concoctionem illam debilem, ob caloris penuriam, necessum est sanguinem minus concoctū, & aquosiorem, quem hic proprie uocat pituitam, produci. Quodcunq; enim iuxta Philosophū concoquitur, illud & pinguescere debet.

Sicci Iocinoris notæ.

D Siccioris notæ sunt, sanguis cum crassior, tum & minime abundans, uenæ aridæ, atq; duræ, uniuersusq; corporis habitus aridior.

Siccioris autē, sanguis quidem crassior, & minus abundans, uenæ duriores, & totius corporis habitus siccior. Hæc Galenus. Atqui aridioris sanguis crassior, & minus abundans est, ob siccitatem sanguinem exedentem. Sic uenæ siccæ, atq; uniuersa corporis habitudo aridior, etiam propter hepatis, & sanguinis ariditatem. Cor huic siccitati resistere nequaquam potest: cum & ipsum per se siccum sit, atq; omnis humectantis sanguinis scaturigo ex hepate fluat.

Iocinoris humidi notæ.

Humidioris uero hepatis indicia sunt, sanguis copiosus, & liquidus, uenæ molliores, pariter, & uniuersum corpus: preterquam ubi cor obstiterit.

Humidioris aūt, sanguis quidē abundātior, atq; humidior, uenę aūt molliores, ita uero & uniuersum corpus: nisi partes ad cor attinentes obstiterint.

obstiterint. Hęc Gal. Humidioris notę, sanguis abundãs. s. q̃ntitate: ꝙ A constitutio humida nõ adeo absumat humidũ ut sicca, immo potius hoc cõseruet, unde sanguinis plurimũ abundat. Vdus autẽ est sanguis in sua qualitate: quod simile generet sibi simile.

Calidi, & aridi Hepatis signa.

Calidi simul, & aridi hepatis signa sunt: ilia hirsutissima, sanguis crassior, & minus abundans, amari fellis complurimũ, atq̧ per uigoris ętatẽ atri, uenarũ latitudo, & duricia, pari modo corpus simul uniuersum, & calidũ, & aridũ: qm̃ calor a corde proueniẽs, frigiditati quæ ab hepate proficiscit̃, facile dominat̃, quemadmodũ & caliditas a frigiditate uincit̃. Frigiditatẽ uero nequit cor humidius ad contrariã naturam traducere. Ad hæc liquido cõstat, quod ubi in unum utriusq̧ principij temperamenta confluxerint, ad unguem omnino corpus secundum illas afficietur.

Compositæ intemperantiæ hepatis notæ.

• Calidioris uero simul, ac ficcioris hepatis indicia, ilia plurimũ hispida, sanguis crassior simul, ac siccior, rufa bilis plurima est, cõsistente autẽ ætate & atra, uenarũ aũt latitudo, & duricies. Sic uero & uniuersum B corpus se habet. Nã quę ex corde caliditas originẽ habet, potest obrũdere eã quę ab hepate nascit̃ frigiditatẽ, sicuti & frigiditas caliditatẽ: siccitatẽ uero nõ põt humidius cor ad cõtrariũ habitũ trãsferre. Liquet autẽ, ꝙ cũ in unũ cõuenerint utriusq̧ principij temperaturæ, totũ exquisite secundũ illas afficit̃ corpus. Hæc Galenus de calidi simul, & aridi hepatis signis recenset uerba. Atqui calidi & sicci simul indicia, præcordiũ hirsutissimũ respectu aliarũ quarumcũq̧ constitutionũ: calor enim hic ubertim redundat, ob sedẽ iecoris istic positã. Sanguis pręterea & crassior, & minus abũdat: qa ab hac cõstitutione calida absumit̃, tum crassior, tũ paucior reddit̃. Amara bilis plurima: quæuis. n. cõstitutio plurimũ sibi generare sanguinẽ molit̃, nisi a quodã obstante impediat̃. Hæc aũt bilis per ætatis uigorẽ in atrã cõmutatur bilim, prodeunte quidẽ ætate quãdo magis, magisq̧ ipsa adassetur. Venarũ porro latitudinẽ, et duriciem, tum uniuersi caliditatẽ, et siccitatẽ, tanq̧ ex necessitate euenientia, ex antea iam dictis admittimus. Sane calor a corde procedens, ꝙ frigiditatẽ a iocinore ortam uincere possit, nullum est dubium: cũ emanatio caloris a corde, calidiori multũ sit potentior,

C tentior, quam frigoris ab hepate gelidiori: quemadmodum & frigiditas calorem. Est enim in summa, cor caloris fons, & receptaculũ. Esto iecur sit calidum: attamen a corde frigidiori, tanquam caloris autore facile conuincitur. Siccitatem uero eius cor humidius nequaquam, ut diximus, ad contrarium transferre potest. Igitur manifestum est, quod si in unũ coierint utriusq; principij tẽperaturę, secundum illas exquisite uniuersum affici corpus: ut si ambo gelida euaserint, totum frigebit corpus: & sic de alijs, nullo alio resistere præter hæc mẽbra potẽte.

Cor caloris fõs & receptaculũ.

Calidi & humidi Iecoris notæ.

Verum calidum & humidum Iecur, minus quidem hirsutum reddit præcordium (ὑποχόνδριον dictum) quam calidum et aridũ, sed plusculum sanguinis, uenas amplas, habitudinẽ humidam, ac calidam parit: nisi cor uehemener resistat. Si uero per multas supra iustum naturæ modum fuerit utriusq; qualitatis excessus, hoc pacto affecti, in morbos qui ex putredine, uitiosisq; succis proueniunt, procliuiter prolabuntur. Ideoq; longe magis, si plurimum humiditas, calidũ uero D paululũ augeat. Vitiosis præterea humoribus corripiũtur.

Humidius autem, ac simul calidius hepar, minus quidem quã calidius, & siccius, ilia reddit hispida. Plurimũ uero sanguinis, & uenas amplas, habitũq; calidiorẽ atq; humidiorẽ facit: nisi obstiterit cor. Si uero amplius in ambabus q̃litatibus a naturę modo recedat, a morbis q̃ ex putredine, ac uitiosis humoribus fiunt, facillime capiũ. Adhuc magis, si plurimũ augeaꝰ humiditas, caliditas uero nõ ita. Si autẽ contra, parum quidem humiditas crescat, plurimum uero caliditas, minime uitiosis humoribus laborant. Hæc Galenus. At calidum, & humidum hepar præcordium quod ὑποχόνδριον dictũ minus hirsutum facit, quam calidum, & siccum, ut superius ostensum fuit: sed sanguinis plurimum: quia sub tali constitutione optima fit concoctio, sub qua etiã humidum conseruatur, & minus consumitur. Ad hæc, quod quęlibet constitutio sibi proportionales adgeneret humores. Quod si plurimus a naturali modo, utriusq; fuerit qualitatis excessus, morbis qui ex uitiosis humoribus et ex putredine fiãt, facile corripiunꝰ sic affecti: idq; magis, si plurimũ humiditas, calor uero paululũ increuerit. Innumeri equidem humores in talibus gignunꝰ: qui ubi per calorẽ non optime coerceantur, facile putrescunt, atq; calore super ijs accenso, sępissime febricitant.

febricitant. Hæc ex superioribus de corde calido & humido, facilius A intelliguntur.

Humidi & frigidi Iecoris signa.

Humidius hepar, ac frigidius, pilis nudum habet pręcordium, sanguinem reddit pituitosiorem, uenas arctas, uniuersumq; corpus consimiliter infestat: nisi a corde in contrariam partem traducatur.

Humidius autem, & frigidius hepar habet ilia glabra, sanguinem uero ad pituitæ naturam accedentem generat, cũ uenarum angustia: sic & reliquũ afficit corpus, nisi a corde ad contrariã naturã transferatur. Hæc Galenus. Neminem latet, si præsentem superioribus conferat constitutionem, iecur humidius, frigidiusq; glabrum habere pręcordium, sanguinem pituitæ naturam imitantem efficere, ex cõcoctionis uidelicet malicia. Venas item esse angustas, atq; totum quoque corpus similiter affici: nisi a corde ad naturam cõtrariam traducatur.

Frigidi & sicci hepatis signa.

Frigidum uero & aridum Iecur parũ sanguinis, uenasq; B angustas reddit, corpus frigidius, pręcordium glabrum: nisi in hac re quoq; cor imperet.

Frigidius autem, & siccius hepar, cum pauco sanguine, & uenarum angustia efficit corpus, atq; frigidius, & ilia glabra: nisi & hic cor dominetur. Hæc Galenus. At frigidum, & siccũ parum sanguinis facit, quod in uniuersum ista cõstitutio sanguinis generationi aduerset.

De notis temperaturæ Testium.
CAP. LXVIII.

Calidæ, frigidæ, humidæ, & aridæ temperaturæ Testium indicia.



Calidum sane testium temperamentum procliue fertur ad libidinem, & marium est opifex, & fœcundum: genitales partes protinus obsepit pilis, et circumiacentes quoque locos contingit. Frigidius uero contraria efficit. Humidum, semine cum multo, tum humido abundat. Aridum uero parum quidem seminis genitalis, sed crassum generat.

Temperatura uero testiculorum, inquit Galenus, calida quidem, ad uenerem procliuis est, & masculorum generatrix, & fœcunda celerrimeq;

C lerrimeq; genitales partes obſepit pilis, ſimul autem & circumiacentes attingit partes. Frigidior uero contraria efficit. Et humida quidem multo, & humido ſemine abundat. Sicca paucum, & modice craſſum generat ſemen. Hæc Galenus. Atqui teſticulorum calida temperatura ad libidinẽ prona eſt: quod hęc ſperma in teſticulis multiplicet prurituí obnoxium. Et maſculorum generatrix, & fœcunda iſtiuſmodi eſt conſtitutio, maxime uero maſculorum quanquam: facultas gignitiua ſit in utroq; quodammodo, magis tamen proprie in maſculo, quam in fœmina, ueluti in agente. Generare ſiquidem quum magis ſit agere, quam pati. Celeriter hæc etiam genitales partes hiſpidas facit, atq; uicinas quoq; attingit partes, ut ſunt teſticuli, & penis: quę omnia teſtium caliditas impetrat, ut pili etiam uelocius creſcant: uirga dilatetur, ſemen pertrahaẽ, concoquatur, pruriginoſum efficiatur, ideoque & ocyſſime ad uenerem ſtimulet. At frigida teſticulorum temperatura huic longe diuerſam habet rationem. Humida uero humido, multoq; abundatˀſemine. Sub tali enim hoc conſeruatur, neq; abſumitur conſtitutione, atq; ſimile perpetuo ſuo gaudet ſimili. Sicca uero exiguum quidem & craſſum producit ſemen: quod aqueum in eo per illam conſtitutionem conſumatur.

D Calidæ & aridæ temperaturæ Teſtium notæ.

Calidum & aridum teſticulorum temperamẽtum, ſemen modice craſſum producit, & fœcundiſſimum eſt, & celerrime ad congreſſum mox a principio ſtimulat animans. Proinde ocyſſime eiuſmodi temperaturæ homines genitalibus, uicinisq; partibus hiſpidi redduntur, ſuperne umbilico tenus, inferne uero ad media uſq; femora, petulci, uehementiq; impetu prolabunẽ & irruunt in uenerem, ſed continuo ſatiantur, at ſi cogantur, iacturam faciunt.

Calidior uero, ac ſiccior, & craſſum ſemen habet, & fœcundiſſima eſt, ac celeriter ab initio protinus ad coitum excitat animal. Sed & his genitales partes citiſſime hiſpidæ fiunt, atq; omnes quę circumſtant ſupra quidem uſq; ad umbilicum, infra uero uſq; ad media femora. Petulca igitur eſt, & ad libidinẽ prona huiuſcemodi tẽperatura, ſtatim uero ſatiatur, & ſi cogaẽ offenditur. Hæc Galenus. Atqui calida, & ſicca temperatura mediocriter craſſum ſemen genitale habet, ob concoctionis bonitatem ex calore prouenientem. Craſſeſcit equidem omne

quod

quod optime concoquitur. Fœcundissima etiam talis est, quod semen optime coctũ, generationiq; ualde obnoxium sit. Hæc etiam celeriter ab initio, hoc est, ante pubertatis annos, ad concubitum excitat animal: quia calidum adiunctum sicco magis pruriginẽ incitat, facultatemq; expultricem magis proritat. Et sic etiam citissime partes genitales, ut sunt inguen, uirga, testes, reddit hirsutas, ac uicinas quoq; partes, superne quidẽ ad umbilicũ, inferne uero usq; ad femora. Eædem etiam partes quandocunq; tumescunt, & pilis obsepiuntur pubescere dicuntur. Solet etiã nonnunquam Veneris stimulus uapores quosdam extrudere ad cutim, ex qua deinde pili illi producantur. Et tumescunt interdum partes illæ genitales per continuam frictionem, qua alimentum copiosius huc pertrahatur, atq; tumorem illum attollat. Huiuscemodi etiam temperatura uehementer in libidinẽ irruit, sed ilico satiatur: quum seminis non sit adeo plurimum, caliditate & siccitate humidum absumentibus. Et si coacta fuerit, lædatur, quod supra modum exiccet: ideoq; incurrere phthysim faciat: in semẽ enim ex membrorum nutrimento transgreditur: quod non superuacuum erat, istud in ueneris actu expellitur. A

Pubescere.

Signa calidi, & humidi Testiculorum temperamenti. B

Quod si humiditas calori adglutinetur, hispidi quidem illiusmodi sunt, genitaliq; magis abundant semine, neq; sane in libidinem proniores alijs, sed minore detrimento ueneri præter modum indulgent. Si uero utraq; hæc calidum, & hudum modum uehementer excesserint, haud sine detrimento a uenereis abstinent.

Si autẽ caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidẽ tales minus, plus uero semine abundant, nõ tamen plus cæteris appetunt, sed minori detrimento præter modum uenereis indulgent. Quod si satis excreuerint, & caliditas, et humiditas, nõ sine detrimento a uenereis abstinent. Hæc Gal. At si caliditas humiditati copuletur, hirsuti quidẽ tales, ut in calido, & humido corde dictũ est. Abundant aũt magis genitali semine, ratione cõstitutionis calidæ, & humidæ, quę seminis plus generat, idemq; cõseruat: sed nõ magis appetũt alijs, quũ calidũ adnexum humido nõ pariat semẽ prurigini admodũ obnoxiũ, atq; si sicco esset coniunctũ. At frequẽs coitus minus ei obest: ꝙ superuacaneo seminali abundet. Calor enim, & humor si plurimũ increuerint, nõ sine noxa a uenere abstinet, immo plures incidet ægritudines.

C ## Frigidi, & humidi Testiculorum temperamenti notæ.

Si præterea testiculi frigidæ, ac humidæ temperaturæ fuerint, uicinæ undiq; partes glabrescunt, & serius futuere incipiunt, neq; procliues in libidinem irruunt. Aqueum, & tenue semen habent, inefficax, atq; infœcundum, muliebris modo sexus procreatiuum.

Si uero frigidiorẽ, & humidiorẽ temperaturam testiculi habuerint, partes circumpositæ glabræ sunt, & tarde rem uenercam exercere incipiunt, neq; proni ad actũ huiuscemodi sunt. Aquosum uero, & tenue ipsis est semen, & infœcundõ, & fœminarũ generatiuũ, uel omnino non generans. Hæc Gal. Atqui frigida, & humida testiculorũ temperatura, adiacentes partes reddit glabras, ex rationibus sæpius iam auditis. Et tarde incipiunt coire, ex caloris inopia concoquentis, pruriginemq; incitantis. Neq; proni in uenerẽ irruunt, caloris imbecillitate, pruritusq; ipsius absentia. Aquosum, & tenue est semen genitale ex concoctionis malicia: & parum fœcundum, fœminarumq; generatiuum, quum adeo sit tam male concoctum.

D ## Figidæ, & siccæ Testium temperaturæ notæ.

Aridũ deniq;, & egelidũ testiũ temperamentũ per cætera quidem ante dictæ adamussim respondet: sed crassius, & omnino paucũ eiusmodi tẽperaturæ semen genitale existit.

Frigidior uero, & siccior tẽperatura similis quidẽ in reliquis est antedictę. Crassius uero in ipsa semẽ existit, atq; omnino paucũ. Hæc Galenus. At frigida & sicca in reliquis quidem frigidæ, & humidæ testiũ temperaturæ est similis: ut partes sint glabræ, coitus tardus, ueneris non ardens cupiditas: nisi quod semen genitale hic sit crassum, ob siccitatem scilicet, & perexiguum.

¶ De Omissis. CAP. LXIX.



Q Væuis nostri corporis particulæ priuato quopiam cũ temperamento, tum effectu præditæ sunt, uerũ de omni in præsentia notis disserere nõ est operæpreciũ, quũ infinitæ propemodũ sint, & rem nobis omnem compendio perstringere sit propositũ: super his modo disserẽtes, quæ una maxime uniuersum quoq;

sum quoq; corpus afficiunt. De cæteris per earundē metho A
dum ratiocinandū ducimus, nō ab excrementis modo, ue-
rum ex reliquis etiam tum functionibus, tum symptomatis,
ipsarū tēperamenta indagātes. Tēpus igit̄, ne dicā, res ipsa
postulat, ut ad ea, quæ incōmodas totius corporis tempera-
turas emendare possunt, reliquā orōnis partē cōuertamus.

PArtes in nobis singulæ peculiarē quandā, & temperaturā, & uim obtinent, quarū omniū notas recitare satis longū esset, minimeq; necessariū: quū in præsentia tantūmodo etiā propositū sit Epitomen, siue compendiū quoddam tradere. Itaq; illas tm̄ se persequi partes autor hic insinuat, qbus una maxime uniuersum afficiat̄ corpus: ut sunt cerebrū, cor, hepar, uentriculus, & testiculi. Imitatus quidē in hoc Galenū, ut in superioribus demonstratū est, qui partiū differētias in quatuor uniuersas distinxit portiones, cū quibus etiā pręnominatis, oculorum, & totius corporis habitū, præcipue musculorū, pulmonis, uesicę, aliorūq; nonnullorū rationē habuit membrorum. De singulis itaq; eorū, atq; aliorū omniū, atq; uniuersarū de partibus in nobis sitarū tēperatura, siue uirib. ratiocinationi nostrę cōmittit̄, ut quarūlibet tem- B
peraturas ab excrementis, & reliquis etiamnū functionib. tū accidentibus, siue symptomatis colligamus. Nūc autē superest, ut quibus uniuersi corporis intemperies corrigi possit præsidijs commonstretur.

¶ Qui calidæ corporis distemperantiæ corrigi possint. CAP. LXX.


Vando igit̄ in calidis intemperaturis flaua bilis plus iusto abūdat, dū sane per inferna subit, nec quicq; negocij facessere, neq; satagere liquido cōstat. Cū uero sese ad superiorē uentriculū recipit, post exercitium, ante cibum, epota aqua, uomitione euacuandum est.

GAlen. lib. 6. de tuen. Sani. ubi de uitioso ꝓposuit corporis statu differere, atq; hos quemadmodū sanos tueamur inqrere, primū de ijs agit, qui calidius temperamentū sortiti sint, cæterū in humiditate, ac siccitate modice habeant. Talē equidē corporis naturā ab initio statim magis adparere sanā, quā eam quę in utraq; oppositiōe uitiosa sit, hoc est, quę ex calido, & frigido, & quę ex humido, & sicco cōsistat.

C Eandē enim citius edere dentes, articulatãq; citius proferre uocē, et ingredi citius, & singulis annis increscere ad portionē. Sed quū adulescentiæ annos cōplerit, exinde ad remissionē usq; manifeste calidiorē apparere, ut sic tū morbis, tū symptomatis facile obnoxia sit, quę a bili orianť. Multū em̄ calorē humorē depascere, sicciusq; temperamentum reddere quis ignorabit? Ob quā uidelicet rem Hippo. per calidas naturas, nō eas intelligit in quibus calidū innatū sit, sed in quibus calidū acre, ac mordax, acquisitū, & prætrr naturā existat. Idē & Gal. lib. 10. de curan. morb. cap. 5. agit, calidas, & siccas se uocare naturas, nō solū quæ a primo ortu tales ex proprio tēperamento sint, sed etiā quæ posterius ex calido, & sicco uictu, plurima dimotione, uigilia, cura, & alijs adquisitæ sint. Hinc etiam lib. 8. Therap. Meth. cap. 2. tales picrocholos Græce, quasi amaræ bilis homines nominet, ex Hippoc. in lib. de uictus acutor. sententia. Talium enim in. 6. de Sanita. tuen. Gal. ait, cū florens ętas iam sit, calida sit, nimirū eorū cōpositam temperiē calidā simul, siccamq; fore. In eiusmodi aūt temperamentis redūdare bilim, tum pallidā, tum flauā. Ergo quū absolutū eorū corpus sit, consyderari oporteat: utrū bilis excrementū illis per aluum expellať, an ad superiorem uentrem sit propensum. Si enim ad imas de-

D feratur partes, nullam solicitudinē esse habendam: sin superiorem petat uentrem, per uomitū esse emittendum: scilicet, longe ualere iussis philosophis ijs, qui uomere ex aqua tepida post exercitationes ante cibum uetent. Namq; uino nec ipse Gal. esse utendū persuadeat, nisi difficulter id ex aqua faciāt. Vomitionē præterea maxime esse petendam, quando temperamentum eorum ab initio calidius, sicciusq; fuerit, & quia hi etiam magis biliosi sint in præcipui uigoris ætate.

(Calidæ naturæ quō ab Hippoc. intelligantur.)

(Picrocholi.)

Ad hęc magna cū utilitate tales exercenť, nō quidē citata exercitatione, aut ualida, sed deside, & blandiore. Sunt qui dum uehemēter calent, nihil plane exercitationis admittūt, sed inambulasse, atq; lauasse sat habent. Quin a cibo etiā balneis capiuntur, ac gaudent potissimum.

Ad eundem uerborū modū Gal. in suo persistit sermone. Quin, inquit, exercitari his utilius est, nō acutis exercitationibus, & præuegetis, sed potius tardis, & mollibus: sunt enim omnes hoc in statu graciliores. Exercitationes autem consensu gymnastarū omniū extenuant acutæ, lentæ cōtra corpus implent. Esse tamen ex ijs qui impense calido sint

(Exercitationes acutæ, & lentæ.)

do sint temperaméto, qui exercitari prorsus nõ desyderent, sed inam- A bulationibus, balneo, & molli ex oleo frictione gaudere. Acre enim, & mordax id calidũ esse, quod ab his exhalet, nõ humectans, quale ἀτμίδης Greci uocẽt, nec suaue, citraq; morsum: hos uero a cibis quoq; balneũ iuuare. Repetijt hoc idẽ lib. 5. de Sani. tuen. Quibus cũ mordax a natura calor sit, adeo ut fumida gignat excreméta, his balneũ salubre esse, tum motus q̃ & exiguus, & lentus sit: multus aũt & celer, aduersissimus sit. Quod quidẽ Hippoc. Epid. lib. 6. hoc tã pręclaro cõfirmat Aphorismo. In calida natura refrigeratio, atq; potio quies.

Calidæ, & siccæ intemperaturæ medela.

Qui cum calore simul aridi sunt, ij sane humenti nutricatu indigent, neque tam humidis cibarijs, q̃ & id genus balneis. Ab exercitationibus uero tum plurimis, tum uehementioribus abstineant. Aestatis idcirco tempore citius lauare, deinde post cibum denuo, debent. Gelida quoq; potio præsentissimo illis est præsidio.

Eadẽ huic distemperantiæ cũ superiori adhibeť medela, nisi q̃ ma- B gis iuxta ariditatis coitionẽ, et excessum, cũ humectãtibus sit coercenda. Eatenus porro uictus speciẽ, ex Galeni præscripto, intendimus, remittimus, augemusq;, quatenus supra naturalẽ habitũ aucta, diminutaue temperamenti offendimus elementa. Itaq; quæ uictus ratio his laudeť qui calida temperie sint status increméti tẽpore, humiditatẽ tñ ab ortu mediocrẽ habẽtes, hæc ijs qui natura calidi sint, & sicci magis cõueniet. Hinc est, q̃d Gal. etiã admiserit, quib. mordax a natura calor sit, eosdẽ nõ semel modo, uerũ etiã bis die lauari, potiss. ęstate. Esse q̃q; boni succi nutrimentũ cõducere, in q̃ nihil sit acre. In sole autẽ istiusmodi, neq; uersari, neq; irasci, neq; multum cogitare debere.

Aridæ distemperaturæ remedia.

Siccis præterea intemperaturis nihil sane alienius est uenere: a laboribus item, æstu, solicitudinibus, uigilijsq;, q̃ fieri maxime potest abstinendum, eiusmodi temperaturæ hominibus præcipio.

At uenus, inq̃t Gal. li. 6. de Tuen. sani. siccis temperamẽtis est inimicissima. Quibus etiã exustiones, & lassitudines, & solicitudines, & uigiliæ, & motiones celeres uitandę sunt; & iracundia, cum biliosas na-

C turas maxime accendat, accutas pariat febres.

Humidæ temperaturæ medela.

Temperamenta porro natura humida in ætate pueriçiæ affectionibus, caussæ rationem ex defluxione, & plenitate, & putredine habentibus, tentantur. Quare exercitationibus multis, & ad unguẽ facta in uentre decoctione, atq; per lotium quoq; secretione egent. Hisce iterum atq; iterum priusquam nutrimenti quid capiant, lauari, & thermis naturalibus uti, plurimum prodest. Atqui prospiciendum est, ne defluxionibus, balneis, exercitio longo, ante cibum molestentur: secretione pariter quæ tam per lotium, quam inferiorem aluum fit, apophlegmatismis etiam interdũ, atq; purgationibus, eduliisq; boni succi, ac uino deniq; urinam ciente, utendum.

D Si eorum, inquit Gal. lib. 6. de sanitate tuenda, qui natura humidiores, calidioresq; sunt, temperamentũ ad frigidiorẽ, siccioremq; mutare speciem libet, contrariam his uictus rationem exhibeat: sin id custodire placet, ut in pręcedentibus habuimus, similem. Eiusmodi sane naturas in puerili ætate, fluxionum, & redundantiæ morbis maxime tentari, itemq; putredinis. Quocirca magis, & pluribus exercitationibus, & exacta uentris concoctione indigeant. Nam quicquid in hoc corrumpitur, id toti corpori morborum putredinis occasionem fieri. Propterea & ante cibũ bis, terq; hi si lauẽt, ac calidis sponte ortis utantur, maximũ inde sentire commodum. Huc tamen omne consiliũ dirigendum, ut ipsæ alias particulæ seruentur humidæ. Siccitatis enim culpa mortale fit corpus: & quæq; humidiora, licet non perpetua, attamen maxime diurturna. Quapropter qui tuendę huius corporis sanitati præficiantur magis prospicere debeant, tũ exercitatione, (ut dictum est) tum balneis ante cibum pluribus, tum iis quoq; quæ per uentrem, & urinas reddantur excernendis. Neq; prohibere quicquã quin et apophlegmatismis & purgantibus aliquando utant̃, anteq; omnia, cibis boni succi, ac uini potione quod urinas promoueat.

Siccitatis culpa mortale fit corpus.

Qui frigidæ intempetantiæ corrigantur. CAP. LXXI.

Gelidorum


Elidorum intemperamentorũ tria habẽtur discrimina, quorum omniũ quidẽ insaluberrimũ est aridum. Nam quod in ætatis processu grandioribus natu accidit, id ab initio statim tales infestat. Proinde humectandi, calfaciendiq; sunt eiusmodi, id quod pulchre quidem exercitationibus modicis, cibis humẽtibus, ac calidis, uini calidioris naturę potatione, somnoque diuturniore ac prolixiore, conficiť. Nobis præterea diligenter ut omnes quę singulis diebus in corpore saburranť redundantiæ superfluẽtes, euacuenť, prospiciendũ. Venus aridioribus simul uniuersis officit, potissimũ si cũ siccitate frigiditatẽ copulant: solis ea calidis, & humidis innocua est.

A — Sicca intemperies pessima.

Venus nocet aridis, & frigidis.

SVnt porro, inquit Gal. lib. 6. de Sani. tuen. frigidorum tẽperamentorum tres summæ differentiæ. Nam aut modice se habent in altero cõtrariorum pari, ita ut nec humidi sint, nec sicci: aut alterũ in his redundat, utiq; siccum, uel humidum: pessima tũ merito sicca temperatura. Quia quod tẽporis spacio senescẽtibus accidat, id ijs statim ab initio contingat. Ergo istos humectare, calefacereq; oporteat. Id fieri excercitatione modica, & nutrimento humectante, ac calido. Pręterea uini calidi potione, somnoq; liberaliore. Illud interim prouidentibus nobis, ut excrementa omnia quæ uel cibis, uel ex potione prouenianť, quotidie expellantur. De Veneris usu dictum esse & alibi, eã omnibus qui sicco temperamento sint inimicam esse. Nunc uero etiã ex hoc numero potissimum aduersam rem esse ijs, qui supra siccitatẽ frigidi quoq; sint. Nam nisi his innoxiam esse Venerem, qui calidi, & humidi sint, quiq; genitura naturali abundent.

Temperamentorum frigidorũ tres summæ differentiæ.

B

Venus quibus sit innoxia.

Vitiosę quoq; temperaturæ censentur, quæ sunt una cũ humiditate frigidæ: frequenter enim ægrotationibus, quæ ex defluxionibus oriuntur, solent corripi. Talibus ἀλουσία, exercitationes item crebræ, tenuior nutricatus, & linimenta deniq; modice calidiora opitulantur.

Malum uero & illud frigidũ temperamentũ est, ita Gal. procediť, q̃d cũ humiditate coniungiť: maximeq; id fluxionũ morbis est obiectũ. Cui succurriť balnei abstinẽtia, quę alias ἀλουσία, hoc est, illuuies diciť, exercitio, & uictu tenuiore, & unctionibus quę modice calefaciãt.

Tẽperamenti frigidi & humidi medela. ἀλουσία.

Quicunq;

C Quicunque porro frigidiores quidem natura existunt, modum uero siccæ ac humidæ temperaturę iustū obtinent, horum calor tum excitandus, tum roborandus est. Quod postremo ad humorem, & ardorem attinet, aurea in uniuersa uictus ratione commendatur mediocritas.

At qui frigidi natura sunt, cæterum in sicci, humidique temperatura modice se habeant, minus hos, uel ad sanitatem, uel ad corporis robur esse ineptos, quam qui in illis sint intemperati: horum ergo excitare, firmareque calorem expediat. In humiditate uero, siccitatisque specie, totam uictus rationem mediam esse exhibendam.

¶ Siccorum distemperamentorum in uentriculo exempli loco, paulo uero post reliquarum etiam intemperaturarum medela. CAP. LXXII.



ARidorum quidem distemperamentorum aliud sane in elementalibus solidæ essentiæ corporis partibus (quas Greci ὁμοιμερῆ σώματα, D quod est, similares, nuncupant) consistit, quū uidelicet aridiores, quā modo naturę cōueniat illę reddunt̃: id (per Iouē) deploratū est, neque uel Aesculapius ipse facile succurrerit.

Similarium partiū ariditas nullo medicamento uincitur.

HOc Galen. tractat lib. 7. cap. 5. Therap. Meth. ubi generales facit collationes inter temperies, & constitutiones uentriculi: ostendere uolens, omnium periculosissimā esse siccam, quippe immedicabilem prorsus, præsertim si sit ad unguem consummata. Verum quoniam inquit id non saltem possunt, & cætera. Autorem ipsum, si quis uelit, super eiusmodi re disserentem, consulat.

Aliud uero peculiari humiditate, qua corpis partes aluntur, penitus deperdita, in substātia ex humore cōpacta, cōstitutum est, Hæc per singulas animaliū partes roris instar dispersa, pulchre quidem in ijsdē continetur, sed absque alimentorum beneficio in partibus reponi nequit: quare per ardua fuerit talium quoque affectuum medicatio.

De ijs in sequenti, octauo scilicet capite idem Gal. agit: intemperiem siccam, sine affluxu substantię, id est, sine materia facta medicari docens, inquit. Nam est altera siccitas, & cætera.

Ariditatis

Ariditatis uenarum, arteriarumq; præsidia. A

Siccitatibus uero quę in exiguis cū arterijs tum uenis consistūt, haud admodum difficulter mederi datur, si incompositas partes singulas peculiari humore suo humectantiū alimentorum exhibitione impleuerimus. Non alienū itaq; fuerit, ægrotantē in aqua balnei mediæ tēperaturæ diutule immorari. Post lauacrū ilico lac recens emulctū propinandū est. Oportet autē mellis tepidi nōnihil, sed nō ita multū, lacti cōfundere: deinde trāquillitati, ad secundū usq; balneū, permittere: tum deniq; mediocriter, oleoq; pingui cōfricandi, quicūq; in hoc statu cōstituti sunt, donec exhibitū lac ad unguē confectū, nō ex ructibus modo, uerū ex uentriculi etiā tumore liceat colligere. Moderatū pręterea tēporis interuallum, quatuor uidelicet, aut quinq; horarū æquidialiū, inter primū, atq; secundū balneū intercalet, si tertio hominē lauare institueris: sin uero minus, pluriū. Porro a singulis quibusq; balneis ipsum oleo, priusq; uestib. amiciat, obliniendū censeo. Quin a secūdo quoq; balneo lac magna cū utilitate exhibebit, si eo delectet; sin secus, ptisanā adamussim, ut aiūt, elixatā, uel alicā ptisanæ modo confectā, atq; præparatā, quā Græci χονδροπτισάνην adpellitant. Deinde tranquillitate quieteue denuo interposita, uel ad tertiū lauacrum, uel ad cœnā agemus. Panis pręterea quo uesci oportet, eximie, atq; egregrie pręparatus, probeq; clibano (unde κλιβανίτης a Græcis dicit) assatus & syncerus, minimeq; impurus esto. Obsonij loco sumant pisces saxatiles, siue Oniscos piscis, quē Romani asellū, nonnunq; millepedā dicūt, Græci etiā banchon, & chellarē, siue gallariā nuncupāt, e iure candido. Atq; ut summatim perstringā, caput rectę educatiōis, in eiusmodi corpis statu est, ne quæ esui sunt, cōcoctioni renitant, sed nutrimēti exquisiti, optimi, neutiq; glutinosa, neq; plurimi retrimenti. Potū præbeat uinū dilutū, colore candidū,

B

C nõ impurũ, nullarũ ferme uiriũ (si modo ὀλιγοφόρος hoc quid est interpretamẽti admittit) clementẽ quandã adstringendi facultatẽ habens. Summę quidẽ, ac maximę siccitatis remedia hæc (quæ hactenus recensuimus) habentur.

Istiusmodi, & eodem in loco superius allegato, Gal. tractat, ubi ait. Diuersam ab ijs siccitatem esse, quæ in proprijs cuiusq; particulæ exilibus arterijs, uenisq; cõsistat: quæ etiam hæc ex sanguinis penuria proueniat. In huiuscemodi arteriarum, uenarumq; consistentibus ariditatibus curatio conueniens erit, quæ humidorum sit ciborum, ita ut singulæ partes peculiari impleantur ariditate: ob quam rem Galenus talem curandi his præscribit rationem, q͂ omnibus his siccitatibus maxime contrarius sit austerorum usus, siue ea cibi sint, siue potiones, siue medicamenta: quippe quæ si quid in ijs supersit naturalis humoris, id absumant, partim ebibentia, partim in sinum uentris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes trudentia. Curandæ autem taliter ipsæ sint, ut si qui meatus sint contracti, dilatentur, ac si quod in uicinas compellatur particulas reuellatur. Præterea singulæ similarium partium peculiari humiditate humectantis ope D repleantur, ueluti exempli causa historiam de quodam recitat, quem Galenus curauerat, a medicis siccatum. Omne curationis consilium huc spectasse, ut humectaret, tum uentriculus ipse, tum reliquũ corpus omne. Balneum quoq; ei ordinauit, in quo longissime uersaretur, attamen ut aquæ sit ad unguem temperatæ: frigidius enim latenter corpori infirmo frigus insinuaret: calidius autem constringeret, cogeretq; tenues meatus, ac densaret. Coacti enim remittẽdi sunt, & laxandi, ac dilatandi: quæ temperatæ aquæ qualitas præstat, utpote quum iucundissima sit, naturam ad explicandam se, atq; ad dulcedinem quam præstat, quoquo uersus remittendam prouocat: contraria uidelicet ratione ijs quæ sint iniucunda, a quibus recedit, fugitq; ad profundum. Ab eiusmodi lauatio, inquit Galenus, statim asininũ exhibui lac, sed inducta in ipsam qua iacebat domum asina. Lac igitur his ipsum per se esse dandum, tamen etiam mellis tepidi pauxillum immiscendum. Maximam uero esse habendam curam in eiusmodi affectibus de utriusq; bonitate. Hunc itaque iuuenem ad secundam usq; lauationem quiescere permisit, tum modice fricauit, & pinguiter; utiq; si lac quod sumpserit, iam ad unguem confecerit: quod

quidem

quidem ex ructu, tum uentris mole licebat conijci. Modicum uero interuallum inter primam, & secundam lauationem erit, si quatuor, aut quinque æquinoctialium horarum spacium intersit, scilicet si tertio adhuc lauare pares: sin aliter, plurium. Sane tertio lauabis, si multis lauationibus fuerit adsuetus. Delectatur siquidem, & iuuatur, si sæpe lauerint. Quinetiam post quanque lauationem homo ungendus est, priusquā se uestiat: quod ad renutritionē conducat id quoque, sicut & frictio. At si quidem delectatur lacte post secundam quoque lauationem, id exhibendum. Sin aliter ptisanam diligenter coctam, aut alicam ptisanæ ritu præparatā. De ptisana superius habuimus. Alicā conditam & hecticis administratā apud Gal. Therap. Meth. lib. 10. cap. 3. & 11. comperit. Eiusque prestantiā, tum usum in medicinis apud Gal. lib. 1. de Alim. faculta. habemus. Cuius etiā Plinius li. 18. cap. 11. meminit. Item & lib. 22. cap. 25. Sed audiamus Io. Manardum in lib. 12. Epist. 3. in fine, quasi de ptisana ita loquentem. De Alica, & Zea nihil scribo. Quoniam nihil plus compertū habeo, quam quod Hermolaus, & Marcellus tradidere. Nam & Galeni quoque tempore res obscura erat, & possumus nos hoc tēpore, absque humanę uitę damno utramque ignorare. Sed ad Galeni propositū. Hinc ubi rursus quieuerit, ad tertiam reducendus lauationem est, aut ilico ad cœnam. Sit autem præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno coctus (quæ κλιβανίτης καὶ κριβανίτης, id est, panis in furno coctus apud Græcos dicitur, ut autor etiam hic infert) & tum fermenti, & salis quod satis sit habuerit. Obsonium quoque ex saxatilibus piscibus, aut ex albo iure asellus. Saxatiles pisces uocantur, qui inter saxa uersantur, quorum nutrimentum & facile cōcoctile, & saluberrimum, sanguinem gerens temperamento medium. Asellorum Plinius lib. 9. cap. 17. & lib. 32. cap. 12. meminit. Et ut paucis alimenti summam complectar, Galenus ait. Sit coctu facile, & nutriens, minimeque glutinosum, atque excremētosum. Iam uini tum qualitatē, tum quantitatem memorat, utpote quod maximum ad talia uim habeat: quum uino utendum hoc censeat omnibus quibus corpus sit reficiendum, modo nō febricitent. Tale autem sit aquosum, cæterum leuiter adstringat. Id autem aquosum a natura sit, quod tenue, & purū, & oligophoron, quod scilicet si diluatur minimam sustineat aquę mixtionem. Quippe quod sit imbecillissimum, & ut in uinis aquosissimum. Econtra quod uini plurimum in mixtione sustineat œnode, hoc est, uinosum ab Hippocrate dicatur, a quo

A

Ptisana.

Alica condita.

Ptisanæ iudiciū apud Io. Manardum.

B

Panis in furno coctus.

Pisces saxatiles.

Aselli.

Vinum ijs utile, quibus corpus reficiendum.

Vinum oligophoron.

Vinum œnode.

C maxime cauendum: quoniam imbecillas uires feriat. Sed quod aquosum, & austerum a natura sit, id percommodum esse, quod & ab aquę imbecillitate recedat, & uini noxam nondum habeat. Hæc sunt maximæ ariditatis præsidia, quæ tamen adhuc copiosiora, quam hic sint recitata, apud Galenum inueniuntur.

Modicæ siccitatis præsidia.

Ariditas mediocris non tam exactam ad unguem uictus rationem desyderat, neque solidiorem, ualentiorisque alimenti nutricatum abhorret: uerum in medium ponatur nobis ariditas superiori haud quaquam absimilis, cui mediocris quędam fuerit copulata, & tanquam adglutinata frigiditas, in qua certe calorificorum materia pro frigiditatis modulo scite mutanda est: prædictis namque hucusque, de eadem re nonnihil adijciemus: lactis quidem usui, plusculum mellis, uinū non tam dilutum, quam id quod propositum est, exhibe
D bimus, sed meracius. Quin & cibaria caliditatis feruentioris, non naturalibus modo, atque insitis temperamentis, sed nuper etiam accersitis, ascitijsque qualitatibus, administrari nullo incommodo possunt. Porro nardino, aut mastichino unguento temperaturas iugiter ungendas censeo.

Super eiuscemodi Gal. lib. 7. cap. 7. Meth. Therap. in hūc modum differit. Sciendum, solidorum corporum siccitatibus necessario si perdurarit, frigiditatem succedere. Quia siccitas per se permanere nō possit, non mutata oppositione quæ ex calido, & frigido consistat. Quippe ex nutriendi defectu celerrime partes refrigerari: propterea scilicet, quod ex calido succo sanguinis nutriantur. Proponatur itaque & nunc siccitas quidem similis priori, cui frigiditas copuletur, quæ euidentes quidem habeat notas, cæterum magna non sit. Cuius quidem curationis consilium non simplex erit ut prius, quia non solum danda, quum opera sit, ut humectemus, sed ut calefaciamus. Quantitas autem noxæ in utraque intemperie ad materiæ inuentionē facile ostendet uiam. Calefacientis ergo materiæ tantū iam dictis admiscendum erit, quantum particula ipsa ad frigus inclinauerit. Ponatur eius principium modice refrigeratum. Ergo ijs quæ paulo ante retulimus, in

lactis quidem

lactis quidem uſu mel uberius adijciamus. Vinum uero, quod quidem ad genus ſpectat idem, cæterum quod minus aquoſum quam prius, & plurium annorum ſit dandum eſt. Quin etiam eſculenta omnia calidiora exhibenda, idq; non naturalibus modo ipſorum temperamentis, uerum etiam recentibus ex igni qualitatibus. Nardino præterea unguento ungendus aſſidue uenter eſt, ſic ut nunq; remaneat ſiccus. Sin id unguentum non adſit, maſtichinum ſatisfaciat. Sed & opobalſamo eum perungas, tum ipſo per ſe, tum uero cum iam dictis mixto. Adijcienda autem adhuc alia plura huic curationi pertinentia, quæ in ipſo autore intuitor. Satis enim ſit, amborum hic autorum demonſtraſſe conuenientiam. A

Frigiditatis, ariditatisq; præſidia.

Si uero plurima frigiditas cum ſiccitate iuſtum modum longe exceſſerit, tale quidem temperamentũ ut multo difficillimum iudicatur, ita cum primis correctioni renititur. Verum uel eiſdem ei medicamentis, uel melle per ſe elixato, deſpumatoq;, opitulatur. Vinum quoq; admodum uetus eiſdem eligendum exiſtimo. Nihil eſt quod aliud ſalubrius ita affectis medicamentum, requiras: eo, quod picatores iugiter uſurpant, uentriculo illitum, & etiamdum calidum, priuſquam refrigeratur auulſum: dormire præterea cum puerulo euſarco, ita ut is ſuperiorem uentriculum perpetuo attingat eiuſmodi temperamento, non facile inuenias quicquam magis idoneum. B

In eodem ſuperius allegato loco Gal. ſiccitatis intemperiei cũ multa frigiditate meminit, in cuius curatione fortius calefacere inſtigat, omniumq; primũ intemperamẽti genus ad memoriã reuocandum: quippe q; omnium grauiſſimũ eſſe oſtendatur. Quocirca ad corrigendum quoq; eſſe difficillimũ, multaq; ſolicitudine egere id, minime eſſe ignorandũ. Verum incipiendum ſimili modo a cõprehenſis prius materijs, ſperando ſcilicet fore, ut longo tempore per tutiores ſanetur affectus. Tutiores aũt eſſe has, quãdo in nardino unguento maſtichechia ſoluatur, q; pinguiſſima, ac purpura excipiatur in uſu. Vtiliusq; eſſe, modo copiacius ſit, ſi opobalſamum adijciatur. Mel præterea uberius cũ lacte dandum, detracta tum prius ſpuma: quo & minus Mel quibus utile.

 ſit excremen-

C sit excremẽtosum, et magis nutriat. Quinetiã mel ipsum despumatũ, per se optimũ nutrimentũ frigido uẽtriculo esse, ita ut calido aduersissimum. Vinũ autem eligendum semper est antiquũ, eoq; antiquius quo maior fuerit frigiditas. Sane optimũ medicamentũ talib. omnibus esse, quo picatores quotidie utant. Eo enim totũ illinire uentrẽ conuenire, ac post auelli, sed priusq; refrigeret. Atq; hoc si bis uno de inceps die factũ fuerit, abunde esse. Sæpius autẽ non expediat: quũ ita per halitũ digeratur, nõ sanguine bono particula impleat. Ex ijs præterea quæ uentri extrinsecus applicent, boni habitus puellum esse sic accumbantẽ, ut semper abdomen eius contingat. Esse enim qui catellos pingues in hunc usum habeant, neq; id in aduersa modo ualetudine, uerumetiam in prospera. Tales enim ijs qui propter siccitatem quoq; solam imbecillum uentriculum habeãt, esse idoneos affirmat. Seruandũ tamẽ ante omnia, ne puellus humecta sit ætate. Quũ ij qui noctu sudore perfundantur, refrigerent potius, q̃ calefaciant.

Puelli ad uentrem applicatio.

Ariditatis, & caliditatis modicę medela.

Vbi uero ariditati mediocris caliditas cõmiscetur, in hac quidẽ temperatura primã illã educationis rationẽ obserua

D re conuenit, ne uidelicet mellis unq;, uel tantillũ degustẽt in hac affectiõe cõstituti, minimeq; gentiũ uina pertusta hauriant: cæterũ edulia tepida, ac lactea offerre, & uentrẽ cũ omphacino, tũ melino perlinire cõducet. Verũ immodico quodam studio eos qui ita afficiunt infrigidare, discrimine minime uacat: qm̃ febris quodãmodo naturã hic status æmulat, ubi calor uidelicet supra quã par sit modum excesserit.

In capite. 8. libri præallegati apud Gal. uerba quasi eadem a Paulo nostro transcripta reperimus. Hunc locum, cum duabus adhuc historijs notatu dignis, in ipso autore, si placet, perquire.

Calidæ, & humidæ distemperantiæ præsidia.

Supponamus e diuerso calidam quidem intemperiẽ excedere, sed ei humiditatẽ iungi, atq; annecti. Eiusmodi sane in temperamento, aquæ gelidæ potione opitulabimur. Salutaris, atq; peridoneus etiã fuerit tum frigorificorũ, tũ cõstringentium esculentorũ usus. Sunto autẽ & istæc alimenta sic austera, ut calfaciendi interim potentia careant.

Humidita-

Humiditatis in eodem capite, inquit Gal. quę cum caliditate con- A
iuncta est, astringentium, & ciborum, & potionum usus. Sint autem & hi austeri sine calefactione.

Humidæ intemperaturæ solitariæ remedia.

Si uero humidū distemperamentū sine additamēto solū fuerit, arefacientia alimenta, quæ neque calfaciendi, neque refrigerandi uirtutē habent, præsentissimo sunt remedio. Consuetæ idem præstat potionis defraudatio, & abstinentia.

Eodē in loco, & idē inquit. Sunt porro ipsius humidę intemperantiæ cū sola cōsistit, remedia, cibi qui citra ualentem refrigerationem, calefactionemue siccent. Præterea consuetæ potionis parcitas.

Humidæ, & gelidæ distemperantiæ subsidia.

Cæterum humidæ intemperantiæ cum frigore copulatę, haud meliora subsidia inueniuntur, quàm quæcunque acrimoniam quandam præferunt, admixtis interim quæ adstringendi facultatem sine euidenti uirtute frigorifica obtinent. Eximium quoque ita affectis fuerit auxilium, modica potio, B
præsertim uinorum apprime calfacientium.

At eius quæ cū frigiditate est coniuncta, optima præsidia esse acria omnia idem inculcat Gal. quibus admisceri acerba debent, quę tamē citra manifestum sint frigus. Optimū quoque his esse præsidium potionem exiguam, atque uini, ea cuiusquam insigniter calentis: id autē constet minime nouū esse. Reliqua quoque omnia quæ foris applicent, ad eorum portionem, quæ comesta sint, & bibita, adhiberi debere.

Eiusmodi igitur habemus malarum temperierum, quæ in qualitatibus consistunt, suppetias.

In capite. 10. prædicti libri per Epilogum repetito, rursus sermonis initio capita eius recolligit: atque hoc loco finem habere uult uentris intēperies, quas extrinsecus nullus superuacuus alat humor. Deinceps uero ad eas quę ex eiusmodi quapiā occasione fiunt, stilum conuertit.

Quoniā autē humor qui uel in sinuoso uentriculi loculamento (sic enim κύτει interpretor) continet, uel in tunicis ipsius impactus est, distemperamentum subinde conficit, haud absurdū (arbitror) fuerit, de ijs quoque sermonē facere.

Quare

C Quare si quem prior affectus tentauerit, euacuato uomitu humore facile compescit. Quod si rursus ex alia quadam aut alijs proueniat partibus, adamussatim indagationem requirit. Causæ quippe exacta cognitio protinus curationem excipit. Quando uniuersam medendi ratione mittenti particulæ adhibere oportet, suscipienti uero interim prospicere, atque succurrere, ne tam procliue quod influit suscipiat. Quam quidem prouinciam non astringentia solum, sed ea etiam quæ euexiam, id est, bonam corporis totius habitudinem conciliant, pulchre absoluunt.

Caussæ noticiā statim sequitur curandi ratio.

Vndecimo prædicti libri capite Gal. super istiusmodi materia taliter disputat. Sæpe in uentriculi sinu humorem contineri, qui aut calfaciendi, aut perfrigerādi, aut humectandi, aut siccandi, aut horū etiam aliqua per coniugationē efficiendi naturā obtineat intemperiem creari: interim uero & in ipsas uentriculi tunicas (ut ita dicat) inhibitū, siue impactum. Prior itaque affectus si semel cōstiterit, per uomitū expurgatus facile quiescat. Si rursus ex alia quapiā, uel alijs particulis humor confluat, discerni, indigeat. Nam curandi rationē, efficientis causæ noticiam statim sequi. Confluunt autē nonnunquam ex alijs in alias particulas ea quæ in ijs redundant, ueluti ex capite ad oculos, ut in. 2. de differentijs febriū, cap. 17. demonstrat. Quo casu oportet eo curato quod transmittit, firmitati oculorū tantū prospicere, quo uidelicet eorum D quæ confluant, minus prompte quicquam admittant. In eundē modum in uentriculi adfectu oportet, ut id quod superuacuum transmittit inuenerimus, omnē huc curā conferamus. De uentriculo autē tantisper soliciti simus, ne quæ confluant prompte recipiat. Quod quidem duplici ratione fiet: una uidelicet omniū fluxionū cōmuni, quod adstringētibus perficitur repercutiendo: altera uero nō minus ipsa quoque omnium partium quæ ad bonā habitudinē reducantur cōmuni: nempe ex ipsarū temperiei mediocritate. Hic inspiciendū esse uult Gal. totū corpus, an scilicet excrementosum sit, an plethoricon, quæ fluxionem uentriculo immittant. Deinde, si id non uideatur, tunc singulæ expendendæ sint partes: totūque corpus ita æstimandum esse, ut tum redundantiæ, tum excrementorum notæ, ut in opere de Sani. tuen. & in lib. de Plenitudine continetur, optime dispiciantur. Semper tamē hunc canonem in lib. 3. Artis paruæ memoriter teneamus: effluxus si quos ad prin-

ad principales deferri partes cognouerimus, auertamus, atque ad illas impellamus, quæ nullum habeant principatum. A

Vitiosos uero qui in uentriculi tunicis continentur succos, medicamentis molliter purgantibus educere expedit: e quorũ numero est aloe, & q̃d inde præparatũ medicamẽ, amara, πίκρα Græcis appellata, & nõ raro ἱερὰ, quod est, sacra.

Vitiosos uero humores, qui in uentriculi tunicis impingantur taliter curandos esse Gal. in. 11. cap. lib. 7. ita præscribit. Sunt porro ad eiusmodi affectus idonea pharmaca genere quidem ea quæ modice purgant, sic ut eorum uis super uentris, et intestinorũ loca non ascendat: aut si quid ultra, uasa tantum in mesenterio contingat. Speciatim uero quæ ex aloe componunt̃, sunt aptissima. Etiã illa si præsto non sint, aloe ipsa. Hęc itaque nõ elota ualentius uacuat, elota uacuat quidẽ minus, sed roborat uentrem magis. Expedit ergo paratam habere, quã omnes Medici picrã, id est, amarã uocent. Hæc & alia Galen. Super eiusmodi etiam eundem Gallenum cõsule lib. 6. de Sani. tuenda.

Lentus porro, atque uiscosus simul uẽtri impactus humor pituitosus, primo dissecandus, atque ita deinde expurgandus est. Vbi uero quis opportunus, & appositus fuerit, uomitione, radiculæ beneficio, eijciendus. Sin autem neque glutinosus, neque crassus humor infestat, satis fuerit, uel ptisanæ cremore, uel mulso, uomitionẽ ciere, aut cremorẽ absinthij ex mulso sumere. B

Verum quibus lenta pituita uentriculo infigatur, ijs prius exhibenda, idem Galenus docet, quęcunque hanc dissecent: post deinde purgandum. Quod si ad uomendum sint idonei, nõ inutile sit per radiculam ex oxymelice uomere. Sin nec lentus humor sit, nec crassus, utique abunde sit a ptisanæ solius cremore uomuisse, itẽ a mulsa. Quo casu sumendum esse utriusuis plus quam uel nutrimenti, uel etiam deiectionis caussa sumeretur. Idoneum uero esse, & si mulsa in qua incoctum sit absinthium, bibatur. Nam id quoque succos tenues, quicunque uidelicet in ipsius uentriculi ore contineantur, cõmode deorsum impellat. Hæc Galenus.

Pari insuper, ac simili ratione, & reliquorum deinceps membrorum in prosperis temperaturis medendum est, hu-

C moribus ad commodos meatus deriuatis.

Sic Gal. cap. 13. prædicti libri, quē ita cōcludit. Omniū inqt, reliquarum partiū intemperies, similiter ijs, quas in uentre proposuerit, per sanari. Semper enim remediū cōparandum esse, quod affectui contrariū. Attamē remediorū indicationē, quæ a laborantis natura sumat adijciendam esse, de qua abunde satis ad finem totius libri peragit.

At si qui sensu saltē percipi queat, meatu pars destituat; redundātes ipsos cruores (quos ἰχῶρας Græci uocant) siue humores, ueluti spiritū quoq; flatuosum in ipsa contento, in halitum redactos, solutosq;, euacuare conuenit.

Hanc curandi indicationem a particula patiente sumptā, quæ tum in formatione, ac situ consistat Gal. in. 3. suæ Artis paruæ, siue Medicinalis apertissime hincinde insinuat. Verbi etiā gratia. De hepate supponit, si ita contigerit, ut de ijs partibus prius ostensum est, in quibus superfluitas fluxionis retineat, raræ, siue laxæ, siue molles natura existant, aut densæ, aut presse, aut duræ, ut in angustis uasorū finibus humores intrudant, qui uel lenti, ac tenaces, ac crassi sint, uel superabun D dent. Nonne in promptu esse crassiciem primū quidē una cū lentore, et tenacitate cibis, ac potibus extenuātibus ad partiū subtiliorū transferri substantiā, oportere? Deinde nō per angustos, atq; inuisibiles, sed latiores meatus quicquid existat infestū euacuandum esse? De ijs adhuc pulchriora ex autoribus undequaq; depromere, possemus equidem, si non prolixiores esse quam par sit, iure redargueremur. Ichores præterea Galeno tenues sunt corporis superfluitates. Ichores.

¶ Quæ sint alimentorum uires. CAP. LXXIII.



Vper alimentorū facultatibus orationē, quæ bona pars operis, corpori hominis tuendo dicati, esse uidet, rebus hactenus memoratis subnectere consentaneū arbitror, si anteq; singillatim, membratimq; eius commentationē aggrediar, exiguis quibusdā, ac pauculis adeo anticipauerimus. Opus sane necessariumq; omnino, si quicq; aliud est, alimentorum, sine quibus uiuere non possumus, uires, intus, & in cute, quod aiunt pernosse.

De Alimentorū facultatibus, & multos, & celebres cōscripsisse Medicos,

dicos, Gal. lib. 1. de Alim. facul. attestaͣ, eosdemq́ magna cura, præcipuoq́ studio in hanc speculationē cōuersos. Nihil præterea esse omniū fere quæ in Medicina tradanť hac utilius. Quoū aliorū siquidē præsidiorū nō passim, neq́ quouis tempore sit usus, at sine alimentis ne uiuere quidē, neq́ in secunda, neq́ aduersa ualetudine possimus. Adducitq́ ad hæc alia permulta, quę penes ipsum indagare liceat. Rationes quibus alimentorū temperaturę sint inuestigandæ, Io. Manardus, lib. 23. Epist. Medici. Epist. 4. tali modo describit. Primo, q̄ Medici quādo de temperatura cuiuspiā rei loquanť, nō de ea loquanť, quā in se, uel quo ad totā naturā habeāt (Philosophi enim hoc munus esse) sed tantum hominis consyderatione, ita ut ad calidū, aut frigidū, humidūq́, siue siccū dicať: quia corpus humanū calefaciat, frigefaciat, humectet, exiccetq́. Secūdo, Escas et Medicamina in hoc conuenire, q̄ utraq́ in nos agant, & a nobis patianť: in hoc tantum differre, q̄ Medicamina quidem agant potius q̄ patianť: escæ uero ecōtrario magis patianť q̄ agant. Tertio, escas tamdiu rationē medicamenti subire, quādiu in sanguinē mutenť, uersæ uero in sanguinē, siue calidæ, siue frigidæ fuerint, ab eis calorē semper augeri. Quarto, escas etiā ubi penitus mutatę a nutricēte ui sint, posse corpus reddere multo q̄ esset antea frigidius si uidelicet plus frigidiorū humorū, pituitæ scilicet, & nigri humoris, q̄ boni sanguinis, & bilis generent. Omnia siquidē nutrientia, iuxta Gal. lib. 1. de Temperaturis alterant corpus aliquo modo: quæ si longo tempore offeranť, ualde alterent, atq́ manifeste corpora immutent. Itaq́ cibus non extrinsecæ cuiuspiā rei consyderatione, uel comparatione emetiendus est, sed tantū relatione ad humanū corpus iudiciū statuendum, ex hoc enim quod habet, ut sit homini cibus, q̄ talem cum homine habeat similitudinē, ut conuerti in eius substantiā possit. Nanq́ illud quod agit dum mutať in hominis corpus, non tamen ob id esca, sed Medicina potius dici debet. Ob quam rem Plinius librum uicesimum suæ Naturalis historiæ exorsus, maximū hinc opus ait, naturæ ordiemur, & cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse per quæ uiuat. Quare oportet, si quicquam aliud, ciborū nosse facultates. Virtutes enim ciborum scire necessum est, qui sanitatis suæ studet esse solicitus, inq̄t Oribasius. Sic Psellus Imperatorē inhortať, ut usum, atq́ peritiā uelit honestissimorū, & cōmodissimorum ad uictum pertinentiū habere: ut ab ijs contrariorum uitam tueri possint, & mala auertere.

A

Alimentorum tēperaturæ quibus rationibus sint inuestigandæ.

Escæ, & Medicamina in quibus conueniant, aut differant.

B

Nutricētia omnia corpus alterant.

Medicina.

Ciborum uirtutes sunt pernoscendæ.

C Epulæ igitur extenuatoriæ facultatis, meatus ueluti obice obstructos recludunt, congelatos, compactosque, ac tenaces immodico lentore, seu glutine humores discutiunt, proijciunt, atq; abstergunt, crassos dissecant, attenuantq;. Cæterũ dum diuturnior eius facultatis alimentorũ usus, cũ serosa, tum biliosa excrementa auget, atq; coaceruat. Quin si quis largius æquo ijsdem infarcit, atrębiliarius inde sanguis cõstituitur. A iugi propterea ipsarum usione abstinendum est, præcipueq; ijs qui biliosiorem naturæ statũ sortiti sunt: conducunt nanq; his tantummodo, qui pituitæ, crudi, ac uiscosi, crassiq; humoris, ceu struicem quandã ingentem, ac grauem aceruarunt.

Cibi extenuandi uirtutem habentes.

Extenuandi uirtutẽ habentes, inquit Oribasius, cibi, aperiunt angustos pori transitus, quæ sunt infixa proijciũt, glutinosa subtiliant, pinguia extenuant. Quæ diu tamẽ in uentre sunt tardantia educunt: quæ manducant, aut aquosa, uel cholerica superfluitas est, utiq; & magis augmentatũ melancholicũ componat sanguinẽ. Sic eius frequentem D usum interdici, & maxime qui cholerica sint temperãtia. Nisi forte ad eos solũ qui phlegmate, & crudis, & glutinosis, et pinguibus humoribus collectis repleti sint. Quæ autẽ ista sint medicamenta extenuandi uirtutem habentia, lib. 2. de uirtute simpliciũ idem prodit autor. Atq; quæ in cibis extenuẽt, li. 3, de ciborũ cõfectione prolixiori agit capite. Psellus quoq; de uictus ratiõe, li. 1. idẽ facit, & Valla in de tuen. Sani. per uictum libro, quæ hic sigillatim minime recensenda esse, duxi.

Medicamenta extenuandi uim habentia.

Cæterum quæ impinguantis naturæ sunt alimenta, idoneum, & quantum satis est nutrimentum præstant. Et si in uentriculo, & iocinore pro debito utriusq; munere probe conficiantur, inculpatũ sanguinem pariunt, splenem uero, heparq; obturant. Horum uero alia quidem crassioris dun taxat succi existunt, uerbi gratia, lens: alia uiscidi, ueluti maluæ: nõnulli cum crassi, tum glutinosi humoris facultatẽ obtinent, ut quæ testa integũtur, & inde ὀςρακόδερμα Græce nominãttur. Ad tuendam igitur incolumitatem, longe tutior extenuans est educatio, ea quæ impinguandi uirtutem possi

dtt, Sed

det. Sed quoniam paucissimi alimenti cõsistit, nihil neq; fir- A
mitatis, neq; roboris corporibus præbet. Oportet prEterea
nõnunq; quum indigentia quempiã corrigit, ac urget, escas
plurimi ualentiorisq; nutrimenti offerre. Potissimum uero
absq; discrimine sumpserint ij, qui exercitationibus uacãt,
& qui ex sententia sua somnũ, quantũ uidetur, capiunt. Qui
buscunq; autẽ anteq; cibum sumant, exercitationibus ope-
ram dare non est integrum, daps quæ crassiores succos effi-
ciunt uitent cane, ut ita dicam, peius & angue. Inertes quoq;
& ignaui, ne per somniũ quidem id genus alimenta admit-
tant. Quemadmodũ porro ignauia perpetua, & immodi-
cũ ocium ad tutelam sanitatis multo plus officit quam con-
ferat, sic mediocris agitatio ad tuendam ualetudinem sum-
mopere conducit.

Hæc uniuersa partim sumpta sunt ex Oribasij Euporiston, lib. 1. B
partim uero ex tertio eiusdem autoris libro de ciborum cõfectione.
Autorẽ hunc qui uelit consulat eadem quæ hic recitanẽ offensurus.

Mediæ uero materiæ cibi, quæ neq; impinguãtes, neq; ex
tenuãtes sunt, omniũ præstãtissimi habenẽ, utpote qui me-
diocris essentiæ sanguinẽ generant. Vt igitur eius farinæ,
corporibus nostris commodissima sunt esculenta, ita quæ
uitiosum producunt succũ, summo sunt dispendio: quapro
pter manibus, pedibusq; semper uitari debent. Detestari de
niq; uaria, diuersiq; generis edulia satius est, potissimũ si di-
uersimodis, atq; repugnantibus fuerint potentijs prædita:
concoctu nanq; difficillima quæcunq; hoc modo assumun-
tur, ingerunturq;.

Eadem tractat & Oribasius loco superius indicato.



De Oleribus esculentis. CAP. LXXIIII.

Lactuca, θριδακίνη.

Actuca liquidam cũ refrigerandi, tum hume
ctandi facultatem obtinet, quo nomine etiam
soporem conciliat. Hæc ut inter olerũ omne

C genus præcipue nutrit, ita egregij, eximijq́ etiam ſucci ſanguinem producit.

Olera. Olera unde dicantur. OLera per Theoph. lib. 7. de Hiſto. plantarũ dicuntur eſſe quę nobis uſui, ciboue ſint. Hęc a noſtratibus uulgo nominantur Eſshaffte ſpeiſs von kraut, das man ſeyet vnd iſst. Quæ quidem ab alo uerbo nuncupari, aut ab olla oleris nomẽ deduci, autore Hermolao uolunt: ſed iuxta Varronẽ, nõ ab olla uaſe, ſed a nomine uiri proprio uocari, eoq́ poetã ueronenſem alludere uoluiſſe: Non olera Olla capit. Hæc de Oleribus. Atq́ Medicorũ plærịq́, teſte Gal. li. 2. de Alim. facul. Lactuca. lactucæ olus, ceu ficus autumnalibus fructibus pręferre. Humidum hoc, frigidumq́ olus eſſe, idem lib. 6. de Simpli. Medi. facul. fatetur, non tamen extreme: ſiquidẽ edendo minime foret, uerũ maxime ſecundũ aquæ fontaneæ frigiditatẽ. Inter olera omnia nullum inuenitur melioris ſucci: ideoq́ ſanguinẽ plurimũ laudabiliorẽ producit. Hiſtoriã Galeni quã ipſe de ſe in loco modo allegato, de lactucæ uſu D recitat, ſubiungere ob præſentis loci commoditatẽ placuit. In iuuentute inquit, quoniã aſſiduo os uentriculi bile efferueſcebat, æſtus moderandi gratia lactucas eſitaram. Quũ autẽ ad prouectam perueniſſem ætatẽ, olus hoc cõtra q́ in iuuentute, ſomnũ iam ſtudio accerſenti mihi, auxilio fuit. Quippe qui etiamnũ iuuenis lucubrandi gratia uigilijs dedita opera me aſſueſeceram, declinante etiam ætate, ipſa ex ſe inſomni, grauius hoc malo moleſtabar. Aduerſus quod unicum mihi præſentiſſimũ remediũ lactuca ueſpere cõmanducata ſemper fuit. Thridacine. Thridax. Græce hæc Thridacine, & uulgo nunc Thridax ab omnibus appellatur. Hanc ob prędictam, atq́ alias uirtutes tali carminis ſui elogio, ſuæ adpoſuit cœnæ, Bap. Pieria.

Caumate in ardentis ſtomachi Lactuca niuale
Delicium, & ſomni dulcis alumna ueni,
Si modo ſit mundus cultor, non lota placebis.
Et prima, & grata eſt menſa ſecunda tua.
Gratior æſtiuo es, dum Syrius æſtuat orbe,
Sed ualeas, ſi uult gaudia noſtra Venus.

Intubum, ἴντυβον.

Intubus eandem quidem cum refrigerandi, tum hume-

ctandi

ctandi facultatem, uerumtamen lactuca nonnihil inefficaciorem, possidet. A

Intybi oleris diuisionem in erraticum faciunt, & satiuum. Satiuum Græcis Serim, in Latinis Intybũ: agreste in Græcis Picrida, aut Cichorium, in Latinis Ambubeiam adpellant, autoritate quidem Celsi libro. 2. capite. 29. Nicolaus Leonicenus allegat Plinium libro. 22. Heliotropij duo genera describentem, in eisdemque comprehendentem uideri illam Intybi speciem, quæ a Medicis Greco nomine Cichoriũ adpellet, cuius flos nocte ueluti desyderio cõtrahat ceruleũ florẽ: heliostrophiumq; unũ eorum uocari, alterũ Tricoccũ, illudq; nasci nõ nisi in pingui solo, hoc uero ubiq;: si decoquantur in cibis placere: quidnã aliud hoc Heliotrophij genus esse, cuius flos cerulæus existat, & non nisi pingui, cultoq; nascat, quodq; si decoquat, in cibis placeat, præter eam quã dixerit Intybi speciẽ? Licet Dioscorides ubi de Seride tractet, ueluti unã eiusdẽ seridis notificandã duxerit, atq; proprietates longe ab Heliotropij uiribus diuersis assignarit. Marcellus inter cætera etiã prodit Intybi uoce corrupta ab Hetruscis hoc Endiuiã passim nominari. Quare Io. Menardus Epist. Medici. li. 17. Epist. 1. edocet ad amouendam malam Iecoris temperaturam, eius uenas deobstruendas, pallorem, & calorem, ex his consequentes mouendum, utile esse ut decoctũ Eupatorij, & Intybi, hanc Endiuiam, illam Agrimoniam uocant, ebibatur, earundemq; succis absinthij oleo adiecto exteriora fouenda. Per ea quidem præsidia, tum totius corporis, & naturalium affectus, Deo adiuuante, auferri. Cæterum idem libro. 5. Epist. 4. Intybum syluestre Cichorium: domesticum, Endiuiam apertissime uocat. Itidẽ & in alijs facit locis. Ex quibus summatim colligimus, sub intybo ambo hæc medicamenta tam Cichorium, quam Endiuiam sub uno comprehendi nomine, ambo iocinoris presentissima remedia. Cui & Baptista suffragatur sententiæ; nam de Endiuia, & Cichorea uno hoc una agit carmine.

B

Intybi diuisio. Seris. Intybus. Picris. Cichorium. Ambubeia. Heliotropij duo genera apud Plinium. Heliostrophium. Tricoccum. Eupatorium. Intybum. Endiuia. Agrimonia.

Frigida campestris minus est, & amarior, hepar
 Intyba demulcens, bilis utranq; timet.

Malua, μαλάχη.

Malua frigorificę quidem uirtutis est, sed clementis, atq; Malua.

obscuræ:



C obſcuræ: efficaciorem uero habet humectandi potentiam, unde & propter gluten, & uiſcoſitatē ſuam, uentris quoq; ſubducendi poteſtate prædita eſt.

Quoniā pro olere malua in quotidiano cibo uſum fuiſſe, Flaccus hinc inde apud Latinos, apud Græcos Heſiodus teſtimonia dant. Refrigerandi facultate manifeſte maluam abeſſe Galen. lib. 2. de Alim. facul. prodit: humidā uero, glutinoſamq; eſſe, ideoq; facile deorſum labi, præcipue quū oleū, garumq; affatim una hauriatur. Ad concoctionē tamē mediocriter ſe habere. Si betæ, inquit Gal. de qua inferius agit, maluę & lactucæ ſuccos inter ſe cōparauerimus, tenuē, & abſterſoriū in beta, craſſiorē, lentioremq; in malua: mediū autē utriuſq; in lactuca comperiemus. Hæc tam Malache, q̄ Moloche apud Græcos dicitur. Hinc Columella.

D Et Moloche prono ſequitur quem uertice ſolem.

Beta, τεῦτλον.

Teutlon, quam Romani Betam dicunt, ſua abſtergendi facultate durā quoq; aluū lenit, ac deijcit: proinde ſi crebrius, aut largius eſtur, uentriculi os, qui ςόμαχος a Græcis appellatur, lancinat: hepar item, ac ſplenem, uicinasq; ipſorum partes, ceu obice quodam obturat.

Betarum duo genera.

Betarū duo eſſe genera, quotquot de ea ſcripſerunt omnes perhibēt: alterā ſcilicet candidā: alterā uero nigrā, illamq; huic omnes prætulere. Colorem Betæ facilem, Columella hoc indicat carmine.

Sic & humo pingui ferratæ cuſpidis ictu
Deprimitur, folio uiridis, pede candida Beta.

Huic abſterſorium ineſſe ſuccum, Gal. lib. 2. de Alim. faculta. ſcribit: adeo, ut aluum ad excretionē extimulet, ſtomachum uero nonnunq; demordeat, ijs præcipue quibus ſenſilioris ſit: eoq; largius cōmanſa, ſtomachum infeſtet. Iecoris tamen obſtructionibus magis q̄ malua accōmodari, magis autem ubi cum ſinapi, aut aceto eſtur. Similiter manducata, lienoſos mirifice iuuare. Germani hanc Rōmiſch kōl, Mangolt, appellant.

Braſſica, κράμβη.

Braſſica recocta ſi ea datur, aluū comprimit: ſemel uero

duntaxat

duntaxat, ac ne tum quidem ad unguē elixata, sed quasi sub A
cruda, cū oleo & garo, saleue commansa, uentrem potius lu
bricat: perinde atq; cremor quoq; ipsius lentis cremorē pur
gandi facultate, uiribusq; præcellit. Cæterū brassica marina
multo euidentius, atq; adeo magis etiam aluum præmollit,
atq; subducit: nam salsitudinem quandam, subamarulentumq; saporem præfert.

Brassicæ, quæ caulis alias dicitur a Diosco. lib. 2. cap. 111. enumerantur tria genera, Satiuæ, Agrestis, & Marinæ. Siquidem illæ ex hortorum, rurisq; disciplina, ad usum sanitatis in familia præstanda, ab autoribus traditæ fuere: hæ uero diuersis in locis nascentes, ad Medicinæ usum colligunt. Brassicæ siquidem succum purgandi uim quandam obtinere, Gal. lib. 2. de Alim. facul ta. tradit: cōtra solidum eius, siccitatis ratione, corpus magis, q̄ deiectionē cohibere possit. Quum igitur aluum humectare animus sit, ahenū propius admoueamus, in quo una aqua elixa sit, ipsamq; cōfestim eximamus, uasculoq; in quo paretur oleum cū garo, aut salem cū garo iniiciamus. Aluū uero humentē siccare studentes, quū mediocriter bulliisse uideat, priorē aquā effundamus, repenteq; aliā calentē iniiciamus, ac rursus ita in ea discoquamus, usq; dum tenera, flaccidaq; euadat: uenrris subductione proposita minime discoquamus. Tunc enim nō omni spoliari succo intendit, sed quia tum maxime liceat, seruari. Quicquid enim elixatur, propriū succū omnino quidem minime retinebit: at si amplius decoquatur, plus eius amittere necessum erit. Rettulit etiā ipse lentē Brassicæ modo parandā esse, tunc utrunq; olus uentrem simul ducere posse, atq; sistere. Recocta itaq; tali modo præparata dicunt, hoc est, Disephtos, siue Brassica, siue Lens sit. Hæc duo æquo inter se modo siccant, propterea uisum hebetiorē reddūt. Marinæ autē elixæ cibū aliorum omnium maxime soluere, Dioscor. ostendit: sed ob acrimoniā suā stomacho inutilem. Omnibus oleribus aiūt Catonē anteponere Brassicam iuxta Varronē, proptereaq; nomine oleris Brassica intelligi, ut in Germanico apparet uocabulo, Kōl.

Brassicæ genera tria.

B

Recocta.

Halimon, ἅλιμον.

Halimon item, quod Romani Albucū quoq; dicere uidentur, quoniā salsuginosum est, uentrem exonerandi potestate uiget. Cæterū brassica stomacho accommodatior, et

C utilior, eo quod mediocris quoq; astrictoriæ uirtutis esse deprehenditur. Lac porro, semenq; prolificum auget.

Vbi Marinã Brassicam ob eius salsilaginem, et lenem amaritudinẽ in aluo deijcienda habere uirtutẽ edocuit, subijcit idem & Halimon præstare: cognata duo ueluti olerare cõiungens: utraq; enim ad mare nata, salsi saporis, ex quo aluo deijciendæ accommodentur. Halimum. Plinius Aureonẽ uocat: qua appellatione & Copus in sua uersione usus est. Manardus in lib. 9. Epist. 3. Halimon se uidisse iuuenis adhuc in maritimis Vmbriæ, memoriæ tradidit.

Aureon.

Blitum, & Atriplex.

Blitũ, atq; Atriplex aquosiora sunt olera, aluũq; emolliunt, atq; deijciunt, sed pauxillum alimenti præstant.

Blitum. Blitus. Blitum, siue Blitus, apud Græcos etiam βλίτον, erumpere ocyssime Hermolaus dicit, semen ut betæ corticeum, copiosum, racemosumq; ut Atriplici, radice tñ non una, crassa, in rectũ tendente, ut beta, & lapathon, & maxima pars olerum, sed cõtinuo, multiplici, ac prolixa. Insipidum, & sine acrimonia, ut apud Menandrum fœminis mariti eo D conuicientur, easq; Bliteas uocent, aut Blito despectiores: tam nullum in morbis, neq; in sanitate usum habebat. Atriplex omnibus notum est olus, de quo etiam in superioribus habuimus, quod Germani Mylt, uel Millte appellant. Hoc antiqui Atroplexũ uocabãt, quod nunc etiam nomine parũ decurtato Trepexum, a Græcis Chrysolochanum, quasi aureum olus dicitur. Huius quoddam genus in Pineto nasci, Plinius scribit, lactucæ simile, quod Io. Manardus lib. 9. Epistol. 3. suspicatus est hoc olus esse apud etiã cõmune uulgus Spinachia nominatũ. Sunt etenim quibus uideat Atriplex cũ spinachijs idem esse. Cæterum Galen. lib. 2. de Alim. facul. aquosiora hæc esse inter olera recitat, qualitatis expertia, & insipida, & magis etiam q̃ cucurbita. Nonnihil etiam eiusmodi olera ad leuigandam aluum momenti afferre, maxime si cum humiditate glutinosam sortiantur lubricitatem. Veruntamẽ id ipsum in eis perquam exiguum esse: quoniam nulla in ipsis sit, uel acris, uel nitrosa qualitas, quæ aluũ queat ad excretionem irritare. Nos in prædictorũ usu autoritate Serapionis, Spinachiam uulgariter Binetsth uocatam, præferimus, nostris olitoribus familiarem: magis enim Atriplice alit, aluum leuigat, laudabiliusq; nutrimentum post se relinquit. Detergit, abluit, choleram compescit, pectori, pulmoniq; confert.

Atriplex. Atreplexum. Trepexum. Chrysolochanum. Spinachia. Spinachiæ laus.

Aculeata

Aculeata uero omnia, cuiusmodi Carduus, et Atractylis A est, quod est Cnicũ satiuũ, uel ut alij dicunt, colon rusticam & huius classis alia, stomacho summopere cõueniunt. Dempta Cinara, praui namq; succi hæc est esca, & præcipue ubi durior iam euaserit. Quare præstantissimum fuerit, elixam hanc oleo, garoq;, una cũ coriandro esui accommodare.

Aculeatas huiusmodi plantas e terra modo exortas, priusquã spinis asperent, plerosq; rusticos mandere, Gal. lib. 2. de Alim. facult. infert, tũ etiã in aqua coctas. Crudas uero garo, acetoq; immergere, coæas oleo insuper ungere. Olera præterea omnia leuissimum alimentum, & humidum, ac tenue exhibere, tum in illo, alijsq; inculcauit locis. Aculeata stomacho mediocriter prodesse. In quo genere plantarum sit carduus, colus rustica, & uccata Leucacantha, Labrũ Veneris, Cnicus, Tragacantha, Atagis, & quæ pluris q̃ pro merito pendatur Cinara. H. Barbarus in secundo Corollarij libro, ostendit Scolymon a Theodoro carduũ dici, diu florentem, ac sero. Distareq; a cæteris spinosis: quod radix eius uescendo sit decocta, & cruda, & maxime dum florescat, quodq; lacteũ succũ durata emittat. De qua plura penes eundem enarrantur autorẽ. Hanc Cardum Auicen. li. 3. uocat Harsusum, li. 2. Romani uero Strobylum Dioscoride autore. Colus Rustica, quã & Atractylida, & Fusum agrestem nominãt, Gal. lib. 6. de Simpl. Medicam. facul. Cnicũ esse agrestẽ asserit, hoc est, quã medicina hodie Cartamũ uocet, aliqui Crocum Sarracenũ. Idem & Theophrastus nõ uno saltem in loco sentit. Cinarã porro succi esse praui, pręcipue quum durior iam euaserit, idem Gal. affirmat: tum enim biliosi humoris copia abundare, totamq; eius substantiã ad ligni magis naturã degenerare, adeo, ut ex ipsa melancholicus, ex succo terreus, & biliosus producatur humor. Præstare itaq; coctam una cum coriandro, si ex oleo, garo, uinoq; sumat: Coriandrũ uero minime addendum, si in patina, aut sartagine præparetur.

Olerum alimentum quale sit.

Scolymon. Carduus.

B

Cardum. Harsusum. Strobylum. Colus rustica. Atractylis. Fusus agrestis. Cnicus agrestis. Cartamus. Crocus Sarracenus. Cinara.

Apium, Olusatrum, Sion, Smyrnium.

Apiũ satiuũ, Olusatrũ (quorũ illud Græcis σέλινον κηπαῖον, hoc uero ἱπποσέλινον dicit) sium, quod odoratũ iuncũ quidam, alij Anagallidẽ aquaticã appellant, Smyrnium, omnia

C quidem & singula proritandi, & implendi lotij potestatem obtinēt, cæterū posterius hoc odore, & acrimonia præstantius est, & urinā pariter, ac menses cōmouet. Sed Apia suauiora sunt, ideoq; stomacho idonea magis uidentur.

Apium. Hipposelinum. Equinum fœniculum. Olus atrum. Smyrnium. Petroselinum.

Apiū quid sit notū est. Satiuū quod Gal. lib. 8. de Sim. usq; adeo calidū esse uult, ut & urinas, & menses cieat, flatus quoq; discutiat, & magis quidē semen q̄ herba ipsa, & Hipposelino similem inesse uim, nisi quod imbecillius sit. Hoc equinū uocatˀ fœniculū, q̄ altitudine equū superet, quod olus etiam atrum dici autor noster indicat, cū tamē de Smyrnio id Romæ dici Gal. uelit. Hipposelinon, quod & Equinum, quidam Smyrniū esse uolunt, quod ab aliquibus pro Petroselino habetur. Confunduntˀ istiusmodi inter se aliquando, ut unū pro altero ponatˀ. Omnia tamen hæc summatim ciendæ urinæ potestatem habent, ut Gal. lib. 2. de Alim. facul. prodidit: sed apiū inter cętera familiarissimū esse, & ori, stomachoq; gratissimū. Equapiū uero & Sium insuauiora. Smyrniū insuauitate carere, ideoq; Romæ plurimū uen-
D di acrius longe, calidiusq; quā apium, sed aliquā odoris uim habere, quapropter & Apio, Sioq; efficacius urinam mouere: ad hæc mulieribus menses prouocare.

Eruca, εὔζωμον.

Eruca, olus hoc magnā excalfaciendi uim obtinet, & geniturā augere creditˀ, & ob id in uenerē stimulos addere, capitisq; eum dolorē quam cæphaleam nominant, inducere.

Eruca. Olus hoc, iuxta Gal. lib. 2. perquam manifeste excalfacit: adeo, ut nō solum absq; iunctis lactucæ folijs edendum sit credatur. Præterea semen augere genitale, & in uenerem addere stimulos: caput tamen magis si solū edatur inuadere. Hanc uulgus Vueissen senff nominat.

Nasturtium, Ocimon, Sinapi.

Nasturtium, κάρδαμον Græce, ocimum, sinapi, olera calidæ admodum sunt potentiæ, & acorem præferunt (in primis uero nasturtium) concoctioni resistunt, stomacho sunt noxia, & prauos succos, quando eiusdem naturæ habentur, in corpore pariunt.

Nasturtium

Nasturtium duorum esse generum Hermol. scribit, Mite, ac Syluestre. Prioris quoque rationem esse duplicem, album scilicet, & nigrum. Græcos hoc Cardamon uocare etiam Marcellus tradit, quod cordi, quod cardian ipsi uocent, utile, & accommodatum sit, ut animi torporem excitet. Semen eius causticæ facultatis particeps esse Gal. lib. 7. de Simpli. Medi. facul. indicat. Hoc hactenus nostri Cressonem uocitauere. Istiusmodi usus sit modicus: quia nimium stomachũ, et hepar calefacit, sanguinemque adurit, & nutrimentum illaudabile præbet. Potest tamen sumi ante pastum cum aceto, croco, sale, & oleo ad appetitus instaurationem. Ocimum recentiores Græci iuxta Hermolaum, qui de rustica re scripserint, basilicon uocauere. Simili modo Hetruriã hanc Basilicam, quasi regiam uocasse Marcellus affirmat. Hinc uulgus nostrum Basilien appellat. Herba est odorata: cui Io. Manardus in lib. 9. Epist. 3. haud absimilem in iuuentute sua uidisse recitat, quam etiam pro Ocimo habuisset, nisi hirsutior fuisset, quam Syluestrem fuisse a præceptore suo iudicatũ sit. Eam ægre in stomacho mutari Diosco. lib. 2. cap. 130. tradit: proinde non commodum esse, ut in corpus sumatur, Gal. lib. 9. de Simpl. Med. facult. admonet. Siquidem quod recrementiciam habeat humiditatem, quanquam ex secundo sit ordine calfacientium. Sinapi, quod & Napi dicitur, teste Galeno, in libro. 8. calfacit, & desiccat ordine quarto. Vim habet, ut Valla asserit, resoluendi, & distrahendi, in capite, & stomacho humiditatem. Visum offendit, calidumque iecur. Efficax tamẽ ad cõcoquendũ, & ciborum crassiorum discussionem, eliquat in uentre humiditates. Cum cautione igitur, & iuxta constitutionis temperamentum hoc utendum esse, ex dictis modo colligimus.

A — Nasturcij duo genera. Cardamon. — Cresso. — Ocimum. Basilicon. Basilica. — B — Sinapi. Napi.

Vrtica, ἀκαλήφη.

Vrtica (quæ a Græcis ἀκαλήφη, tum κνίδη nuncupatur) maxime tenuium est partium, uentrem autem modice subducit, & parcius alit.

In censu olerũ nihil inuisius urtica nasci Marcellus asseuerat: nihilominus tamẽ antiqui ea usi sint, quibus iocundũ uidebatur, ocimo & urtica se recreare. Quẽ usum Gal. lib. 2. de Ali. facul. omnino damnat: quod tenuibus constet partibus: quapropter pro cibo a nemine sumatur, nisi perquam immensa fames eo compellat: sed ut obsonium, & medicamentum aluum ducens conuenienter accipi. Cnides præterea dicitur a κνίζω, quod cum dolore pungi, uexarique significet.

Vrtica. — Cnides.

C

Gingidium.

Bisacutum. Gingidium.

Bisacutum (sic enim Romani γιγγίδιον appellant) olus est Sandici non absimile, plusculũ astrictoriæ qualitatis, amaritudinisq; retinens: aptius est stomacho, ita quidẽ, ut cibum fastidientibus appetentiã reuocet, cum aceto sumptum, sed exiguum corpori alimentum præbet.

Hoc nostra ætate, quale olus sit ignoratur, ut ex Plinij, & Diosco. uerbis percipimus. Ille enim in Syria, hic in Cilicia & Syria nasci, & seri dixerunt. Eiusmodi in lib. 2. de Alim. facul. in eundem æque modum Gal. mentionem facit.

Quæ præterea syluestria olera prædicantur, pestilentissimum omnino succum generant.

Olera syluestria

Syuestria esse ex Gale. lib. 2. de Alim. facul. intelligimus, quæ passim in aruis, campisq; citra ullam agricolarũ curam sponte sua prouenianat, ueluti undiq; & syluestres nominentur uites, quæ nullam repastinantis, sarcientis, aut pampinantis, aliamue Vinitoris operam requisierint. Commune tamen omnium syluestrium plantarum est, ut uitioso constent succo. Neq; ita tamen cõmunis satiuorum aliqua ratio est, sed propria singulorum uirtus, ut ex prædictis partim perceptum est.

D

Capparis.

Capparis quoq; cibi appetitũ illicit, hepatis, & lienis oppilationem laxat, ac discutit, pituitamq; educit. Vsus eius in primordio cœnę commendatur ex oxymelite, quod est, aceto mulso: uel oxelæo, hoc est, ex oleo, atq; aceto.

Capparis.

De Cappari, cap. 22. satis abunde dictum est. Ad nos sale conspersus importatur, quod solus asseruari non possit, quia putredini obnoxius. Viridem tamen plus habere nutrimenti Gal. lib. 2. de Alim. facul. asserit, quia multum eius ex salitura amittat: nihil itaq; penitus nutriturum ni sal ablutus sit, aluum tamen subducturum.



¶ De Olerum asparagis. CAP. LXXV.

Blitum, lactuca, atriplex, malua, betaq;, stirpẽ quidem humidam habẽt, asparagũ uero (quo nomine Græci Cymam uocant) siccum. Raporum contra, sinapis, radiculæ, nasturtij, pyrethri,

rethri, brassicæ, & omniũ deniq; aliorũ calorificam uirtutẽ habentium, planta quidem arida, cyma uero humida est. A

Hæc omnia sumpta sunt ex Gal. li. 2. de Alim. facul. cuius uerba hic tantummodo explanandi gratia perstringemus. An per ph, an p, secunda asparagi syllaba sit proferenda, id sibi minime esse curæ, ait. Quia bonę ualetudinis curã, non autem Atticarum uocularum captatorũ habeat. Quum enim ferme Græci omnes teneros coliculos, quũ ad fructus, seminisq; eruptionem increuerit, asparagos p, litera sonent, illorũ ipse uirtutes prosequaт, postea permittens unicuiq; utenti, ut libeat appellare. Esse pręterea ait, in oleribus, ac plantis permulta quæ huiuscemodi coliculos, siue germina producant (nostri hæc summitates, ut sunt in lupulis, hactenus uocauerunt, Germani uero Shoss, Schösslin) non tñ omnia in cibo usurpari, ideoq; tantũmodo eorum quæ usitatiora sunt sermonẽ se habere. Brassicæ itaq; tenerior, delicatiorq; coliculus (Cyma id quidam uocent, per contractionẽ forte nominis trissyllabi Cyema) ipsaq; minus Brassica siccet: quã quam aliorũ olerũ asparagi ipsa planta, ut plurimũ ficcioris sint temperaturæ, præcipue quũ iam in semen prorumpant. Alia autẽ olera, nõ quęuis uero, sed lactucam, atriplicem, betam, maluam: quũ cõtra raphani, rapæ, sinapis, nasturtij, pyrethri, ac omniũ fere calidorũ, acriumq; asparagus humidior esse cõperiatur. Omnia autẽ huius generis in aqua feruefacta, cum oleo, & garo, esitanda exigua aceti adiecta portiuncula. Ita enim & suauiora, & gratiora stomacho fieri: sed tamen ista corpori alimentum nec amplum, nec boni succi præstare.

Asparagi

Coliculus. Cyma. Cyema.

B

Cæterum a spinosis, fruticosisq; plantis, & qui in harundinetis, uliginosis, palustribus ue locis nascũtur cymę, quęq; a brionia decerpuntur, stomacho quidem accommodatæ sunt, & lotium cient, parũ tamen nutriunt: et si probe concoquantur, olerũ asparagis in nutriendo sunt efficaciores. Pari etiam modo, & chamædaphnes (id est, humilis, & terrestris lauri, quã Romani nunc Laureolam, nunc Vincamperuincam dicunt) asparagus nutrit.

Aliud asparagorũ esse genus idem indicat Gal. quod in fruticosis proueniat plantis (frutex autẽ est, neq; herba, neq; arbor, sed ad iustam arboris

Frutex

C arboris magnitudinem assurgit, & in statura similis est multis herbis, non tamē demoritur, neq; arescet more herbarum, sed perennis est) oxymyrsine, chamędaphne, & oxyacantha. Insuper asparagorum alium esse regium in hortis nascentem: alium helion, id est, palustrem: ceu alium ab ijs qui a bryonia oriatur, quæ radix uitis albæ dicitur, a Germanis uero Hunds kürbs, de qua in cap. 24. dictum est. Omnes stomacho acceptos esse idem asserit, & urinales, sed pauci nutrimenti. Quod si probe concoquantur olerū asparagi, magis alere, nimirum quanto illis sint sicciores. Chamædaphnes germina tenera, edi, idem in lib. 6. de Alim. refert, quę apud Diosco. humilis, & terrestris laurus dicitur, quam Latini Vincamperuincam, Germani Yngrün uocant.

Asparagi regij, palustres, a bryonia.

Chamædaphne. Laurus terrestris. Vincaperuinca.

¶ De ijs quæ edendo sunt Radicibus.

CAP. LXXVI.



Apus, atq; Rapa denuo elixæ, si estur, non minus alimenti quā reliquæ stirpes, ac olera præbent: Quū uero assidue eduntur, crassum succum generant.

D Napi. Rapa. Gongylis. Bunias.

NApi congeneres sunt Rapis, a Germanis Nop dicuntur, minus tamen q̃ Rapæ nutriunt. Rapam esse plantam Galen. lib. 2. de Alim. facul. ait, quę & apud Gręcos Gongylis, & Bunias appelletur. Eius extra terram prominens oleraceum esse, radicem uero quę terra contineatur, ante elixationem, & duram, & cibo alienā. In aqua præterea decocta, mirum si aliqua ex plantis cōgeneribus minus nutriat. Ipsam quoq; homines multipharíam parare. Succū ex ea in corpus digestum, temperato crassiorem esse: ideo si quis supra modum esitauerit, & potissimum si perfecte conficere eam nequeat, crudum in uenis congerere succum. Optimam quidem eam esse, quæ bis decoctionem sit perpessa. Nam cruda ingesta, concoctioni pertinaciter resistat, inflationes pariat, stomachum infestet, quem etiam nonnunquā mordere minime uereatur.

Bulbi qui edendo sunt.

Bulbi, astringentis, abstergentisq; naturæ sunt, appetentiā quoq; cibi inuitant, stomachū roborant, uiscidos thoracis humores pulchre euacuant. Si bis decoquantur, uberius quidem nutriunt, sed minus educunt: eo enim pacto ipsorū propulsatur amaror. Semen præterea prolificū producunt,

libidinem,

libidinē accendūt, si iugiter crebriusq; sumātur, peditus insu per conciliāt, torminaq;. Atqui ex garo, oleoq; comesti, dulcissimi, flatu carētes, optimi alimēti, facilisq; decoctiōis sunt. A

Bulbi pro omni radice tunicata apud quosdam accipiunt, quæ deinde bulbosa dicitur. Amarā, austeramq; uim bulbis euidenter inesse Galen. lib. 2. de alim. facul. demonstrat, ob quam rem iacentis, ac dissoluti stomachi aliquatenus excitare auiditatē. Neq; uero ijs incōmodare, quibus e thorace, atq; pulmone pus conueniat expuere: quanq; crassiore, ac glutinosiore sint corporis substantia. Amarior enim crassitudini reluctetur, natusq; sit lenta, & crassa incidere. Quapropter bis elixos uberius quidē alere, sed excreare uolentibus aduersari, quod omni amaritudine exuantur. At ex aceto, oleo, garoq; mistis esitare satius sit: quū ita magis oblectent, ac nutriant, minusq; inflent, ac facilius concoquant. Insuper usum eorū crebriorē, uenerem impendio excitare, & semen genitale augere, in cap. 36. indicatum est. Bulbis

Pastinacæ, Dauci, Siseris.

Pastinacæ, Dauci, Siseris, multo minus alimēti, quā rapę præstāt: adurētes uero sunt, & euidenter odoratæ, lotiumq; impellunt. Supra uero modū, & imodice perperamq; utentibus, prauos succos generāt: concoctu difficiles, cōmuni radicum modo existunt. Sunt qui syluestrē pastinacā daucum nuncupent: ea multo uehementiore ui lotium promouet. B

Horum radices manducatæ, Gal. lib. 2. de alim. autore, minus quam rapæ alūt, manifeste excalfaciunt, similiter item ac alię radices ægrius conficiunt: urinam mouent, succumq; prauū generant, si quis imodice ijs utatur. Sunt preterea, qui daucū nominēt Pastinacam agrestem, quem uulgares Vuild moren appellent. Marcellus ex Pauli nostri uerbis ratiocinat caron, cuius Gal. etiam hic meminit, pastinacis, aut pastinacæ congener esse, aut illis non dissimile. Identidem de Sisere dicitur, quod Galen. lib. 8. de simplici. Sisaron appellat, quasi pastinacæ congener sit. Pastinacæ. Dauci. Siseris.

Radicula.

Radicula attenuandi, adurendiq; potestatē habet: edenda in prima mensa est, ex oleo scilicet & garo uentris lubricandi gratia; in secundis uero mensis detestetur.

C Radiculam, siue Raphanon, solam crudamq́; urbanos homines ut plurimũ prima mensa ex garo sumere, alui ducendæ gratia, paucum admiscentes acetum Gal. lib. 2. de alim. indicat. Rusticos uero frequenter cum pane esitare, non secus ac alia, quæ nobis natura, non ars parauerit obsonia. Etenim radicẽ esse in eorum numero, quæ obsonij potius q̃ nutrimẽti nomine passim edant. Vim gerere extenuatoriã, cum qua cõspicue una calfaciat. Demirari se ait Gal. cum medicos illos, tum Medicinæ rudes homines, qui a cœna crudas eas, quo iuuent scilicet concoctionẽ ingerant: affirmantes id seipsa experientia abunde compertum habere: quum nullus tamen eos citra damnum imitari possit. Quid si Gal. hodie nostros abusus non tam in radicula, q̃ in alijs infinitis cerneret? quot mala, quot errata pessima notaret, quæ hodie tũ a doctis, tũ ab ineruditis passim sine iudicio cõmittunt.

Radicula. Raphanus.

Radiculæ a cœna non sunt edendæ.

Cæpe, Allium, Porrum.

Cæpe, allium, porrum, quoniam acrimoniã præferũt, corpus calfaciunt, extenuãt, & dissipant crassos qui in ipso continentur humores. Bis quidẽ elixa exiguũ, cruda uero nihil alimenti sufficiũt, Alliũ quippe obstructiones discutit, dissipandiq́; potentia regnat. Efficaciores porris arefaciendi uires habent ampeloprasa, ueluti syluestria. In summa, olera D simul uniuersa, si incocta sumãtur, deterioris succi sunt quã elixa, multoq́; magis superflua humiditate participãt. Quæ porro cum muria, tum oxyhalme condita reseruãtur, stomacho magis conueniũt, & appetentiam acrius excitant, crudos humores disijciunt, ægre conficiuntur. Et præterq̃ uel natura uel moribus comparatum est abutentibus, uitiosis succis infarciunt.

Harum quoq́; plantarũ radicibus percrebro uesci homines Gale. in fine libr. 2. de alim. recitat, rarius caule, folijsq́;: ideo, quod acri admodum facultate prædita sint pro radicũ portione. Excalfaciunt corpus, & crassos extenuant in eo humores, glutinososq́; incidũt. Bis tñ aut ter in aqua decocta, acrimonia spoliant. Allium non modo ut obsonium, uerum etiã ut medicamentum sanitati accõmodat: quod obstructa soluat, & discutiat, usurpat. Ampeloprasi aũt, a praso, hoc est, porro tantã esse differentiã, quanta in alijs plantis congeneribus inter

Cæpe.

Allium.

Ampeloprasum. Porrum.

syluestria,

syluestria, & satiua inueniatur. Efficacius aũt esse ad calfaciendũ Diosco.lib.2.cap.139.indicat. Acrium porro omniũ assiduum usum esse euitandum, præsertim ei naturæ sit plus æquo biliosæ: quandoquidem solis pituitosum humorẽ, crudũ, & crassum, & glutinosum colligentibus huiuscemodi sint edulia administranda. A

Acrium usus frequens euitandus.



¶ De Tuberibus ac Fungis. CAP. LXXVII.

Tuber nullum manifestę qualitatis ex seipso cremorem præstat, frigidiorem uero & crassiorẽ exhibet. Micetæ (quos Latini Fungos nuncupant) gelidi, pituitosi, & uitiati cremoris sunt. Omniũ innocentiores habentur Boleti, qualitatis notatu dignæ expertes, probe elixi. Qui uero Aminitæ uocantur, secundũ post boletos bonitatis locum obtinent. Cæteri omnino uitãdi sunt. pars quippe bene magna ex ipsis lętalis est: quinetiã ipsi quoq; boleti, nisi ad extremũ elixi edãtur, præsens discrimẽ, mortisq; caussã sępenumero minant.

Gal.lib.2. de alim. facul. bulbosis radicibus tubera ãnumerat, nulla euidẽti qualitate prædita. His qui ergo utant, ad excipiẽda condimẽta tanq; materiã habere dicantur, ceu alia, quæ ἄποια.i. qualitatis experientia uocent, & ĩnoxia, gustuq; aquosa sint. Quibus omnibus cõmune esse, ut alimentũ nulla insigni facultate cõstans corpori prębeãt: sed frigidiusculã duntaxat crassitudinẽ tale, quale erat ipsum q̃d ingerebat: ex tuberibus qdem crassius; ex cucurbita liquidius, & tenuius. In alĳs eandẽ esse ꝑportionẽ. Fungorũ, quos Græci Mycetas uocãt, duplicẽ Diosco.lib.4.cap.81. differentiã ponit. Aut eñ edẽdo esse, aut lętales. Lętales multipharia fieri, quoties aut clauis rubiginosis, aut putridis pãnis, aut serpentũ latibulis; & cauis adnascant, siue arboribus priuatim noxios ferẽtibus fructus. Tales uero habere cõcretum sup se lentorẽ quendã, relictiq; cũ e terra auellant putrescẽtes corrũpi. Tales q cõtra nõ fuerint in cibos idonei, suaues q; sint, & maiore tum copia sumpti noceãt & ipsi. Inter Fungos Boletos quoq; rite coctos ꝓxime ad cibos qualitatis exortes, & fatuos accedere, Gal.lib.2. de alim. facul. tradit. Alimonia eñ ex ĳs ꝓcedens pituitosa quum sit, euidẽs est, q̃d etiã gelida, maliq; succi, si quis largius æquo his utatur. Sed Boleti omniũ fungorũ aliorũ innocentissimi; & qui in maximo apud ueteres estimati sunt precio. Hinc Iuuenalis.

Tuberas

B

Mycetæ

Boleti.

C Vilibus ancipites Fungi ponentur amicis
Boletus domino, sed qualem Claudius edit,
Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.

Insignior eñ & uniuerso q̃si notior factus orbi est Boletus: q̃d eo Tiberius Claudius sit extinctus, q̃d eius cibi auidissimus esset, dato in eo ab Agrippina uxore sua ueneno. Hm̃oi etiã rei mẽtionẽ facit Marti.

Dic mihi, quis furor est? turba spectante uocata
Solus Boleto Cæciliane uoras.
Quid dignum tanto, uentriq́, gulæq́ precabor?
Boletum qualem Claudius edit, edas.

Amanitæ. Pratenses. Secundos porro ab his in bonitatis ordine Gal. Amanitas ponit, q̃s non indignũ est credere, putasse hos, quos Flaccus, tum alij Pratenses uocant, quum ij in parte inferiori, & concaua ruffescant, superiori parte candorem habentes. Boletos exponit Marcellus dictos a bolo, qui Græcis non simpliciter tm̃ glebam significet, sed priuatim etiam rubricam, qua pictores aurum operibus suis inducant, a quo colore tunc ueteres fungos eos nominasse. Volua enim prius in terra genita, anteq́ ex suo inuolucra prodierint ouorum figura, & colore: dehiscere autem ubi cœperint, rubro in parte superiori colore, inferiore autem luteo, & striati in pileoli ambitum aperiantur. Quod autem Pratenses post illos sint salubriores, ideo fit: quia procul ab arboribus nati, meliori ex terra succo, q̃ ex arborum pituita concreti. Cæteris enim fungis lentior est natura, origoq́ fere omnibus ex arborũ pituita. Germani fungos Aegerling, Vueisser, schuuam, Pfifferling. Holtzschuuam, Morachen nominant. Flaccus in, Sermonib. pratenses admittit fungos, cæteros exitiales esse admonet.

(Marginal notes: Boleti unde dicantur. — D)

Pratensibus optima fungis
Natura est, alijs male creditur.

Fungorum nomina, & genera diuersa. Agaricon. Fungorum præterea adhuc diuersa sunt nomina, & genera, quæ ad longum Hermolaus in suis recitat corollarijs Et Agaricon quoq́ fungus est in arboribus nascens, de quo hic non est disserendi locus.



¶ De Frumentaceis. CAP. LXXVIII.

Chondrus & alica.

EX eis quę frumentacea dicuntur, chondrus egregie nutrit, & glutinosos uiscidoq́ lentore parit humores; sed puls ex eo confecta

pestilens

pestilens est: eo quod quamprimum crassescens incocta permanet. Præfertur potius cremor ipsius ex integro chondro ad sumū ptisanæ instar decocto expressus. Alica uero (ἄλιξ a Græcis appellata) in cæteris quidem chondro (hoc est, frugi unde hæc omnia fiunt) haud absimilis est, uerum aluum intensius moratur. A

EX Marcelli in Dioscor. cap. 87. lib. 2. cōmentarijs colligimus, ubi chondros apud Græcos, apud latinos uero alica dicitur, farinam frugis alicam fuisse, (quā hodie cōmuniter ein Geroellte gerst, oder meel zů einer bryeen, uocamus) in sanitatis, & medicinæ usum diuersis locis diuerse præparatam. Et per Græcorum chondron, unde hoc nomine certam significari frugem, Far scilicet, & alicam. Nam ibi P. noster uidetur chondron frugem appellasse, quemadmodū & Gale. lib. 9. de simpli. chondri nutrimentum tritico comparat, plus tamen illo uiscosius; quare sane illo plus etiam nutriat. Deinde ex frugeilla factam alicam chondron etiam appellasse. Qualitercumq; illa uel hic uel alibi accipiantur per autores, nihil nos impediat, sed cum Io. Manardi uiri tam docti q; experti sententia superius citata satiamur, alicam nos ignorare posse, absq; humanæ uitæ detrimento. B

Chondros. Alica.

Triticum.

Triticum quidē elixum, mansum, ęgerrime cōficitur, pe ditus generat: ubi aūt confectū, siue cōcoctū fuerit, alimentū pręstat ualidissimū. Porro in panē si fuerit redactū, inflandi facultatem & concoctionis difficultatem exuit: eo q; fermenti, salisq; particeps sit.

Semen hoc quanq; a Græcis, tum etiam Barbaris compluribus iuxta Gal. lib. 1. de alimen. facul. atq; non tam frequenter, q; summa cum utilitate usurpetur. attamen idem autor lib. 8. hoc quiddam lentoris, obstruentisq; habere naturæ insinuat, ita quod ex pane eius cataplasma factum, magis digerentem habeat uim q; ex tritico, nimirum quum & salis, & fermenti pani nonnihil adiunctum sit. Panes equidem ad concoctionem esse appositissimos, qui plurimū sint fermentati, & adprobe elaborati, tum in clibano igne moderato percocti, idem lib. 1. de alimen. indicat.

C

DE PANIBVS.

Siligineus. Sordidus. Amylus.

Sordidus panis.

Amylus.

Siligineus uero panis omniũ firmiſſimus eſt: poſt hunc Similagineus: deinde cui nihil ademptũ eſt, quem συγκόμιστον Græci uocant. Sordidus, hoc eſt, frumentaceus panis, alimoniæ quidem minus ceu firmiſſimus præbet, promptius uero per aluum deijcitur. Amylus, hoc eſt, ex amyla farina factus, minimi alimenti eſt, non aliter ꝙ qui lotus in cibo miniſtratur.

Expoſitio præſenus loci per Marcellum.

Siligineus panis.

D

Marcellus hunc locum ita interpretatur. Ex farina cribro excuſſa triticeus cui in nutriendo primas partes ueteres aſſignarunt, hunc P. Aegineta in primo σιλιγνίτην id eſt, ſiligineum uocat, quod ex ſiligine, quæ omnium tritici genere firmiſſima ſit, conficeretur. Hinc Galen. lib. 1. de alimen. facul. aſſerit, panem quidem ſynceriſſimum cum a Romanis, tum ab omnibus fere illorum qui ſubiaceant imperio, ſiligineum uocitari. Celſus lib. 2. cap. 17. oſtendit triticum eſſe firmius, ꝙ milium: idipſum ꝙ hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo: deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum ſit, quod autopyron Græci nominant: infirmiorem ex polline, infirmiſſimus cibarius panis. Hinc meminiſſe oportet, quod & alibi tractatum eſt, ex contuſa, fractaue aut molis trita fruge quinq; fere ſubſtantiæ diſcretis nominibus a Græcis appellentur. Pollen ſcilicet, ſimilago quam ſimilam Plini, alijq; promiſcue ponunt: Farina: Furfures, ex quibus panes quondam fiebãt, quemadmodum & hodie ubiq; fiant. Poſt ſiligineum panem firmiſſimum eſſe ſimilagineum autor, quem tamen σεμιδαλίτην Galen. ponit. Facit enim huic proximum ſimilaceum, qui Græce ab antiquo nomine σεμίδαλισ dictus ſit, at noſtri ſimilaginem, uel ſimilam nominant, ex qua candidiſſimus, & regius fit. Simila enim farinæ triticeæ deliciæ ſunt, uulgo Simmellmel. Inter panes itaq; Galen. etiam docet, ſummum alimentum præſtare ſiligineum, hoc eſt, Vueyſſenbrot: mox ſimilaceum, noſtri uocant Vueiſzbrot: tertio, medioq; loco illum eſſe, qui αὐτόπυροσ a Græcis uocetur: quoniam ὅχ αὐτὸσ ὁ πυρόσ, hoc eſt, totũ ipſum triticum nulla ſui parte adempta in panificium cedat: qui etiam ab omnibus συγκόμιστα dicitur, quoniam in eũ συγκομίζεται, hoc eſt, conuertit, ſeu confertur furfur ſimul, utriculi, & ſimila. Talem ſiquidẽ panem

Subſtantiæ quinq; cum certis nominibus ex molis trita fruge.
Pollen.
Similago.
Simila.
Farina.
Furfures.
Similagineus.
Similaceus.

Autopyrus.

Syncomyſta.

nem

nem cui nihil uel parum adimatur, iuxta usum nostrum Huszbrot, uocare, possumus. Quartum porro ab his sordidum panem ponit. Furfuraceum uero in quinto loco, quos Paulus more Celsi infirmissimum omnium esse uult, atque talem ῥυπαρὸν .i. sordidũ appellát, quem Græci πιτυρίαν, hoc est, furfuraceum uocent, Germani Ruckenbrott, Speiszbrott. Cæterum Amylum quod ex tritico conficitur, similem cum elotis panibus habere facultatem, Galen. lib. 1. de alim facul. prodidit: ubi etiam panis eloti mentionem facit, duntaxat illis in alendo tenuius esse. Nec uero calfacere posse, uti nec eloti illi: quod alijs tamen panibus sit concessum. A Sordidus. Furfuraceus. Amylus.

Hordea, Polenta, MAZA.

Hordea frigorificæ & abstersiuæ sunt potentiæ: elixa uero instar ptisanæ humectant: fricta uero ad modum polentę arefaciunt. Polenta in æstate ante balneum cum aqua pota, siti subuenit. Hordeaceus panis imbecillior, & minus nutriendo est. Maza non facile conficitur, & amplius quam hordeaceus panis inflat, & si cum melle fuerit subacta, per aluũ facile descendit. B

Hordeum inquit Galenus de alimen. nulla apparandi ratione unquam calfacit, sed uarie pro modo præparationis nunc humectat, nunc desiccat. Etenim manifeste cerni polentam ex tosto hordeo factam, siccare: ptisanam contra humefacere, si saltem rite fuerit instructa, hoc est, in ebullitione quoad amplissime intumuerit, ac demum igne lento diu percoquatur donec affatim in cremorẽ producet. Istiusmodi cocturam diligentissime ibidem depingit. Atqui de Ptisana cap. 4. habuimus, insuper ex Io. Manardi Epistola. 2. lib. 5. notemus ptisanam nostro æuo insuetam, quæ etiam ab Italicis Medicis penitus fuit prætermissa, uel raro admodũ in usum recepta. Ob eius enim hodie insuauitatem minime admittendam esse, præcipue quum a recentioribus non rite pręparetur, tum quod hordeum nostrum ad usum illũ minus sit aptũ: cum non ad hominũ, sed potius brutorum a nostris agricolis animaliũ escã hordea seminent. In cuius locũ nobis pulliculorũ iura, & auicularũ, quę ęgrotãtibus dari possint, addita etiã alquãdo carne cõtusa, succedãt. Plura adhuc super huiuscemodi Hordeum. Ptisana nostro æuo insueta.

C di inducit tum hic, tum aliis in locis, ut in lib. 5. Epist. 1. quem si uoles copiosissime super iis disputantē consulito. Nostri Ptisanā Molt; appellant: quod fit frumentū aqua mollitū ad cereuisiam coquendam. Præterea ex nouello hordeo mediocriter tosto, ꝓbatissimam fieri polentā, idem Gal. loco superius allegato asserit (hanc hodie cōmuniter ein Gerstenmůsz uocamus) cuius si potestas non fit, nōnunꝙ ex alio confici. Compluribus aūt per sanitatē ex more fuisse declarat, eā conspersam in sapa, & uino dulci, mulsoꝗ cōmistis: aliquādo ex sola aqua, in æstate duabus, tribusue ante balneū horis bibere, fassosꝗ se sentire hac potione sitim arceri. Hęc cū liquore si conspergať, atꝗ subigatur, Mazæ appellationē assumere idem tradit autor. Hanc tamē in alendo corpore hordaceis panibus inferiorē esse, Gale. ibidē indicat, quantū hi triticeis. Hordeū enī cum suapte natura furfuris abundans tostum, idipsum furfur obduratius, infractiusꝗ obtineat, atꝗ sic una cum eu hordei partē præstantiorē unde corpus nutriať aridiorē, quā de caussa hordeaceis panibus maza ista minus nutrit, uentrē uero inflatione magis implet: atꝗ si diu in eo manserit, perturbationes concitat. Sed descendet promptius, quādo ꝓlixius macerēť, & perteratur, citiusꝗ ipsum uentrē ad excretionē incitabit, si mel additū fuerit. Talis maza, quæ cibus est ex hordei farina macerata cum uino dulci, aut melle, Libum, aut Placentum nostri uocant, uulgariter ein Kůch.

Polenta. Maza. D Libum. Placentum.

Auena.

Auena (sic enim βρῶμον interpretor) natura siccādi uim habet, & minoris nutriēdo potestatis est. Miliū ac panicum refrigerādi, siccādiꝗ, & exiguas in nutriēdo uires possidēt, aluum morantur. Præcellit autem per omnia miliū panico.

Auena Bromus. Hæc & Bromus dicitur apud Gal. lib. 1. de alim. facul. quam & iumentorū magis pabulum esse, ꝗ hominū ibidem indicat, nisi extrema fame hoc quoꝗ seminis in panes corrogare, cōpellente. Calfacit egregie, minus quoꝗ corpus enutrit. Panis qui ex eo fingiť insuauis est. Miliū, quod uulgus Hirsz, & Panicū quod Butzuueissen, nōnulli alias fagotriticū nominā̄t, panem dant exigui alimenti, teste, eodē in loco, Galeno: iure ergo aluum humentem desiccare: sed multum ad omnia Panico prestantius esse, suauius edi, facilius concoqui, uentrē minus coercere, magis nutrire. Horum farinam lacti incoctam, ueluti triticeam, rusticos esitare, tantoque melius id edulii esse tum ad concoctionem

Milium. Panicum.

concoctionem, uentrisq; subductionẽ, in totum corpus digestionem, adeocq; ad ipsam in edendo suauitatem, ac uoluptatem. Diosco. lib. 2. cap. 89. panicum milio simile esse scribit, et inter frumentaria numerari, minus tamen quam milium nutrire, & adstringere. Durantissimum inter fruges est Panicum. A

Oryza ægre concoquitur & exigui nutrimẽti est, & preter hęc etiam aluum compescit. Coquitur autem ptisana hoc modo. Vna eius pars quindecim aquæ partibus, pauxillo olei adiecto, elixatur: & quum intumuerit, ebullieritq;, aceto etiam: ubi uero ad unguem decocta fuerit, superinijtiendus quocq; tenuis atq; friatus sal. Nec desunt qui porri aliquid atq; anethi addant. Cæterum auena, chondrusq; perinde atq; ptisana coquuntur & concinnantur. Decoctio Ptisanę.

Hanc inter Legumina Gale. posuit. ægre concoqui, exigui nutrimenti esse, aluum supprimere: hæc sunt quæ antiquissimi de ea referãt Medici. Hinc Gale. hoc semine in sistenda aluo omnes uti indicat. Ptisanæ satis meminimus in capite. 4. & . 78. quare non operæ precium est ea denuo repetere. Oryza.

¶ De Legumentis CAP. LXXIX.

Lentes. B



Eguminum Lens quidem uitiosi est cremoris, melancholicumq; humorem auget, aluũ compescit, potissimũ bis cocta: ius uero ipsius cum aceto & garo sumptum uentrem soluit. Admiscere autem lenti, quoniam inflat, uel satureiam, uel pulegium debet.

EX Varrone citat H. Barbarus legumina a Gallicanis Legaria nominari: ita dicta, quoniam uellantur e terra, non subsecentur ut fruges. Hæc Gellius legumeata adpellat. At Gal. lib. 1. de Alim. facul. legumina appellari dicit ea cerealium seminum, quæ panificio non adcommodentur: utputa fabæ, pisa, ciceres, lentes, lupinum, oryza, eruum, cicercula, aracus, eruilia, phaselus, fœnum Græcum, aphace, & si qua sunt similia. Ex leguminibus lentẽ quidem Gal. edidit, nullum præstare panem: quum enim præarida sine pingui, & friabilis sit. Cor Legumina, Legaria. Lens.

C ticem eius docet uehementer astringere: carneam uero substantiam tenuiter: quæ & crassi succi, & terrestris sit. Succum uero lentis adstringenti esse contrarium. Quocirca elixas in aqua, iusculum sale, garo, oleoq; conditum, epotum, aluum deijcere. Sed quod ex his cocta sit, contrariam succo uim obtinere: fluxiones enim uentri obueniẽtes desiccare, os uentriculi, intestina, & totum deniq; uentrem corroborare: sic cœliacis, & dysentericis accomodatum esse cibum. Lentem prætere a decorticatam, alibiliorem q̃ integrã illam effici: crassum, prauumq; succum gignere, tarde comeare: neq; alui fluores desiccare, ueluti ea quę cortice non sit spoliata. Iure igitur qui modũ in edulio non seruent, elephãtiasim, & cancrũ incurrere: quũ crassa, siccaq; cibaria facilli. in humores melancholicos uertãtur. Itaq; his dũtaxat, quibus uitiosa sit habitudo ꝑpter aquã in carne diffusam, lentẽ cibo utiliter pręberi: aridis uero, & squalẽtibus minime. Porro lentis confectioni satureiã, & pulegiũ recte adijci, quia iucundius & paratius concoctioni efficiatur idem Galen. inducit, ueluti ptisanę anethum, porrumq; addantur.

Fabæ, pisa, cicera, lupini, fœnogræcum.

Fabæ lenes sunt, & uentris flatus pariunt, abstergendiq; potestatem retinent. Aegyptia uero faba, nostra humidior D censetur, & plus retrimenti relinquit in corpore. Pisum laxum quidem ac molle est, cæterum peditus rariores facit. Cicera inflationes pariũt, abstergũt: semẽ prolificũ gignũt, libidinẽ excitant, lapides cõminuũt: fricta inflandi quidem uim deponunt, sed ęgre in stomacho conficiuntur. Lupini quoq; concoctioni resistũt, & ægre transmittũtur, crudumq; succũ cumulant. Fœnogręcum calfaciẽdi, uentremq; subducendi facultatem habet, si ante dapes cæteras sumptum fuerit.

Fabæ. Fabarum multiplicem esse usum Gal. lib. 1. de alim. facul. edocet: quippe ex ijs conficiatur & liquida in ollis puls, & spissa in patinis. Eius autem cibũ inflare, quocunq; præparetur modo: neq; etiam q̃uis per longam id uicij decoctionem, posse amittere. Animaduertenti quippe, ex omnibus cibis affectus deinde natos, hinc totius corporis tensionẽ, qua a flatulẽto spiritu obuenire, maximeq; illi qui huiusmodi esculenti non fuerit assuefactus: aut ipsum minus recte coctũ fuerit: quod si uirides, imaturæq; edantur, corpori humidiorẽ, more omnium

uum fructuũ q̃s ante maturitatẽ ingerimus, alimoniam exhibeat, atq; ꝓinde maiorem excrementorũ uim non solum in uijs intestinorũ, sed etiã per uniuersum corporis habitũ producet. A fabis igitur abstineto. De Aegyptia aũt faba idem agit, sicuti Græcam magnitudine longe pręcellat, ita & naturã humidiorẽ, magisq; excrementitiam nancisci. Gellius fabam nominat fabulũ. De pisis aũt idem tradit simile q̃d tota substãtia cũ fabis obtinere, nec alio quã ille modo comedi. Duo tantũ esse in quibus uarient. non enim simili modo ut fabæ inflare, neq; abstergere: itaq; segnius quam illę per aluũ secedere. Hæc Germani Rœmische Erbyszen uocant. Cicera, quę uulgares Zyszererbyszẽ nominant, non minus inflationes excitare, quã fabas Gal. tradit, sed ualentius nutrire, uenerẽ stimulare, unaq; seminis, ut credat, genituram augere: ut ob id etiã admissarijs obijciant equis. Abstergendi præterea potentiorẽ habere uim, quam ipsæ fabæ: adeoq; etiã, ut contractos in renibus calculos euidenter frangãt, cominuantq;. Notandũ etiam hic est, quod licet fricta flatũ quidem amittãt, concoctum tamẽ, ut de omnibus alijs frictis comuniter intelligendũ erit, pertinaciora erũt, magisq; aluũ astringẽt, crassiusq; corpori alimentũ prębebũt. Lupini uero semen, quod uulgus Vuicksbon adpellat, Galen. quoq; πολυχρῆστον esse affirmat, hoc est, multi usus. Eius aũt substantiã duram, ac terrestrẽ, quocirca necessario concoctioni repugnet, & crassum gignat succũ, qui non probe in uenis confectus, crudus ꝓprie appellatus, aceruet. Paratus etiã, quũ nulla prępollẽti qualitate pręditus sit, neq; deiectioni, neq; alui fluẽtis retẽtioni, ut astringẽtia, apponi, itaq; nõ sine ratiõe tardũ, & egestu transituq; difficilẽ reddi. Fœnũ gręcũ apud eundẽ Gal. le. inter manifeste calfacientia censet, eundemq; hominibus in cibo usum pręstans quem lupinus. Eiusmodi ciborum usus nobis est hodie insuetus, nostrisq; corporibus alienus, quare non opus ut de ijs uerbosiores simus.

Fabulum, Pisa. Cicera. Fricta. Lupini. Fœnumgręcum.

Ochri, Phaseli.

Ochri, quæ Eruiliæ dicuntur, & Phaseli macerati, quoad radices promicant: si ante cibum ex garo eduntur, aluũ soluunt, & maiores alẽdi uires q̃ fœnogræcũ obtinẽt. Phaseli, quæ & dolichi, hoc est, siliquę, dicuntur, integri cum lobis uiridesq; sumpti, ingentem retrimentorum uim pariunt.

Ea ex GALENO mere sumpta sunt: nam talia semina donec radix pullulet, non secus ac fænogræcum homines exonerandi uentris gratiã prima esitare mensa in aqua macerata, Gãro post in-

Ochri. Phaseli.

C tingẽtes. Eruilia quid sit, itẽ phaselus, & dolichi, de quibus apud autores nõnulla est discordia, quæ Io. Manar. Epist. 3. li. 1. abundãter explicat, neminẽ fugit, et Asiaticis aliã, & in Europa degẽtibus aliã uictus esse rationem, alimoniamq; : quare & P. more suæ patriæ multa nobis incõuenientia ꝑ eduliis & in presentia, et in aliis sparsim locis ꝓponit.

¶ De fructibus qui inter æstatem & autumnum maturescunt. CAP. LXXX.



Cucurbita, Pepones.

Vcurbita refrigerandi & humectandi uim obtinet, uentremq; subducit, sed alimentum prestat exiguum. Pepon in uniuersum praui succi, gelidus, udus, ac uomitorius est: non concoctus choleram inducit; semen eius ciendæ urinæ, & frangendis renũ calculis natum, atq; in totum abstergit abunde. Melopepon minore efficacia omnia hæc possidet.

Pepon.

Melopepon.

Cucumis, σίκυωσ.

D Cucumis minore frigiditate & humiditate pepone prædita est, sed maiore ad promouendum lotium potestate: difficilis concoctu, & si tandem concoquatur improbi tamen succi est. Sed ut summatim, atq; uno (ut dicitur) uerbo perstringã, omnes fructus quos profert autũnus, frigorificæ, & humẽtis nature, ad hæc minus nutriẽdo, deploratiq; succi sunt.

Fructus fugaces Horæi.

DE fugacibus fructibus, quos Græci Horæos uocent, Gal. lib. 2. de Alim. facul. historiam narrat talem. Anni id tempus Græcos appellare Horam, in cuius medio canicula exoriat, quę duret per. 40. dierum spacium. Sub eodem deniq; tempore omnes horarij quos uocent fructus prouenire, alios enim tunc florescere, alios uero deflorescere, seu consenescere. Alios in suo uigore, aut paulum ultra, aut citra consistere. Non solum ob id autem horæos uocari, quod sub illo nascantur tempore, uerumtamẽ, quod eo nomine a conditaneis discernantur: quandoquidem quum & triticum, & hordeum, atq; alia permulta, singulis annis, & æstate perueniant, sed non tã cito corrumpi possint, ut cucurbitæ, mora, pepones, melopepones, persica, & id genus alia. Quę humidę enim cõsistentię sunt, corrũpi ocyus, & exiguũ & quod

& quod facile e toto excernatur corpore, alimentum præbere, nequaquam esse obscurum potest. Ob quam rem huiuscemodi promptius quam solida per aluum deijciuntur, ut in cucurbita deprehendit. Ipsa enim quantum in se est, teste Gal. humidum frigidumq; corpori alimẽtum præbet, atq; ea de caussa exiguũ: ut de omnibus alijs quæ aqueo, tenuiq; constent humore, perhibetur: leuiter tamẽ per aluum subit, tã ob suæ substantię lubricitatem, quam ob communem omnium humidorum ciborum rationem, qui citra astrictionem tales sint. Peponũ uniuersam naturam frigidiorem cum larga humiditate existere, Gal. lib. 2. de Alim. facul. ostendit: habereq; & quandam abstergendi uim: ideoq; urinam ciere, et deorsum expeditius quã cucurbita, & melopepones rapi. Semen autem quod in eorum ueluti carne cõtineatur, ad hoc efficacius esse, adeo, ut in renibus etiã calculos conterat. Sed in toto uitiosum corpore gignere humorẽ peponem, precipue si nõ rectã assequatur concoctionem: tunc enim morbũ qui cholera dicatur inducere consuetum esse. Priusquam etiã ad corruptionem perueniat, uomitioni quoq; idoneum esse, largiusq; ingestum uomitũ omnino concitare: nisi quis aliquid eorum quæ probi sint succi supermandet. Proinde Marcellus interpretatur σικύων, id est, Cucumerum nomine, genera multa numerari: sed illius qui priuatim nũc cucumis dicatur, primum, et supremum genus esse, postea statim pepones, melopepones subijci, figura tãtum, et quantitate inter se differentes. Pepones etenim uocari, quũ in magnitudine excesserint, aut in lõgitudine processerint: cum uero rotundi formam, & mali effigiem referãt, tunc ex malo & pepone nomine, melopepones dici, neq; inter ambos aliud quam ex figura discrimen quondam fuisse. Hinc totũ illud genus in Martio, & Aprili, teste Palladio, melones, quam μήλονα, a malorum figura appellari: quo etiam nomine maior nunc Italię pars utatur. Cui diuisioni more Galeni etiam Paulus in pręsentariũ subscripsit, melopeponem etiam illius autoritate omnia quæ de pepone dicta sint imbecilliore obtinentem. Attamen Galenus contra Pauli sentẽtiam asserere uidetur, urinalem quoq; cucumeribus facultatem concessam, ut peponibus, sed imbecilliorem: minus nempe substãtia humidis: atq; idcirco nõ tam facile, ut illi, in uentriculo uitiari. Huiusmodi fructuũ, cũ nobis non detur admodum facultas, ut nostro esui adcommodemus, minoris itaq; momenti erit, parcius de his ad præsens dixisse.

A
Cucurbita.
Pepones.
Cucumis.
B
Pepones.
Melopepones.

¶ De his quę ex arboribus decerpunt fructibus. CAP. LXXXI.

C 

Ficus, uuæ, & caricæ.

Icus & uuæ primas inter fructus autumnales meruerũt, quãdo ipsorũ succus culpa tantum non omni uacat, & alimenti minnime uulgaris sunt. Cæterũ ficus honore, & bonitate succi uuas præcellunt, & liberalius nutriunt: alui præterea, urinæq; ciendæ, & renes purgãdi prouinciã pulcherrime subeunt, & absoluunt, cumprimis autẽ quę fuerint exactam consequutæ maturitatem. Pari etiam modo caricę: atqui flatus interim, sanguinemq; uitiatum pariunt: ideoq; pedunculos assiduus earundẽ usus cõciliat. Vuæ retentæ non cõficiuntur in uẽtriculo, & crudum succum faciunt: deiectę uero moderatiores reddũtur. In uuis passis maior calfaciendi uis est, cõueniunt etiam magis quam uuæ stomacho, neq; tam exigui alimenti sunt, sed imbecillius aluum deijciunt.

D Pira, mala, ficus, persica, punica, omnesq; cõsimiles arboreos fructus hominem adiuuare Gal. refert. Esse præter hos, & alios, sed cibo damnatos. In uniuersum scire de fructibus oporteat, quibus homines uescãtur, humidos, tenuẽ, humidamq; ex se corpori alimoniã inferre.

Ficus. At ficus, uuasq;, ut autumnalium fructuum, quę oporę nominent, caput honosq; esse, atq; fugacibus omnib. prędarius nutrire, itaq; mini-

Vuæ. me praui esse succi, præsertim exactam maturitatẽ adeptas. Vuas præterea ficubus minus alere, bonumq; ijs maximum esse, quod per aluũ

Vuæ retentæ. uelociter subeant. Nã si aliquando retineant, grauiter nocere: id quod maturis ficubus minime usuueniat. Has nanq; etiamsi nõ, ut deceat, deorsum concedant, dũmodo probe in uentriculo concoquant, innoxium corpori alimentum tribuere, quorum neutrum uuis concedat: quia quũ nec retentę probe nutrire ualeant, dũq; per iecur, uenasq; distribuantur crudum procreant humorẽ, qui non facile in probum san-

Caricæ. guinẽ natus sit conuerti. Caricas, de quibus superius diximus, nõ admodũ probũ gignere sanguinẽ, idẽ testatur Gal. quapropter pedicu-

Passæ. lorũ agmen eas quoq; comitari. Eandẽ passas cũ uuis rationẽ obtinere, idem Gal. asseuerat, quã caricæ cũ ficubus. Complures enim earũ dulces euadere, acerbarũ enĩ perpaucas reperiri; plurimas autẽ ex dulci, austeraq;

austeraq; qualitate mistas esse, quamuis dulcibus q̃q; portio quædã subobscura insit austeritatis, ipsisq; austeris dulcedinis. Vnde austeras temperamẽto frigidiores esse, ceu dulces calidiores: item austeras stomachum corroborare, & uentrem constringere, acerbas tamen his fortius. Dulces uero medium quodammodo inter ipsas locũ tenere, nec stomachum dissoluentes, nec aluum subducentes. Passę a nostratibus Mœrtrübel, Passulæ uero illis minores Rosynlin uocantur. A

Mora.

Mora, quę & sycamina dicuntur, uehementem quidẽ humectãdi, mediocrẽ uero refrigerãdi facultatẽ obtinent: a primordio cœnæ & ante alios cibos deuorata, aluũ exonerant: neq; admodũ stomacho aliena, sed nutrimenti fere nullius.

Hoc persępius inculcauit Gal. eduliorũ scilicet deiectionẽ procurantium quę tarde commeent, postremo sumenda esse ordine: quę autem subsidant, celerrime & in uentriculo morata corrumpant, priorẽ ante omnia loca. Sic mora ubi in purũ uentriculũ, & prima ingesta fuerint, citissime transire, aliȷsq; cibis suo ueluti ductu uiã struere. Secundo autem loco sumpta, aut prauo in uentre humori occurrentia, celerrime tunc aliȷs una cũ cibis corrumpi, alieno quodã, & indicibili corruptelę modo, similiter cucurbitis. Mora licet fugacibus sint esculẽtis innocentiora, corruptione tamen, eaq; noua, et perniciosa uitiari, nisi uelociter deorsum concesserint, nõ secus ac pepones. Si autẽ facile descenderint, id eis usuuenire sola substantiæ humiditate, & lubricitate: aut forte etiã acrioris facultatis admistione, quæ stimulandæ ad excretionem aluo satis sit. Hanc itaq; curruptionẽ in uentriculo scilicet non diutius morata si effugerint, omnino tũc quidẽ humectare, sed nõ plane refrigerare, nisi frigida ingerãtur: parcissime etiam corpus alere, similiter ut pepones, neq; uomitũ ciere, nec stomacho, ut illi, aduersari. Mora B

Ex cerasiȷs autem suauiora euenire quidem faciunt, cæterum stomacho officiunt. Quęcũq; uero acerbitati participãt, atq; astringũt, ut stomacho nunq; sunt noxia, ita & per aluũ nihil transmittunt. Atq; eadẽ sane ratio non tam uuis ac moris quam aliȷs compluribus exacte congruit. Cerasa.

Cerasorũ quędã moris similia Gal. ꝓdit, minime tñ astringẽtia: quę rubi fructib, magis astringẽtia. Esse etiã quę his uehemẽtius astringãt.

Cuiusq;

C Cuiusq; igitur iam dictorum facultates conijcere ex ijs quæ de moris relata sint licere. Dioscorides lib.1.cap.134. cerasa dicit bonam facere aluum recentia, siccata uero sistere cerasa. Eadem & sapori in cerasis Paulus noster attribuit: nam in.6.lib. assignat dulcia esse quæ citissime dilabentur: austera stomacho utiliora esse: acida ob incidēdi uim quā habeāt, pituitosis, & excrementosis prodesse stomachis, inflamatisq;.

In summa. Quęcunq; astringendi uim obtinent, in prima mensa, aut alias ante escas uel comesta, uel bibita aluum comprimunt. Quicunque aluum ob imbecillitatem astrictam nacti sunt, hos quod eam lubricet, atque resoluat quippiā, uerbi gratia olera, siue pisces, siue eiusdem farinę cętera pręmittere, deinde quod conspissandi facultatem habeat, sumere oportet, quæ aluo robur adferentia, per inferna impellāt, atq; ad deiectionem retrimenta excitent.

Hic canon notatu dignus ex Gal. lib.2. de alim. facul. desumptus est, recitat enim istic historiam cuiusdam oratoris ex ciuitate sua orti,
D infirmum habentis stomachū, cuius aluus continuo laxabatur, quando astringendū quippiam supermāderet. Solitus enim erat is, a balneo aqua haud ita multa præbibita, deinde fæno græcum, ac radiculam, aliaq; quæ solent alijs nondum gustatis sumi, similiter prælibare, dulcisq; uini modicum super his bibere: maluas deinde ex oleo, & garo, uniq; momento comedere: postea & de pisce nonnihil & carne suilla, ac aue, deniq; secundo bibere paululum quid intermittete: austeris piris postremo prandium includere suum. Qui dum paululum post hęc dimouebatur, nec longe post aluus egregie soluebatur. Astringentia itaq; postremo iniecta stomachi os firmant, & corroborant, illicoque infestantem illic cibum, siue humorē deorsum expellunt. Quod econtrario eueniret, si adstringentia, ante edulia aluum subducentia primo ingererentur, quod in eodem ipse Gale. studioso excogitauit experimento. Omnibus itaq; uentrem nactis imbecillem præceptum sit, astringentibus cibo finem imponere: sic minime ipse supinus, nauseabundusq; uenter euertetur, sed facilius ingesta concoctioni committet, eaq; postea per inferna deijciet.

Astringentium, dure, siue post cibum effectus.

Nux Pini, & Persica.

Nux pini, quę strobilus etiā appellatur, probū crassumq;

cremorem

cremorem continet, edendo quidem, sed difficilis decoctionis est. Persica praui succi sunt, acescunt, & corrumpuntur ocyssime, proinde in prima mensa sumenda, quo deijciantur promptius, nec propter cunctationẽ in uẽtriculo uitientur. A

Sic Gal. Pineam nucem, bonum, crassumq; succum gignere polliceetur, & alibilem esse, non tamen facile concoqui. Græci inquit, hodie non conos, sed strobilos pineas appellitant nuces. Hæc apud Diosco. conos dicitur, quæ tota ab arbore decerpta, recensq; contusa, & in passo decocta uetustis tussibus, & tabi, quam phthisim dicant, accõmodari, sic ut ex eo decocto trini quotidie bibantur cyathi. Arborẽ eius Germani Kynbaum nominãt. Nux eius corporis est magni, exilis autem nuclei. Mala persica, siue Persica simpliciter dicantur, nihil referre Galen. ait, scire tamẽ oporteat, horũ succũ facile corrumpi, & penitus esse noxium. Post alios itaq; cibos ultima minime edere, uti quibus mos sit (est enim hodie apud nos ille, tũ alij nocẽtissimi mores) oporteat. In sum̃o enim natãtia cito corrũpant. Perpetuo hoc quoq; obseruandũ, ut omnia cibaria prauũ succũ cum humiditate, & lubricitate obtinẽtia, ex facili descẽdere, ideoq; prima mensa sumẽda esse: tũc em̃ celeriter pertranseant, & alijs com̃ode præeant, & quasi uiam muniãt. B
Sumpta uero postremo, una secum alia in corruptionem trahere.

Nux pinea. Conos. Strobilus.

Mala persica. Persica.

Præcocia, Doracia, & Armenia.

Præcocia porro, & Doracia, Armenia, potiora sunt Persicis: quoniam nec acescunt, nec pariformiter apta corruptioni, & capiunt magis, ac delectant amplius.

In Persicorũ genere Gal. hęc quoq; numerari scribit, in hoc solum discrepãtia, quod minus mala sint. Sic Diosc. lib. 1. cap. 136. quãdo persica stomacho accomodata esse enarrat: matura enim bonam facere aluũ: acerba uero aluũ astringere: siccata maiores adhuc in astringendo uires habere: mox subiũgit, quę in hoc genere minora sint, et armeniaca passim dici, siue armenia, teste Gal. a Romanis uero præcoqua, prædictis stomacho magis adcõmodata. Non enim similiter in uentriculo corrumpi, neq; acescere: plerisq; etiam suauiora apparere, ideoq; stomacho utiliora Galenus refert.

Præcocia. Doracia.

Armeniaca. Armenia. Præcoqua.

Poma, Pira, Punica.

Ex Malis, dulcia quidem maiores reliquis in calfaciendo

C uires habẽt, & quamprimũ transmittũtur, maxime dũ uel assantur, uel elixãtur. Acida sibi cũ refrigerãdi, tũ humores in uẽtriculo dissecãdi, prestantiorẽ facultatẽ uindicãt. Austera deinde stomachũ roborãt, aluũ supprimũt: prę cæteris tamẽ magis cydonia, cotonea a latinis uulgo appellata. Pirorũ pari etiã modo grandiora, atq; matura, eandẽ quidẽ facultatem seruant, sed uberius nutrimentũ sumẽtibus suggerũt. Mala Punica frigorificę uirtutis sunt, & paululũ alimenti prębent.

Acida poma. *Austera.* *Mala punica.*

Non unam esse malorũ speciẽ, uti nec pirorum, nec Punicorũ, ex Gal. constat dictis. Alia enim austerũ, alia acidum dulcemue saporem gerere: alia ex ijs mistũ, nempe dulcẽ solum & austerum habere. Alia quædã cum dulcedine acida esse manifeste: alia cũ acore acerba. Inueniri quoq; nonnunq; quæ tres simul sapores luculẽte referãt, acidum scilicet, & dulcẽ, cum acerbitate aliquantula. Mala prȩterea astringentia, gelidũ, terrestremq; habere succũ: acida uero frigidũ quidem, sed tenuem. Dulcia uero mediæ temperaturę esse, ad calidius nõnihil proniora. Aquosa enim ceu penitus qualitate carentia, & insipida ad frigidius inclinare, quæ semper pro uitiosis sint habenda. Pro ratione itaq;, ac ui præpollẽtis saporis quibusque utendum est pomis. Austeris quidẽ uentriculo, ob calidã intemperiẽ, aut copiosam humiditatẽ imbecilli extãte: acerbis aũt, ista quando admodum increuerint: acidis, quando crassus humor nõ ita tamẽ frigidus in eo collectus fuerit. Gelidus em̃ uentriculus non acida, sed acria expostulat: acida tamẽ, tũ acria æque crassitudinẽ incidũt, illa frigiditate, hæc caliditate id prȩstantia. Adstringẽtia prȩterea infernas deiectiones cohibẽt, acida uero sue cũ crassum offendẽtia hũc ipsum secant, deorsumq; agũt, quæ modo etiam excrementa reddũt liquidiora. sed in purũ, purgatumq; uẽtrem incidentia magis sistunt. Dulcia exquisite & mere sapida, distributioni sunt accõmodatiora, sed cũ hoc acrimoniã habentia, & crassitudinem in descensum magis prodinãt. Ab imaturis omnino, tanq; a perniciōso ueneno abstinendũ. Quæ uero belle maturata sint, & in uer proximum asseruata, morbis sępenumero perq; utilia esse Gal. eciã adnectit, si crusta pistoria circũ oblinent̃, uel in feruidis cineribus mediocriter assent̃, uel ad aquæ feruentis uaporẽ conuenienter elixentur. Atq; ea omnia quæ de Malis Gal. disseruit, hæc uniuersa ad Pira, Punicaque trãsferri uult, quasi nihil nouo alio super his sermone opus sit. Punica uero

Pomorum species multæ. *D* *Austera.* *Acerba.* *Dulcia.*

A

Mala punica. Pira.

cetero parcissime omnino corpus nutrire, adeo, ut nunquam illis tanquam cibis, sed ut medicamentis tantummodo sit utendum. At Piris, præsertimque grandibus, aliquam alendi facultatem inesse, quare & Auicen. maiuscu lorum usum pomorum collaudat: pirisque & maxime maioribus nutrimenti aliquid inesse Oribasi. lib. 3. de ciborum confectione tradit.

Mespila, & Sorba.

Mespila & Sorba uehementiores in astringendo uires retinent, idcirco lubricæ, fluentique aluo accommodata sunt.

Mespila, Sorba.

Ambo astringere Galen. indicat, sed mespila multo fortius quam sorba. Aluo igitur fluenti in cibo accomodatissime exhiberi: sed sorba cum maiori uoluptate sumi. Hæc tamen parce, non affatim, ut ficus, uuæ, esse comedenda: quæ medicamentorum gratia potius quam ciborum a nobis sint sumenda. A nostris uulgo Nespelen, Eschroeszlin, nominantur.

Palmæ.

Palmę stomachum quidem solantur, nisi pręping ues extiterint: uentrem cohibere, crassos, glutinosos humores gignere, & eum capitis dolorem, quem κεφαλαλγίαν dicunt, inducere solent.

B

Palmæ fructus; Dactylus.

De Palmæ fructu tractans Gal. non paruam in palmulis differentiam ponit. Hunc nostra ętas uocat dactylum. Quæ dulces, humidę & molles caryotę dicunt. Omnes uero palmulę, iuxta eundem, concoqui pertinaces sunt, capitique infestæ liberius uidelicet ingestæ. Dulces uero alunt: austeri stomacho conueniunt, aluumque retinent. Succus præterea ex ijs in corpus digestus, omnino est crassus, cum quodam etiam lentore, ubi pingues fuerint palmulę, ut caryotę. Palmulę in Aegypto ex palmis colligunt in autumno, paulo ante quam maturescere incipiant, myrobalanis in Arabia nascentibus similes.

Oliuæ.

Oliuarum post hæc drupę stomacho officiunt, & crassum succum pariunt. Oliuę salsæ, siue conditæ, quas Gręci κολυμβάδας appellant, ante alia edulia comestæ, appetentiam cibi reuocant, aluum difficilem leniunt, idque sane acrius quum uel aceto, uel aceto mulso præparentur, condianturue.

Oliuæ. Drupæ.

Oliuas perquam infirmam corpori alimoniam præbere, maxime drupas, etiam Gal. indicat. mandere enim has frequentius homines cum pane.

C In olea, tum lauro, & alijs arboribus drupas esse, H. Barbarus, tum Marcellus scribunt: optima enim ætate ad decerpendum inter copiã, bonitatemq; succi, incipientes nigrescere, & colorari baccæ: quę uox a Græcis facta sit, qui primum nigrescentes oliuas δρυπετεῖς appellarint. Etiam tum colymbades a Gręcis ortas esse, quæ tamẽ communiore, & certiore appellatione Halmades itidem dicebantur. A sale enim hæ nomen sibi usurpare, quũ Græci ἅλας salem dicant, colymbades autẽ quod in sale natarẽt appellatas fuisse. κολυμβᾶν enim urinare esse, urinare autem in natando sub aqua esse, unde κολυμβήθραν piscinam a Gręcis uocari. Salsæ enim & conditæ oliuæ huius nominis caussam præbuere. Quarũ cõdituras tã multiplices Plin. lib. 15. cap. 3. satis abunde explicat. Halmadas uero, & colymbades ante alias epulas alui subducẽdæ cũ garo quondã sumptas, Gal. edocet. Et ueluti drupæ plurimũ pinguis, ita hæ nõ modicũ astringentis succi in se continere, quapropter stomachum corroborare, & cibi excitare cupidinem. Eiusmodi usui etiam maxime sint idoneæ quæ aceto reponentur.

Colymbades. Halmades. Vrinare quid.

Nuces.

D **Nucum uero Basilica quidem, siue Iuglãs Auellanis minorem in nutriendo potestatẽ habet, stomachoq; utilior est. Virides nuces humidiores sunt, uentrẽq; subducunt. Aridę uero, si quis maceratis in aqua & ab interiore putamine purgarit, recentioribus potentia nihil cedunt.**

Iuglandes nuces Gręce Carya ab omnibus uocari, aut Basilica carya Gal. infert, quas Germani Baumnuss uocãt. Auellanas uero nuces multo his minores esse, idcirco a gente Leptocarya nũcupari, Pontica ab alijs uocitata, a nostris Hasselnuss dicũtur. Vtræq; in usu sunt, quamuis haud multum nutriant. Iuglans tamen felicius, quã auellana concoquit, et stomacho utilior est, multoq; magis si cũ ficubus una edatur. Apud medicos etiam aliquot constare fertur, si hęc ambo cũ ruta, ante alias sumantur dapes, hominem tunc non magnopere a lœtalibus uenenis lędi, posse. Viridem uero etiamnum atq; humidã, nec plane astringentem qualitatem repræsentare, & deiectioni magis, aridã uero minus conuenire. Viridem enim ad hoc aptiorem esse, utpote astringentis minus qualitatis participem, igitur nonnullos inueniri, qui Iuglandes cum garo præmandant, quo uenter facilius soluatur. Quapropter non rarenter & aridas aliqui in aqua prius præmacerent.

Nuces. Iuglandes. Carya. Basilica carya. Auellanæ. Lepto carya. Nux pontica. Contra uenenũ. Viridis nux.

macerent, similem ac uiridium uim inde nactas esse. A

Amygdalæ, & Pistacia, siue Fistici.

Amygdalę dissecandi, extenuãdiq; uirtute præditę sunt: quocirca tum uiscera, tum thoracem, sed uehementius efficaciusq; amaræ, purgant. Assimilem sane potestatem habent & Pistacia (uulgo Fistici dicti) hepatis coarctationes, constipationesq; maiore efficacia laxant.

Amygdalæ. Hæ nihil astrictoriæ qualitatis sortitæ sunt, Galeni autoritate, sola q; extenuandi, atq; abstergendi ui pollẽt: quo nomine uiscera expurgant, humoremq; e pulmone, ac thorace excreatus moliuntur, atque promouent. Earum præterea quędam tam exuperantem crassorum, glutinosorumque humorum incidendi uim habent, ut cibo propter amaritudinem prorsum sint ineptæ. Peramoræ. Peramaras autem ad facilem saniei ex thorace, et pulmone expuitionem mirifice conducere, tũ crassorum humorum ac glutinosorum eductionem quotidiano usu experimur. Pistacia circa magnam Alexandriam nasci Gal. tradit: sed lõge uberius in Berœa oppido Syriæ, Pistatia. B pauci nutrimenti, non tamẽ inutilia iecori confirmando, ac liberandis ab infarcto humore eius uijs, propter subausteræ, & amariusculę uirtutis cum odorifera participatione. Cæterum stomacho noxia, nec ne, nullum certum penes Gal. extat testimonium: similiter an ne aluum ducant, siue sistant. Quamuis Dioscor. dicat, Pistacia in Syria nasci pineis nucleis similia, & stomacho esse utilia, lib. 1. cap. 145. Hæc hodie apud nos in officinis nostris reconduntur ad medicinæ usum.

Damascena.

Damascena, si in prima mensa, aliasue ante cibos edantur cum cruda, tum in mulso elixa, uentrem difficile molliunt. Syriaca concoctu difficilia sunt, stomacho hostilia, & exigui nutrimenti. Ceratia (siliquæ) ægerrime concoquuntur, aluum cohibent, & uitiosum succum possident. Sycomora abundantem refrigerandi & humectandi postetatẽ habent.

Pruna. Ex Prunorũ fructu minimũ corpus alimenti capescere Gale. scribit: sed humectare, refrigerareq; uentrem statuit, huic accomodũ esse, quẽ subducere etiam ualeat, humiditatis, ac lentoris sui gratia. In me-

C licrato prætérea mellitiore decocta, abunde mollire decernit, etiamsi sola comedātur, & multo magis si melicratum ipsum subsorbeatur. Certum enim esse, si uinum dulce post assumptionē superbibatur, & prandium non statim, sed aliquāto post inchoetur interuallo, ad alui solutionem maxime profuturū. Primā bonitatis laudē Damascenis a Damasco Syriæ mōte in quo nascunt, quibus & nostra pruna (quę uulgus nostrū Pflaumē nominant) omnibus modis æquiparari possunt. Pruna ut ficus exiccata, utilia permanent, usuiq; per annū reseruantur cōmode: nā & talis conseruandi pruna hodiernus adhuc apud Gallos mos est. Syriaca quę haud facile a Paulo concoqui scribit, stomachoq; aliena esse, alimenti tū leuis, Gal. Serica appellat, quorum nec usum in sanitate tuenda, neq; in morbis profligandis adprobat. Hæc em̄ ab insolētibus, & effrænatis pueris, ac mulierculis cibo appeti, quę imbecillissima sint, & difficillime concoquant, ad hoc stomacho inutilia sint. Syriaca præsertim in Damasco genita, & siccata pruna Dio sc. li. 1. cap. 142. attestat, stomacho accōmodata esse, sed aluū cohibere. Ceratia per, t, scribi, non uero per, s, Gal. commonet: nihil enim cū cerasijs habere similitudinis. Lignosum insuper esse fructū, in cibo praui succi, necessario ex concoctu difficilem. Adeo maliciosum esse, ob tardā eius secessionem, ut ne optet quidē hūc ex orientalibus locis ubi nascatur ad Græciam transferri. Sunt ex nostris qui sycomorū Germanice Maulberbaum nominent. Eiusmodi nomenclaturam facile interpretatur Galeni de Sycomoro sententia: ait enim in Alexandria se conspexisse sycomori plantam una cum fructu, qui paruę, candidęq; ficui sit persimilis. Hunc fructum nulla acritudine constare, perexiguę dulcedinis participem esse, facultate ad humidius, frigidiusq; nonnihil declinare ueluti mora, atq; hinc nomē sibi inuenisse uideatur. Nequaquā tamen sycomorū appellari, quod paruis assimiliter ficubus. Non illum fructum aliorū arboreorū fructuū ratione nasci: nō enim ex primoribus ramulis, ac germinibus, sed a prægrandibus ramis, caudiceq; produci. De sycomoro, qui uelit, Diosc. lib. 1. cap. 148. consulat, cuius fructum ita dici uult, quod ignaui gustus, & saporis sit, terque quaterque hunc in anno produci, & alia quæ facile eius arboris naturam explicabunt.

Damascena. Pruna nostratia. Syriaca. Serica. Ceratia. D Sycomora.

Citreum malum.

Medici mali extima pars acredinem sapit, & concoctioni

renititur

renititur; quę uero carnis quandam imaginem repræsentat, A ęmulaturq;, et si edendo sit, tamen ęque concoctioni resistit. Medulla uero, siue interior pars dicere malis, siue acida, siue aquea fuerit, abunde infrigidat.

Et hunc fructum Medicum appellari ab ijs, qui id studeant ut a ne mine intelligantur, Gal. est autor. Idem hunc fructum in tres dissecat partes: nempe succum in medio acidum: & in hoc quod illum quasi ambiat, hoc est, ueluti carnem: tertio in tegmen forinsecus circundatum. Hoc quum sit durum, callosum, coarctumq;, merito cum difficultate conficitur, licet odoris gratia ac suauitate commendetur. Attamen concoctionem nonnihil adiuuabit, si ut in Medicina sumitur, quemadmodum in citro condito nostro quotidie experimur. Cureum malum. Medicũ malum. Citrei mali, partes tres. Citeũ conditũ.

Glandes, Castaneæ.

Glandes non inefficaciores frumentaceis in alendo uires habent, cæterũ non sine difficultate in stomacho tandẽ conficiuntur, et crassioris succi sunt, lenteq; transeunt. Castaneæ per omnia glandibus præstãtiores, & salubriores credũtur.

Glandium nutrimentum esse copiosum, etiam Gal. sentit, atq; adeo, ut hæ cum multis frumẽtis in alendo queant certare. Non abs re igitur antiquitus, ut ferũ, mortales ijs solis uictitabãt: Arcades ad multum tempus etiã, reliquis tũ omnibus Græcis ad cereales iam fruges cõuersis. Alimonia autem harũ dicitur ægre permeare, & succum parere uitiosum, ideoq; concoctioni rebellẽ. Hodie rectius porcis obijciuntur saginandis. Castaneæ inter glandes potius, teste Gal. tũ Plin. li. 15. cap. 23. quam inter nuces ponendę sunt. Maro autẽ nucibus commiscet, istiusmodi carmine. Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat. Sardiana hęc glans a Sardibus q̃bus prouenere principio dicit: unde Gręci hãc etiã Balanũ sardianam uocitãt. Castanea uero uel a Castano Magnesiæ oppido, uel ut alij uolunt in Apulia nõ procul a Tarento Castaneã tũ Latini, tũ Græci appellasse. Hæc & Iouis Glans dicta fuit: quia eũ honorem regijs nucibus attribuebant. Et Euboica, a regione: & Lopina a cortice, quod λέπος Gręce dicatur, & λοπᾶν, quod est, decorticare. Hinc Gal. ait. Istæ inter omnes glandes principatum tenent, nonnulli Lopinos uocant, solæque ægrestium fructuum alimentum memorabile corpori præbent. Etenim alia omnia esto aliquantulã nutriendi uim habeãt, prauo tñ humore plena sunt omnia. B Glandes. Glans sardiana. Balanus sardiana. Castanea. Glans iouis. Euboica. Lopina.

C Atq; etiam quædā ex ipsis stomacho inimica, gustui ingrata, suumq; escis, non tantum domesticarum, sed in montibus etiam degentium dicata, ut ex ijs ualentissimum capessant alimentum.



De Animalibus, primitusq; de Volucribus.

CAP. LXXXII.

Aves imbecillius multo leuiusq; quadrupedibus alunt, potissime uero suibus: sed concoctrici animantis facultati promptius obtemperant, præcipue perdix, attagena, columbarum pulli, gallinæ, phasianus, turdi, merulę, passerculi, necnon & pyrgitæ solidiorem alimoniam prȩstant, & his etiam magis turtur, palumbus, anas. Sed lōge sunt solidiores ac duriores, & concoctu contumacius renitentes, pauonū carnes, utpote fibrosiores. Porro anserina, & struthocamelina caro maiorē redundantiarū saburrā prȩdictis cumulat, & in stomacho ægrius conficitur: exceptis alis, quæ succi bonitate reliquis auibus minime cedunt. Gruū caro referta fibris & durior est. In summa, iuniores auiculæ ueteribus semper humidiores sunt, minus concoctioni resistunt, plus alimenti præbent, & per aluum procliuius descendunt. Quin & elixæ ab assis & in sartagine frictis pari interstitio dissident. Quę deniq; in siccis regionibus atque montanis degunt, ijs quæ in uliginosis aluntur, concoctioni minus obluctantur, & nihil fere superfluitatum relinquunt.

Caro anserina, & strutho camelina.

D

Gruum caro.

Carnes elixæ, assę, frictæ.

Alitum porro genus cibum leuissimū prȩstare Gale. lib. 3. de alim. facul. affirmat: itē & quadrupedibus minus nutrire, & facilius cōcoqui lib. 2. de uictus ratione indicat, prȩsertim perdicū, attagenarum, gallinarum, phasianorū, columbarum minus. Simili modo cicurum carnes humidiores esse quā agrestiū: quia aridiora agrestia omnia cicuribus, & perinde agrestium nutrimentū minus redundare quam cicurum: uidelicet ob eorū perennem motionem, qua carnes eorum rarescūt, tum ob aërem in quo uersantur ariditatem. Cicura itaq; plus nutrire, laudabilioremq; sanguinem producere, temperatioremq;, pro eorum

A
corũ humiditatis, exercitationisq; temperamẽto apud nonullos statũ est. Concoctu itaq; facilius alimentũ præbentes sunt perdix (huic coturnicem, quam Quastulam alias uocant, nostri ob eius præstantiã, uulgariter Vuachtel dictam, adiungũt) cuius carnem tẽperatam multum, & delectabilem esse Albertus. 23. lib. de animalibus testat. Iuniores tamen annosioribus semper sunt prestantiores, quas ad sedecim annos durare Plin. existimari ait, siue assent, siue elixentur, semper uentrem cohibent. Germani hanc Feldthũn, Rebbhũn uocant. Attagena quam & auem Ioniam appellant, cuius etiam Aristo. in de animalibus lib. mentionem fecit. Item columbarũ pulli quolibet enim mense pullos educare columbas Albertus tradit: sed autũnales uernis tam meliores, quam saniores esse. Antiquiores aũt propter exuberationẽ caliditatis, & ariditatis, & concoctionis difficultatẽ minus admittendæ sunt, cæteris tñ semper paribus. Ad hæc gallinæ: iuuenes tamen semper uetulis sunt temperatiores. Sunt qui ex uolatilibus carnẽ gallinam omnib. aliis in præstantia anteponãt. Istiusmodi caponem conferimus, quem gallũ gallinaceũ, aut castratum alias uocamus: ideo, q̃d carnes etiam habeat bonas, nonnihil tamen gallinis solidiores: ueteres hunc paponẽ uocabãt. Psellus gallinis pares facit phasianos: quibus carnes teneras ualde, & candidas, tum temperatas ascribit Albertus. Eiusmodi etiã galli syluestres appellant, Germanice Vrhanen. Proinde solidius præstantes alimentũ sunt turdi, quã auem Germani Kramattuogel, uel Vuecholtter uogel nominant: carnem eius boni saporis esse Albertus scribit. Est tamen concoctionis peruicacis: quod malum cũ brodiis humidis quando illa coquitur auis castigatur. Iidem & Merulę, quę turdis meliores a quibusdam iudicant. Aridiores enim inquit merulę, deinde turdos & passeres post ponit, quasi ficciores, ciboq; inhabiliores. Merulã Germani uocãt ein Amsel. Ad hęc passerculi, quarũ auium carnes calidissimas esse dicit. Eędem stimulãt uenerem, & constipationẽ inducunt, calidæ, & siccæ sunt teste Alberto. Minime itaq; in eduliorũ numerum recipiendæ sint, quemadmodũ neq; pyrgitę ipsę. Porro magis solidius alimentũ ex turture, palumbo, anate generatur: multo tamẽ adhuc durius, & coctu difficilius, fibrisq; fere refertum, quod ex pauone accipitur. Turturis carnem calidã, & siccam esse Albertus notificat, Germani hãc auem uocant Turtteldub. Similiter palumborũ, quos uocamus Holtzduben. Anatis aũt carnem, idem ait, frigidam esse & siccã, melancholicam, minus tñ duram

Perdix. Coturnix. Quastula. Attagena. Columbarum pulli. Gallinæ. Capo. B Papo. Phasianus. Galli syluestres. Turdi. Merula. Passerculi. Pyrgitæ. Turtur. Palumbus. Anas. Anser.

C quam anseris, cuius omnino caro coctu difficillima. Anseres, inquit Psellus, redundantiores sunt & concoctu difficiliores: iuuenes tamen semper uetulis præponant. Difficilis etiam concoctu Pauo, idē asserit autor. Anseris uero, & struthiocameli caro plures post se omnibus a ijs, superfluitates relinquit, difficiliusq; concoquit: demptis alis, quæ succi bonitate alijs non minores reperiant auibus. Struthiocamelus a uiu est maxima, si saltē auis dici debet. In Aphrica enim altitudinē equitis equo insidentis excedere, celeritatemq; uincere, fertur. Aluum anserinā multū nutrire Psellus tradit, suauioremq; esse cęteris alitibus, faciliusq; concoqui, & alias magis alere: sicut etiam gallorū testiculi. Grues quū sint durissimæ carnis aues, necessariū est & durissimā præbere alimoniā. Scire, oportet, pullos reliquis alitibus uetulis semper leuiores, concoctuq; faciliores existere, sanguinē generare laudabilem, appetentiamq; roborantes. Elixæ præterea in aqua dulci, humidius corpori præbent alimentū, faciliusq; coquunt. Assæ autem, & frixæ aridiores cum sint, aridius administrant alimentū. Simili modo syluestres minus humidū concoctuq; paratius præbēt alimentū cicuribus. D Eadem ratione & in montibus degentes, aridisq; locis, & facilius coquuntur, & superfluitatibus minus redundant palustribus.

Pauo. Anser. Struthio camelus. Anserina aluus. Grues. Pulli. Elixa. Assa. Frixa. Syluestria. Cicura. Montana.

¶ De Ouis CAP. LXXXIII.



GAllinarū, & Phasianorū oua, principem bonitatis locū occupant: sed anserum, & Struthiocamelorum infimū. Atqui longe semper recentia ueteribus palmam pręripiūt: & ut trementia nutriendo magis sunt, ita & sorbilia facilius descendūt, & gutturis asperitates molliūt. Reliqua ad unum omnia concoctioni obstinate repugnāt, & lētius per meatus excernūtur, crassiq; omnino succi sunt: demptis ijs quę pręfocata dicuntur: quæ quidem cruda in garo, uino, & oleo irrigata, in diplomate, id est, uase æneo, aut testaceo, mediocriter densantur. nam hæc coctu facilia, succiq; inculpati hoc modo reddūtur. Fricta autem in sartagine omnium sunt uitiosissima.

Oua recentia, trementia, sorbilia.

OVa ab animātibus inter alimenta sumpta in .3. differētias a Gal. lib.3. de alim. facul. secantur. A substantia enim harū una sumit. siquidem gallinarum, ac phasianorum in his meliora esse; anserum uero

Ouorum ab animantibus differentiæ. A substantia.

uero ac struthiocamelorum deteriora. Secunda, an recẽtia, uel uetera sint consyderatur. Tertia penes cocturæ rationem uersat. Quæ enim affatim coquuntur, a Græcis ephtha .i. cocta uocata, seu dura, difficilis sunt concoctionis, tardiq; transitus, crassamq; corpori alimoniã exhibentia. Quæ uero ad mediocrem consistentiã coquunt, tremula dicuntur. Græce trometa, omniũ bellissime nutrientia. Alia autem quæ duntaxat incalescũt, sorbilia dicta, minus nutriunt, expeditius tamen descendunt, gutturisq; scabriciẽ leuigant. Quæ in feruentibus uero cineribus assata sunt, longe tardius descẽdunt, crassiorisq; succi sunt. In sartagine autem usq; ad crassiciem fricta, a Græcis Tagenista appellata, deterrimi omnino sunt alimenti. Nidorem enim & fumũ dum coquunt ædunt, succumq; deinde tam crassum, quam prauũ, & excrementiciũ progignũt. Duris, assatisq; præstare idem Gal. decernit, quæ peculiari modo cocturę quodã suffocẽtur: a Gręcis pnicta uocata. Rationem aũt eiusmodi apparandi talem præscribit. Oleo, & garo conspergantur, & momento uini, actutum uas quo continentur superne undiq; bene operculatũ, aheno aquæ calidæ imponatur, deinde usq; ad mediocre crassamentũ lento igne coquant. Quæ si plus æquo conspissent, a duris, & assis nihil differre. Sed si ad mediocre crassamentũ peruenerint, tũc melius quã dura concoqui, corporiq; præstantius alimentũ pręstare. Quã consistentiæ mediocritatẽ facile colligidet ex ijs quę sursum in ollę labra effundant: nã ut ea indurẽtur, non est cõmittendũ, quę potius ab igne remouẽda sunt: quũ succũ adhuc seruarint suũ. Recẽtium porro ad uetula nõ mediocris est differentia: quasi illa optima, hæc uero deterrima sunt, exitiosoraq; perquã diu asseruata.

A — Ephtha oua. — Tremula. Trometa. Sorbilia. — Assata in cineribus. Fricta in sartagine. Tagenista. — Suffocata. Pnicta. Ouorũ, suffocandorum modus. — B — Recentia. Vetera.

¶ De Quadrupedibus animalibus.

CAP. LXXXIIII.



PEdestrium animalium, suillæ carnes omnium aliorum esculentorum efficacissimas in nutriendo uires obtinent: eo quod cum gustu, tum odoratu peculiarem quandam germanitatem humani corporis æmulantur, ueluti a quibusdã qui per imprudentiam, humanam carnem degustauere, animaduersum est: uerũ quicquid nutrimẽti ex ipsis cõtrahitur, uisco, seu quodã lentore præditũ est, & ęgerrime dissipatur.

Caro animantium quę bono constant succo, cuiusmodi sit suilla,

C ex Gal. lib. 3. de Alim. deprehendimus: siquidem quum probe fuerit cocta, optimū gignere sanguinem. Inter omnia ergo edulia ualentiss. esse suillam in confesso est omnium. Argumento sunt euidentissimo, ut idem prodit autor, ipsi Athletæ: nam consuetis exercitijs nihil remittentes, atq; alterius escæ parem modum, uel una die assumentes, postridie reddi imbecilliores. Quod si idem in plures factitarint dies, non solum infirmiores, uerumetiam manifeste macilentiores euadere. Experiri idem in pueris liceat, uel in palæstra se exercitantes, aut in alijs quibusuis graues admodum operas obeuntibus, ut fossoribus. Suillæ preterea carni cum humana similitudinem esse, ex hoc colligi: quod nonnulli humanis carnibus quam porcinis uescentes, eius nullam neq; ex gustu, neq; olfactu suspicionem habuerint. Quod sane per ditissimi hospites, ac alij quidam patrauisse deprehensi sunt. Quantū autem bubula caro totius substantię crassitudine suillam superet, tantò bubulam suilla lentore, teste eodem autore.

Carnis suillæ cum humana similitudo.

Ouilla caro, & Caprina,

D Ouilla caro plurimam retrimentorum congeriem, perditosq; succos cumulat. Caprinis carnibus acredo quędam succusq; minime bonus inest. Hircina caro deprauatissima est, siue succum eius malignum, siue concoctionis difficultatem respicias. Bubula porro caro atram bilem auget. Leporina uero crassum quidem succum habet, uerum in hoc a bouina & ouilla uincitur. Ceruina duri & coctu difficilis est alimenti. In uniuersum uero, recentiora, iunioraq; omnia ueteribus humidiora, molliora, & coctu faciliora deprehenduntur. Pari modo & castrata ijs qui testiculos etiamdum habent: et bene curata cute, strigosis.

Hircina. Bubula. Leporina. Ceruina.

Ouilla excrementis, prauoq; succo abundat, Caprinę autem preter succi maliciam accedit & acrimonia. Hircina tam ad succi probitatem, quam ad concoctionem omnium est ineptissima. Bubula uero alimentum non exiguum, nec discussu leue præstat, sed sanguinem progignit crassiorem quam par est. Præterea si melancholicæ inquit Gal. naturæ quispiam in eius cibo modū non seruauerit, affectu quopiam melancholico hunc tandem corripi, cuiusmodi sint cancer, elephas,

Ouilla. Caprina. Hircina. Bubula.

phas, psora, lepra, febris quartana, & morbus qui nomine speciali melancholia uocetur. Leporina quamuis crassiorem succum faciat, succum tamen meliorem quam bubula, aut ouilla gignit. His non minus praui succi, ac difficilis concoctionis est ceruina. In summa: recentiora omnia ueteribus humidiora, molliora, & concoctu faciliora sunt. Merito igit Gal. instituit: ut quibuscunq; animalibus a natura sicdor temperies obtigerit, ijs tenella ætas quo uidelicet humidior sit, magis ad conueniens temperamentũ conferre. Contra uero, quę humidiora sint, a consistentia ætatis, quod iustæ temperaturæ desit tandem acquiri. Ob quã rem nõ solum uitulis accidere, ut per adultis bubus melius concoquãtur, uerum ipsis hœdis ad capras collatis idem concedi. Igitur porcellorum alimentum tanto magis, eo quod grandes prębeant sues, excrementis abundare, quantum & illi his sint humidiores. Cæterum annosa, & a concoctionis, & succi, & nutritionis laude longe remouentur. Similiter castratorum caro præstantior ijs, quibus integri adhuc sint testiculi. Item & corpulentorum nobilior gracilibus. Animalia enim quibus conuenientium, et familiarium alimẽtorum suppetat copia, multo ipsa seseipsis cibo utiliora euadere, idem tradit Gal. ceu alia deteriora, quibus ea negata sit.

A Leporina. Ceruina. Recentiorum, & ueterum carnium differentiæ

Caro porcellorum, & suum.

Caro castratorũ.

B

¶ De Animalium partibus. CAP. LXXXV.



Xtimæ animalium partes, ut sunt neruis refertæ, ita pinguedine carneq; uacant, quapropter & uiscidę cernuntur; & exiguas in nutriendo uires, sed alui ciendę potestatem habent: demptis auium (quod impendio siccæ sint) partibus.

EXcarnes, seu extremæ corporis partes, Gal. ait, ut minimum pinguedinis, ita carneę quoq; substantiæ perexiguum obtinent. Neruorum item ac cutis naturam in illis præpollere asseuerat. Porro neq; tales hos neruos esse, cutimue, quales per uniuersum dispergantur corpus. Nanq; in ijs hæc magis tuta sint, ac exercitata, eoq; glutinosiora. Omnia enim neruacea dum elixantur, ad huiuscemodi deuenire naturam. Ob quam rem merito, & tenuiter corpus alere, & expeditius per aluum, lentoris sui nomine delabi.

Rostra, & aures cartilaginosa, concoctuq; difficilia sunt. Rostra. Aures.

Pedes suilli magis per eundem Galen. q̃ rostrum probantur: sed Pedes suilli.

C hoc magis quam aures: quum de sola cute, ac cartilagine constent. Cartilago enim si ab adultis sit animalibus, omnino confici nō posse. Quæ si etiam ab increscentibus sumpta fuerit, & si in ore dentibus bene comminuatur, atq; in uentriculo concoquatur, pusillum tamen alimenti præbere.

Lingua mollis, laxaue, exanguis & lenis in nutriendo potestatis est.

Lingua. Linguę substantia propria est fungosa ut caro. Nanq; arterias sane, uenas, ac neruos cum alia carne lingua communes habet, quæ tria illa conceptacula una cum carne eduntur, in lingua tantum magnitudinem ac numerum proportione excedentia. Alimenti autem a glandulosis corporibus sumpti, qualisnam sit facultas, deinceps habebit.

Adenes, id est, glandulæ, gustu suaues sunt, atq; tenues: suauiores uero multo mammillinæ sunt præsertim porcinę, cum uidelicet lacte infarciuntur, neque imbecillius quidem ipsis carnibus alimentum præstant.

Lingua quantum a carnis substantia, tantum glandes a linguę natura recedere Gal. profitetur, non omnes pari ab ea distare interuallo. Quę enim illi adhęreant, atq; contingant, ijs quadantenus similes esse quę in mammis habeantur, nondum lacte refertis. Glandularum differentiæ. Glandularum aliæ ad saliuæ generationem natura sunt comparatæ, ut quæ in guttu-D re, ac faucibus comparent. Aliæ mammillares laxę, turgidulæ, & lacte plenæ, quum fœtus gestatur. Hæ quum lacte carent, in sese contractæ adeo densantur, tum inter se differunt, quantum spongia permadida ab alijs a quibus omnis hūmiditas est expressa: quasi uinculis obductis sint constrictæ, atq; in unum corpus coactæ. Circa guttur præterea ac fauces esse glandulas, ut in mesenterio Gal. scribit: attamen adeo exiles, ut multorum oculos fugiant. Commune tamen omnibus esse glandulis, ut dulces, ac friabiles in ore sentiantur: adeo, ut in mã millaribus lacte refertis, ipsius quoq; lactis dulcedo quædam intelligatur. Tales itaq; glandulæ lacte tumentes, si quod aliud epulum, a ganeonibus sūmopere commendari, ac expeti, præcipueq; suillę. Alimoniã equidē ex ijs probe in uētriculo cōcoctis, puenire, ac ne mino- Glandulæ suillæ. ris quidē alimēti esse q̃ carnes. Quod si plena concoctione frustrent, tunc crudum, aut pituitosum humorem procreare: & quę in ipsis humidiores sint, pituitosum, quæ ssicciores, siue duriores, crudum.

Renes

Renes & testes.

A

Renes, atq; testes uirosi sunt (sic enim βρωμώδεις interpretor) ægerrimeq; in uentriculo conficiũtur. Cęterũ gallinaceorum saginatorum testiculi, suaues, & inculpatũ corpori alimentum præstant. Taurorum porro e contrario, hircorumq; & arietum testes, uix tandem concoquuntur, & improbum succum faciunt.

Testes quandoq; ad glandularum naturam spectare uideant, non tamen perinde laudabilis esse succi Gal. mens est, ut mamillares, imo uirosum quid sapere, seminis, cuius sint officina, naturam repræsentare, ceu renes etiam ipsius urinæ. Verum praui admodũ succi, concoctioni rebelles esse testes adultorum animalium ubi execti edantur: iuniorũ tamen longe pręstare: sed taurorũ, hircorũ, & arietũ insuaues esse testes, concoctioni, & succo inutiles. Cęterũ solos gallorũ gallinaceorum ad omnia pręcipue cõmendantur, & in primis saginatorum. Testes.

Cerebrum.

B

Cerebrum pituitosum, densi, prauiq; succi, lenti meatus, concoctioni renitens, stomacho ingratum, & nauseosum deniq; est: coctum uero ad summum, satis idoneum alimentum præbet. Medulla spinalis, pinguis & suauior est cerebro, in cæteris autem nullo ab eo discrimine dissidet. Medulla spinalis.

Cerebrum omne in cibo pituitosum esse Gal. ostendit, crassi succi, tardi meatus, & operosę concoctionis, nec minus etiam stomacho inimicũ. Nonnullos etiam ex mollitudine decipi, quia laborantibus offerant (ut hodie apud nos uulgatissimũ est) quum præter alia nauseam quoque incitet. Si uero recte conficeret, alimẽtum corpori non infimę notę præstaturum. Atqui medullã spinalem eiusdẽ cũ cerebro generis esse Gal. prodit: minus tamen proprie eã appellari medullam. Medulla siquidem humidior, mollior, & pinguior non solum spinali hac, uerum etiam ipso cerebro uideatur. Medullam autem quæ in ossibus contineatur cerebro dulciorem esse, iucũdiorem, pinguioremq; adeo, ut si cerebrum cum ea comparando degustetur, aliquid austeri in se habere illud putetur. Hæc etiam si liberalius ingeratur medulla, & nauseam prouocet, ueluti cerebrum: at si probe coquatur, alibilem quoque ipsam esse. Cerebrum. Medulla spinalis. Medulla.

Cor

Cor & hepar.

C

Cor. Hepar. Cor & hepar crassum habent succum, ægre decoquũtur, lẽte, ransmittũtur: sed suillũ iecur bonitate reliquis præstat.

Omniũ animalium iecur crasso constare succo idem Gale. asserit, Hepar suillum. difficulter confici, & tarde commeare: atq; suillum cæteris melius esse: quod huius animalis uiscera sua natura longe suauiora sint aliorum omnium uiscerũ. Cor substantia sua fibrosam, duramq; esse carnem, ideo difficulter concoqui, tardeq; commeare. Quod si probe in uentriculo perficiatur, alimentũ corpori exhibere quod nec mole, nec succo contemnendum sit.

Lien.

Lien. Lien praui succi est, & atram bilem generat.

Lien reliquorũ uiscerum gustu non omnino iucundus uidet, quasi in eo acerbi quidpiam percipitur. Quomodo enim praui non succi crederetur, quum melancholici sanguinis fons sit, & officina?

Pulmo.

Pulmo. Pulmo utrisq; cum laxior, tũ coctu facilior est, cæterũ pituitam auget, & minimæ in nutriendo potestatis est.

D Quanto iecore, lieneq; mollior, rariorq; existit pulmo, tanto con coctioni quoq; accõmodatior, sed iocinore longe imbecillior: atque id ipsum quod corpori dat alimentum, magis habet pituitosum.

Ventriculus, Locelli, Intestina.

Ventriculus, Locelli, & Intestina, dura sunt, & concoctioni obluctantur, atq; pituitam pariunt.

Ventriculus. Locelli. Intestina. Has partes carne esse duriores Gal. recensuit, ob quam caussam si rectam assequantur concoctionem, succum edere non plane sanguineæ naturę, neq; prorsus inculpatum, uerũ & frigidiorẽ, & crudiorem. Propterea temporis multum requiri prius quam satis peragant, & in sanguinem optime conuertantur.

Feræ. Cicures. Vno uerbo, feræ sicciores semper sunt alimoniæ quam cicures, neq; tantum retrimenti relinquunt.

Pulchre ĳs uerbis declarat Gal. animalia domestica temperie humidiora esse quam syluestria, tam ob aëris in quo degãt humiditatem, quam uero etiam ob uitę totius eorũ ignauiã. Syluestria enim multis laboribus, cursitationibusq; sese fatigent, tum in aere etiã ficciore uersentur.

sent. Non merito quidē carnem eorū & duriorē esse, atq; nulla prorsus, siue admodum pauca pinguedine consperſam. Quare etiā talis pluribus a putrefactione conseruetur immunis, quā domesticorū, & uitam inertem agentiū. Eoq; horum cibum ab excrementis puriorem esse, cum is qui a domi natis sufficiatur magis abundet, quare ex necessitate illum quoque amplius nutrire, & ſucci bonitate hoc longe superiorem esse. A

Sanguis.

Sanguis uniuersus coctu difficilis est, maxime uero crassus, atq; atrebilarius, cuiusmodi esse uideatur bubulus. Leporis autem sanguinē tanq; suauissimū primi meriti est; hoc multi una cum iocinore coquere solent, nonnulli uero simul cum reliquis quoque uisceribus. Estur & a quibusdam iuuenis porcelli sanguis. Caprinum postremo sanguinem esui fuisse, ab Homero proditum est memoriæ.

Sanguinis mentionem, atq; tam suilli, q̃ aliorū aliquot animaliū facit Gal. lib. 10. de simpli. medica. facul. Atqui lib. 3. de alimen. facul. præsentis sanguinis totā complectitē materiam, quam transcribere hic collibuit. Sanguis, inquit, omnis concoctioni rebellis, præcipue crassus, & melancholicus, qualis est bubulus. Leporinus ut suauissimus celebratē: apud plerosq; mos obtinuit, ut cum iecore elixetur: quidam aliis etiā uisceribus indunt. Sunt qui suum quoq; iuniorū sanguinem edant, ceu alij etiā adultiorum, quū fuerint castrati. Nam aprorū nemo ne gustare quidē tentauerit, ppter nimiam insuauitatē, & concoctionis pertinaciam. Caprorum uero sanguinem in cibo gratū esse, ipse etiam Homerus nouit. Hæc Galeni sunt uerba.

Sanguis. B Sanguis bubulus. Leporinus. Suillus. Aprinus. Caprinus.

¶ De Lacte. CAP. LXXXVI.



Ac coctum alendo quidē est, gingiuas uero & dentes incōmodo afficit: proinde simulat q; ingestū fuerit, primū quidem mulso, dein de uino acerbo os abluendū est. Præterea capitis dolorem infert, præcordiorū (sic enim ὑποχόνδρια interpretor) & uentriculi quæ ex flatibus oritur distentionem conciliat, renum item calculos gignit. Cæ-

O terum

C terum dilutum imbecillius quidem alimentum præbet, sed intentius uentrem soluit: crassius cõtra efficaciores nutriendi uites habet, ægrius uero per inferiora descendit. Caprinũ postea mediocris essentiæ lac est. Ouillũ e diuerso crassioris, statim post partũ tenuius, progressu uero temporis crassius, magis magisq; deprauatur.

Lac.
Lactis substantiæ diuersæ.
Serosum lactis.
Caseosum lactis.

LAc boni succi esse & alibile Gale. dicit, sed ex cõtrarijs substantijs, ac facultatibus: compositũ nempe mouẽdi, sistendi, obstruendi, & extenuandi. Eius enim quod serosum sit, crassiciem humorum extenuare, & aluum subducere: ideoq; ueteres ad aluum exonerandam creberrime hac potione usos fuisse. Quod caseosum est, aluum retinere, et crassos procreare succos, ex quibus deinde iecoris obstructio, & in renibus calculi oriantur. Assiduum præterea lactis usum dentibus, unaq; adnatis officere carnibus, quæ gingiuę uocentur, quas humentes, & flaccidas, dentes uero putrefactioni, & erosioni obnoxios faciat. Quare lacte assumpto, os uino diluto collui expediat, meliusque esse, si mel adiectũ sit: tali nanq; modo abstergi, si quid ex lacte caseosum dentiũ interstitijs, gingiuisq; infarctum adhæreat. At illud quoq; dentiũ incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fore præsidi-
D um, si quis post assumptionẽ primo melicrato, postea uero adstringente uino os abluerit. Oribasius uino cũ aqua calida temperato os lauare, iubet, quando lac edendũ sit. Melius etiam esse, si mellis modicum addatur. Lac igitur plurimo abundans sero quã minimũ periculi inferre, etiam si iugiter eo utare. Quod uero nimis caseosum sit, omnibus usum eius frequẽtantibus insidum esse: nanq; renes offendere, qui calculo sint obnoxij ingenerando: iecur obstruere, qui facile huic iniuriæ pateant: capiti non utile esse, nisi ualenti. iuxta equidẽ Hipp. dictum, Lac dare caput dolentibus, &c. neque hypochondrijs prodesse, si qua leui caussa inflare prompta sint: quãdoquidem uentrem tũc flatibus implere: ut paucissimi sint, qui nõ ab eo ita afficiant. Breuiter, omne lac seri copia affluens, a quo facultatem accipit delaxandi, uehementius aluum deijcit: a caseosa uero substantia sistit. Caprinum mediæ constitutionis esse, idem Gal. adserit. Ouillũ uero crassioris. Præterea lac quod in uere a partu edatur liquidissimũ esse, attamen temporis progressu magis magisq; incrassescat: circa medium uero æstatis in medio suo naturæ consistat: ex quo deinde sensim ad tantam

Lac serosum conducibile.
Lac caseosum uituperabile.
Caprinum.
Ouillum.
Vernum.
Aestiuum.

tantam perueniat crassitudinem, ut penitus deficiat. Vere autem ut lac humidissimum, ita & copiosissimum. A

¶ De Lactipotatione. CAP. LXXXVII.



Vicunque lac poculenti loco haurire studuerit, a reliquis esculentis abstineat, donec in uentriculo conficiatur, & per inferna deijciatur. Satius autem est ipsum recens mulctũ circa aurorã ingurgitare, & insuper nõ a cibis modo, uerũ ab exercitationibus uehemẽtibus abstinere: eo quod in laborãtibus necessario acescit. Profuerit aũt clemẽs inãbulatio, & uigilijs interposita trãquillitas. Ad istũ enimuero modũ patranti, primũ quidẽ per aluũ decedit: dein post deiectionẽ aliud repetendũ est: quin si illud quoque deijciatur, aliud: in primis em̃ nõ sine utilitate purgat, haud ita sane multũ reliquarũ corporis partiũ molis, sed ea modo quæ in uẽtre deprehẽdit: post hęc illico uenas subit, et alimentũ prębẽs pręstãtissimũ, nunque amplius per inferna egreditur.

Lac potaturus, quid cauere debeat.

OMnia hęc uerba ex Oribasij lib. 3. de ciborum confectione transcripta sunt: quare minus operæ preciũ esse uisum est, ut hic, utrobique eadem sonantia, introducantur. B

In biliosis pręterea fluxionibus, ubique uentriculũ eliquari religio est, lac feruefactũ propinabimus. Atqui ad hãc rationẽ decoquendũ est: principio quidẽ pedetẽtim, sensimque, ita ut partim exhalet, partim cõcoquatur, mox incũctanter magis etiã atque etiã coquito. Prospiciendũ uero, ne uel concrematur, uel in caseũ coalescat, et quasi globosum reddatur. Operę preciũ uero sit, non tã molliter, clemẽterque lac ipsum concoqui, quam cõfundendo quod abscesserit circũquaque detrahi: ferula itaque polita ac tereti agitandũ est: & si quidpiã in labijs ollę comburitur, ac feruet, id spõgia purgandũ est: inde nanque non raro reliquũ lactis corrũpitur. Quapropter lac quẽadmodũ docuimus coquito, quoad crassius plane & crudo

Lactis elixatio.

C lacte suauius reddatur.

Eadem Oribasius inculcat uerba. Astipulatur eiusmodi & hoc Galeni dictum. Si quis lacti præferuefacto serum omne consumat, iam nihil omnino lac subducere.

Porro cochleis (pro quibus nos fluminales, uel marinos lapides accipimus) ex igne candentibus lacti imissis (quod lac diacochleon appellatur) quicquid est tenue, ac serosum imbibitur, insumiturque. Et hæc quippe lactis confectio uentris fluoribus, potissime uero biliosis conducit.

Lac diacochleon.

Quod ita Galen. docuit. At iniectis candentibus calculis tantisper dum omne serum dissipetur, adeo aluum hoc modo accuratum non subducere, ut contrarium sit effecturum: iisque hoc exhibendum, quibus uenter acrium excrementorum demorsu infestetur: quod ipsum non segnius quam calculi, immo efficacius ferrei orbiculi candentes præstent.

¶ De Lacte fissili. CAP. LXXXVIII.



D I lac iuxta fumum frequentē ad extremum decoquatur, serosum eius a caseaceo discernitur. Mox deinde a fecibus exactum, per linteum pannumue coletur. Confunditur autem seroso uel mellis, uel aceti mulsi, uel salis modicum, & alui subducendæ gratia exhibetur: adultis quidem usque ad duorum sextariorū mensuram: minoribus uero natu, non minus sextarij pondere. Quod si calculi marini igniti, aut cādentis ferri īmissione incrassatū fuerit lac, dysenteriæ & alui profluuio probe medetur.

Seri usus ad alui deiectiones.

Schiston.

Lac Scissile.

Quemadmodū superius lactis usus est demonstratus contra alui fluctiones omnes, præsertimque biliosas: ita & nunc eius ad alui deiectiones seri usus insinuat, quod græci schiston, nos scissile lac appellamus. Vehementiore siquidē coctura, maiore, & sine fumo admoto igne cogitur in lacte serum a caseo discedere. Tūc per colum, aut laciniam sero diligenter traiecto, mellis misceatur, aut aceti mulsi, aut salis quod satis sit, deturque ad alui deiectionem. Aliū huius Diosc. modū instituit: namque cum bis aut ter inferbuerit, superfundi aceti mulsi cyathos

thos iubet lib. 2. cap. 63. sic enim discedere a lacte serum. Quomodo & huiusmodi rei Gale. lib. 3. de alimen. facul. mentionem faciat enarrare hic non piguit. Lactis equidem naturam ex accidentibus, quæ aut fer uefactum, aut coagulo concretū, siue alio quouis modo in suas partes diuisum edere natum sit demonstrat. Lacti enim abunde feruenti si oxymel frigidum instilletur, scissio citra coagulū, quam uocēt, eam diuisionem præstet. Idem & mulso efficiatur. Præterea etiā aliquando citra ullam alicuius liquoris instillationē, ipsum quoq; lac scindi, uase tantummodo gelidam continente aquam in lac demisso. Lac quoque post editū fœtum emulsum, absq; coagulo etiam mox concrescet, si saltem in cineribus calidis aliquantisper feruefiat. Lac itaq; taliter coactū a priscis comicis Pyriasten appellatū fuisse, quod. Asiatici Pyriephtū, quasi igne coctū nominent. Atq; hoc purū lac esse, ab omni aliena substantia semotū. Quum aūt melle per coagulum admisto cogat̄ lac, separari tunc quod in eo tenue sit, & aquosum, uarioq; tū modo ab hominibus sumi. Esse enim quosdā, qui densam, ac concretā duntaxat partem hauriant, quæ ex caseali lactis substantia conficiat̄, tum calida, & ignea, coaguli uirtute, melleq; ipsis admisto. Alios uero cū eo q̊d una concreuerit, una quoq; ingurgitare: atq; id aut simul utrumq;, neutrius portione ablata, siue altero largius. Quare ꝓ serosæ substantię portione nūc amplius, nunc parcius illinc aluū duci, contingere. Ex concreta quidē parte sola sumpta, plus nutrimenti corpori accedit, minus tamen si serosi quidpiā liquoris una bibatur. Segnius adhuc alet, quū concretæ substantię perexiguū, serosę quam plurimū infundat̄. Coactū uero a partu, siue cum melle, siue absq; eo non parū discriminis accipiet. Quod enim mel nō acceperit, hoc concoctu pertinacius, & succi crassioris, tardiorisq; descensus esse perhibetur. Licet utriusq; alimonia sit illiberalis. Serum bibentes admonet Dioscorid. ut a potu eius per interualla illa temporis spacientur, forte quod corporis motus deiectionem iuuet, cuius gratia illud serū exhibitum est. Reliqua per superiora patent.

A — B

Pyriaste lac. Pyriephtum.

¶ De Caseo. CAP. LXXXIX.



Caseus omnis acrimoniam habet, atq; sitificus est, concoctioni præterea renititur, prauum humorem, & calculū parit. Prǽstātior aūt est et minus officit non uetustus, laxus, minime durus, nec insuauis, & mediocri sa

C le conditus. Qui contrarijs constat, perniciosissimus est.

Caseus. Caseus inueteratus.

CAseus omnis acris est: ab iniecto enim coagulo, teste Gale. acrimoniã acipit, totamq; humiditatem relinquit. Inueterato enim maxima acrimonia crescit, atq; omnino calidior, quam antea, urentiorq; is redditur, ideoq; & siticulosior, concoctioniq; rebellior, & tandem succo deterior euadit. Ille quidẽ succus ad calculi in renibus prę parationẽ maxime est appositus. Quippe quũ in illis ij corporibus facile contrahant, in quibus cũ crassitudine igneus feruor simul conspirat. Istiusmodi ergo casei sumopere fugiendi, qui nec concoctioni, neq; in corpus digestioni, neq; urinæ mouendę, neq; uentri soluendo, neq; ad succi probitatẽ quidpiã prosint. Qui uero neq; uetus, neq; acris est, infestus quidem & ipse, sed minore nota. Laudatissimus inter omnes recens habet, quem oxygalactinum more Gręcorum, quasi lactacidũ appellare possimus, ori gratissimus, & stomacho minime obnoxius, omnibus alijs concoctu facilior caseis, cõmeabilior, succo uitioso carẽs, nec usq; adeo crasso: quod tamen omniũ caseorum cõmunis uitij solet nota esse. Quum aũt per magna tot caseorũ, cum pro animaltũ natura, tum pro uarijs præparandi modis, atq; diuersa ipsorum caseorũ natura, sit differentia particulatim posita, Galen. scopos quosdam bonitatis prępofuit, ex quibus facile quiuis meliorem a deteriore queat dignoscere. Iuxta substantiæ enim consistentiam unus cõsistit scopus, an mollis sit caseus, an durus, an densus, an laxus, an lętus, an friabilis: est equidẽ mollis, duro: rarus ac laxus ualde presso, densoq; melior. Inter glutinosum autem, admodumq; friabilem ad asperitatem usq; utrumq; excrescentem noxium: medium inter hos locum tenens pro prętantiori habetur. Alter uero in gustabili qualitate consistit scopus, qui alium eximie acidum, alium acrem, aut pinguem, aut dulcem, aut id genus alio sapore præditum esse significet, aut omni ex parte ęqualem. Ex quibus in gustu optimus iudicandus erit, qui nullam uehementem obtineat qualitatem, duntaxat paulo dulciorem. Suauis item pręcellat insuauem, & mediocriter salitus per multum, aut salis nihil omnino habentem. Ex ructu quoq; quilibet insumptus per se in sua bonitate, siue malicia cognosci potest. Cuius enim qualitas paulatim moritur, utilior: contra qui diu in stomacho uiuat, minime probetur. Quodq; enim ægre conficitur, hoc difficulter cum qualitate, tum substantia sua immutatur. Cibo enim cocto, omnes quoque eius qualitates immutari est necessum.

Caseus recens laudatissimus inter alios. Oxygalactinus. Lactacidus.

Caseorum differentia.

D

Scopi bonitatis siue maliciei caseorum.

¶ De Piscib.

¶ De Piscibus. CAP. XC.

A


Mnes quidē pisces frigidioris humidiorisque temperamenti esse perspicuum est; uerum saxatiles appellati, reliquis salubriores habentur, quia concoctioni minus resistūt, et probum succum relinquunt, neq; affatim adeo humectant, nisi solidiore carne constent.

Animalium in aquis degentium permulta esse genera constat, in quibus etiam uariæ differentiæ, & species, quarum minor ferme pars nobis est cognita. Omnes uero pisces frigidiori, humidiorique temperatura esse, ex loci natura in quo degūt, tū alimento quo utuntur, tum quod sanguine careant pleriq;, uno consensu omnium decernitur. At qui saxatiles uocantur, a locis in quibus diuersantur sic appellati: non enim in leuibus, aut arenosis, aut terreis mansitant littoribus, ut Gal. etiam recitat, sed saxosis in locis, aut circa promontoria delitescant, atq; pariant. Eorum itaq; alimoniam non modo concoctu facilem esse, uerum etiam hominum corporibus saluberrimam, ut quæ mediæ constitutionis sanguinem procreent: hoc est, qui neq; admodum tenuis sit, neq; aquosus, neq; impendio crassus.

Piscium temperatura.

Pisces saxatiles.

B

Non autem saxatilium maritimi, plurimum discrepant ab ijs qui in limo degunt, aut ubi flumina irruunt. Sed omnium insaluberrimi stagnatiles atq; palustres sunt. Specia tim uero capito quidem, si intra pelagus uersatus sit, mediocris sanitatis est, & coctu minus difficilis, succiq; minime mali; sanguinem uero tenuiorē atq; imbecilliorem gignit. Eius dē farinæ ferme lupus est. Mullus quoq; in æquore degēs, durior, & imbecillior cęteris piscibus uidetur, nulli quidē cocturæ renitens, esui aptus, persuauis, pinguedine carens.

Pelagios pisces multū salubriores esse ijs qui in fluminibus, stagnis, lacubus, aut cloacis, urbiū sordes, ac latrinas expurgātibus māsitent, hic ostenditur. Caro enim piscium in cœnosis aquis, sordidisq; uersantium, excrementitia quidem, ac mucosa admodum est. Optima uero eorum, qui in puro natent mari, maximeque quum uentorum æstu agitatum attollatur.

Pisces pelagij.

In silenti

C In silenti etiam, nullisq; agitato fluctibus, piscium tanto uilior est caro, quãto minus sit exercitata. In salsis preterea stagnis, hac etiã peior, atq; hac magis in stagnis ipsis. Stagna quoque si exigua sint, neq; flumina ingentia, neq; fontes habeant ullos, neq; defluxũ aliquem copiosum, multo profecto magis noxia erunt. Vbi nihil uero affluat aquæ, nec defluat, stagno ipso residi planeq; immoto manente, piscibus id maiorem in modũ incõmodat. Porro in paludibus, lacubus captorum piscium, indidemq; uersantiũ caro longe pessima euadit. At fluuiatiles in rapida, ac multiflua aqua fatigati meliores sunt: quũ in stagnante aqua nequaq; boni sint. Pastus præterea piscium ex quo uictitẽt obseruari debẽt, ex quo uel meliores, uel deteriores plerumq; euadũt. Sed particulatim de Capitone dicitur, qui ex Mugilum genere piscis esse ab Arist. in lib. de anim. declaratur, & quandoq; pro mugili ipso sumi: qui si in pelago deguerit modice suauis sit, sanguinẽ tantum & tenuiorem, & imbecilliorẽ præbeat. Huic haud absimilẽ esse lupum, qui ab edacitate etiam λάβραξ dicitur, quasi uehementer edax sit. Hinc ratum est uulgo appellari Luciũ, quasi Lycium, a græco nomine Lycos, quod est lupus. Germani uocant hunc piscẽ ein Hecht.

Stagnatiles. Palustres. Fluuiatiles. Capito. Lupus. λάβραξ. Lucius. Lycius.

D Quem in dulcibus aquis natũ non se uidisse Gal. affirmat, sed e mari in flumina se, aut stagna inuehentem se inspexisse. Ideoq; prauum, ac aliquantulum limosum aliquando inueniri, ut frequenter mugilẽ. Non uitare etiam salsa stagna, nec fluminũ ostia, quamuis ex pelagiorum sit numero. Alimentũ præterea tam ex hoc, quã aliĳs omnibus proueniens piscibus, tenuiorẽ generare sanguinem, quam pedestrium animalium carnem, ut non sic admodũ nutriat, & per halitũ celerius digeratur. Ac in æquore Mullus quoq; uersatur, cæteris piscibus durior, & fragilior, coctu facilis, mensis idoneus, prædulcis, pinguedinis expers. Sic Galen. Mulli carnẽ iucundi saporis esse asserit, utpote homini natura sua familiarem. Quanq; autem aliĳs piscibus durior sit, quotidie tamen edi posse, quum friabilis, & sine pingui sit, quadam cum acrimonia. Mulli porro iecur a gulæ proceribus mirabilẽ in modum uoluptatis nomine cõmendari, idẽ Galen. scribit. Hunc piscem Albertus a Gallis mullectũ nominari, significat, quem Germani Harderen uocant: itaq; dici, quod mollis, tener, & dulcis sit. Aliĳ uero Perotto autore, Barbonem, siue Barbellum dici, iudicant. Libidini uero aduersari, oculosq; hebetare, uinumq; in quo enectus ille piscis sit, uini desyderium auferre, idem Albertus tradidit.

Alimentum ex piscibus. Mullus. Mulli iecur. Barbo. Barbellus.

De corio

¶ De corio testaceo præditis. A
CAP. XCI.


N uniuersum, pisces quicunque pro tegmine (unde & ὀστρακόδερμα a Græcis dicuntur) testam habent, salsum omnino, crudumque succum generant. E quorũ numero ostrea mollissima carne constant, & promptius per aluum decedunt. Chamæ præterea & purpuræ, ungues, σωλῆνες a Græcis appellati, spondili, buccinæ, cochleæ, & quæcunque id genus alia dura & crustata, μαλακόστρακα uocantur, utpote gãmari, ἄστρακοι, paguri, cancri, locustæ, squillæ, esui quidem sunt, sed concoctioni resistunt, aluumque cohibent, si subinde in aqua dulci elixentur. Ius atque cremor omnium quæ testis integuntur uentrem promouet, quamobrem terrestres quoque cochleę aluũ deducunt: sed dura carne, coctuque difficili sunt, mensis quidem idonea, praui tamen humoris. Sunt qui ius cum oleo garoque condiunt, & sic alui deiectionem moliuntur. Echini modice frigorifici, exiguique alimenti sunt, & lotium proritant. B

DE his uero quibus testa pro tegmine est, Gal. in hũc agit modũ. Quum enim id quo totum animalis cuiusque corpus ceu adnato quopiã uestimento tegatur, & cutis appelletur, eique buccinorũ, purpuræ, ostreorum, hiatulę, & quęcunque huiusmodi sint, tegumentum proportione respondere: quare hæc animalia ostracoderma a Gręcis appellata sint. Testę enim omnino, aut lapidi simile operimentũ illud esse quo foris obducta sint. Omnibus tamen illis cõmune esse, ut salsum in carne succũ contineant, aluũ ducentẽ: quod tamẽ seorsim unicuique magis, siue minus sit, ꝓ qualitatis, ac quantitatis modo. Ostrea tamen inter alia testacea (sunt hæc genus conchæ rotundũ) mollissima constare carne. Non abs re etiã ostreas aluũ subducere efficacius, corpus aũt nostrũ imbecillius nutrire. Dura quidem difficilius concoqui, firmioris aũt esse nutrimenti: ut sint paruę chamulę, uertibula, solenes, Purpuræ, Buccina, omniaque huiusmodi dura carne esse compacta. At Astacos, Paguros, cancros, locustas, carides, gamara, ac

Ostracoderma animalia.

Ostrea.

C alia id genus tenui concludi testa, duriciecꝫ testaceis similia esse, sed minus quàm illa salsi humoris continere, quancꝫ illius non exiguā habeant portionem. Dura quocꝫ in totum carne constare, ideo & concoctu pertinacia esse, firmi tamen alimenti, in dulci uidelicet aqua prædecocta. Aluū præterea horum carnē, ceu ostrearū continere posteaquàm abiecerint in aqua salsuginē, atcꝫ discocta fuerint. Hoc tamen semper hic meminisse dignū est, omnia salsum in se succū habentia, uentri mouēdo idonea esse. De animalibus eiusmodi testaceis, siue crusta intectis, Arist. lib. 4. de animalibus, 2. 3. & 4. tractat capitibus. Ostreæ. Ostreas Plinius dicit concharū esse species, quibus cancri lapides iniiciant, Purpuræ. & carnes eorum deuorent. Itidem Purpuras esse conchas marinas, septem annis durantes, liquorē emittētes, e quibus regum purpuræ intingantur. Cocleæ. Cocleæ tam aquaticæ, quā terrestres, atcꝫ Limaces, per Albertū dicuntur, animalia sunt capitis figura carentia. Cancri. Cancri sunt noti, Locustæ. quorum genus multiplex, nec facile enumerandū Arist. tradit. Locustas maris esse, quæ Karabo uocetur Albertus docet, mensibus late requincꝫ in hyeme: in autumno uero & uere pinguescere. Echini. Echinorū Aristo. lib. 4. cap. 5. Galen. uero libr. 3. de alimen. facultati. meminere.

D

¶ De Mollibus. CAP. XCII.



Olles pisces, puta polypi, sepiæ, lolligines, duri atcꝫ concoctu difficiles sunt: præ cæteris uero polypi, succo uero quodāmodo salso sunt præditi, sed concoctione uicti, nutrimentū neuticꝫ exiguum corpori præstant.

Mollia. Mollia iuxta Gal. uocant, necꝫ squamas, necꝫ asperam, aut testaceā habentia cutē, sed mollē, instar humanæ: cuius generis sint Polypi, Sepiæ, Lolligines, & id genus alia quæcꝫ. De quibus uide Aristo. lib. 5. de anim. cap. 15. Mollia siqdem tangenti apparent, quū necꝫ squameū, necꝫ asperum, necꝫ testaceū tegmen generāt. Duræ tn̄ carnis sunt, & concoctionis difficilis, salsi succi exiguū in se continētia. Si uero concoctione uincant, haud parū alimentū corpori præbere. Polypus. Polypum animal marinū, Multipes a Latinis dictū. Sepia. Sepiā uero esse piscē de genere malaciæ notū. Lolligo. Lolliginē aūt animal etiam esse marinū, q̄d sit squamosum, alta æquoris sectās ut piscis, & cū squamis pēnas habeat: cū quibus ad aērē eleuet ut auis, uolatū uero non diutius perferēs ob uentorū impetū ad aquas recidens, Albertus memoriæ prodidit.

¶ De Piscibus, siue Squamatis. CAP. XCIII.

DE ſquamatorũ piſciũ, quos cartilagineos dicũt, torpedinibus, paſtinacis, mollis perſuauiſq; caro eſt, quam primum ſubiens, coctu facilis, menſiſq; idonea, A Piſces cartilaginei.

ASperam, atq; noctu ſplendicantẽ horũ animaliũ eſſe cutem Gal. ſcribit, ideoq; nõnullis Selachia Grecis nominata eſſe putetur, ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, hoc eſt, quia ſplendorẽ edant. Torpedinem & paſtinacã molli intus carne conſtare, per eundẽ traditur, utiq; & ſuaui, & mediocriter per uentrẽ ſubeunte, neq; cõcoctu difficili. Non aũt in poſtremis nutrire, ceu alia quoq; omnia quę carne molli ſint prędita. Torpedinẽ piſcem eſſe ſtuporẽ attactu inducentẽ Albertus ait: ſociũ enim habuiſſe quendã, quẽ torpedo in digiti extremo pupugerit, adeoq; exinde ſtupefactũ, ut per dimidiatũ annũ, tot calidis fomentis, & unguẽtis uix, niſi magna cũ difficultate ad priſtinum reuocaret ſenſum. Paſtinacę marinę Paul. lib. 3. cap. 21. tanq; nobilis, atq; omnib. cogniti piſcis mentionẽ facit. De eodẽ habemus etiã apud Ariſt. de animali. Selachia. Torpedo. Paſtinacæ.

Raiæ, leuiraiæ, ſquatinæ, atq; hm̃oi alia duriora ſunt, cõcoctioniq; renitũtur, & uberius alũt. In ſum̃a: dura carne animãtia ęgrius in ſtomacho cõficiũtur. Si uero cõcoctione euincãtur, ualẽtiorẽ ſolidioremq; in alẽdo facul. obtinẽt. B

Raia aũt, leuiraia, ſquatina, inqt Gal. omniaq; huiuſmod ſunt duriora, & cõcoctu ptinaciora, cibiq; ualẽtioris q̃ torpedo, et paſtinaca. Raiiche, quę raiiæ iuxta Alber. Gallice dicunt, piſces de pectinũ genere rotũdi. Carnes habẽt duras, & cõcoctionis ſunt peruicacis, ciboq; non adcommodi, niſi ob raritatem a quibuſdam deſyderẽtur. De leuiraiis, & ſquatinis lege Ariſtotelem de animalibus. Raiæ. Rayche. Rays. Leuiraiæ. Squatinæ.

¶ De Grandibus, Cetaceiſue. CAP. XCIIII.

INgẽtes (ſic em̃ κητώδη Latio donamus) uerbi gratia, balenę, phocę, zygenę, delphines, thũniq; im̃anes, durã, coctuq; difficilẽ, & craſſi humoris habẽt carnẽ. Quũ uero ſale condiũtur, exceſſibus eiuſmodi ſpoliati, ad mediocritatẽ reducũtur: cæteris præterea piſcibus humidiores, excrementis magis redundantes, & ad moleſtiã inferendũ potius nati & appoſiti uidentur. Porro ſalſamentorũ diuerſitates piſcium, e quibus conficiuntur, differentias imitantur.

CEtacea ex mari animalia, quorum numero ſint phocæ, Balanæ, Delphines, Libellęq; habeantur, ac Thuni grandiores, ad hęc ca

C nes, & quæque his similia sint, omnia ea Gale. tradit praui succi, & excrementiciã habere carnem. Qua de re ut plurimũ sole macerata edi, quo tenuior alimonia ex ijs per corpus digeratur, eoque concoctioni, & in sanguinem permutationi accõmodet. Recens enim horum caro nisi probe concocta sit, crudorũ succorum copiam in uenis suggerere. Quæ uero solituræ sint accõmoda, siue minus peridonea, & quomodo differentias eorũ e quibus conficiantur, imitemur, Galen. in calce lib. 3. de alimen. facul. insinuat.

¶ De uiribus Vini. CAP. XCV.



Aletudinis sequundæ studiosum, uini potestas fugere non debet. In totũ igitur, Omne uinum maximẽ in alendo potestatis est: sed longe magis rubrum, ac crassum, atqui id deterioris succi est.

Sanitati studens, quanta uini sit potentia, ignorare minime debet. Oportet inquit Oribasius libr. 1. Euporistõ, cognoscere curiosius de sanitate humana, & de uini uirtute, & de uenereis actibus qualiter expediant. Vino diuersimode utimur: aut quo prosit: aut q̃d mentẽ exhilaret: aut quod gustu ingerat uoluptatem. Vinum inquit Gale. omniũ cõfessione ex eorũ est numero, quæ nostrum corpus alunt. Si enim quidquid alat alimentum esse fatendum est, uinum item et in alimentorũ censu esse ponendũ. Idcirco naturã habet uinum omne q̃d nutriat: idque magis si rubidũ, crassumque sit: est enim tale sanguini generando accõmodatissimũ: ut quod minimo negocio in naturã eius transeat. Crassa equidẽ magis quã tenuia alendo esse, argumento utriusque naturã esse, & experientiã idipsum cõprobãtem Gale. significat.

Vini uires perpendendæ.

D

Vinum nutrit omne.

Vinum rubidum crassum.

Suaue uero, nutrimenti quidem alicuius est, stomacho uero minus conuenit.

Dulce.

Dulce uero q̃uis nutriat, stomacho tamẽ alienũ est. Siquidẽ crassioris est substantiæ, Dioscor. teste, lib. 5. cap. 6. ægerrime resoluit, stomachũ inflat, & musti modo aluũ & intestina turbat, minus tñ inebriat, uesicæ, & renibus utile. In uẽtriculo inquit Gal. dulcia magis q̃ austera concoquuntur, & in corpus digeruntur, utpote calidiora.

Acerbum adstringensue stomacho quidem amicum, sed lenti meatus, neque tantum nutrimenti præbet. Atque adhuc etiam multo minus candidum.

Acerbum

Acerbum quidẽ stomacho gratũ, sed non facile transmittit, minusq; alit: idq; multo minus si fuerit albũ. Minus alunt candida simul crassaq;, & acerba, inquit Gal. minime omnium candida & tenuia aquis hydromeliti accõmodatis fere similia. Simili modo Diosc. acerbũ digestioni maxime accõmodari, aluũ, & in alias partes compescere destillationes tradidit. Identidẽ in Omphacite id ostẽdit, astringẽdi uidelicet uires habere, stomacho accommodatum esse.

A Acerbum & Album. Candida & Crassa, & Acerba. Candida, & Tenuia.

Primum omnium uinorum bonitatis honorem obtinet, quod colore κίῤῥον, id est, uermiculum, seu rubens est

Omniũ uinorũ bonitatis honorẽ obtinere, q̃d colore κίῤῥον, id est, uermiculũ, seu rubens sit. Copus forte autoritatẽ sequutus Gal. lib. 5. de Med. Met. ubi uinũ pro senibus deligendũ indicat curandum, ut in substantia sit tenuissimũ, q̃d Hippo. κιῤῥόν, id est, fuluũ appellare soleat: quod & ξάνθον, id est, flauũ appellare, potuisset. Vnde Copus statuit in sua uersione, fuluo nullũ aliud melius esse uinũ. Sed Marcel. autoritati tũ Diosco. tum Columellæ, aliorumq; innixus, quos & Albanus noster, P. uersor imitatus, uermiculũ transtulit colorem, quẽ κίῤῥον Diosco. uocat, mediũ inter album, & nigrũ colore uinũ. Talem eqdẽ colorẽ facile nouisse, scientibus, igni præsertim a Græcis eum attribui colorẽ, passimq; πῦρ κίῤῥον ab eis uocari. Ex quo tanq; manifesto constet argumento rubere hoc uinũ: siquidẽ ignis rubeat. Male aũt indicasse, qui giluũ hoc esse uinũ posuerint: quum giluus color lõge ab ignis rubore distet. Pro certo em̃ esse, & adhuc etiam seruari uermiculũ uinũ, quia adhuc alia multa ita appellent, coccinea, & rubẽtia. Esse prẽterea, qui hũc in uino colorẽ uocẽt sanguineũ, quattuor uino colores attribuentes, albũ, fuluũ, sanguineum, & nigrum. Ex quibus fuluum & sanguineũ, inter album & nigrũ tanq; extrema hẽc, medio ponunt loco, ita tamen ut ab altero extremo quadãtenus discedant. Fuluum enim fit, cum albedini obscuritatis & nigri aliquid immisceatur: sanguineũ autem, cum nigredinis obscuritati, & tenebris tantũ lucis accedat ut pellucens in nigro uideatur rubor. Istiusmodi coloris uinum Galli Vuinklær nominant. Quare facilius illa dirimit contrauersia siue fuluum, siue rubẽs uinũ aliis bonitate anteire dicamus: quũ ambo illi colores sint quasi finitimi, & in medio extremorum positi. Sic Diosco. uermiculum esse explicat, quod medio colore inter utrumq; sit, medias ad alterutrum eorum uires habens.

κίῤῥον. Vermiculum. Rubens. Vinum pro senibus. Fuluum. ξάνθον. Flauum.

Vermiculum Vinum quale.

B

Sanguineum. Vini quattuor colores.

Peruetustum multo plus caloris ariditatisq; insitum habet,

C bet, quam recens.

Vetusta uina. Neruos, & sensoria alia lędūt uina uetusta, Diosco. autore, gustu tn̄ iocundiora sunt, ea ꝓpter uitanda his esse, quibus interiora aliqua sui parte infirma sint. In sanitate tamen modicū, & aqua dilutum sine periculo sumi uinū. Quantitatē equidē bibentis ætate, anni tempestate, consuetudine, & uini qualitate decernendā esse idē iubet autor. Optime tamen præcipi, ne cum siti luctetur. Hoc dictum cautissime a nostris obseruatur Alsatibus.

Vini potestas. Sed sumatim uini potētia hæc est. In uniuersum uinū insitū, atq; naturalē corporis nostri calorē sustētat: proinde & cruditas inde eximie corrigitur, & sanguis uitijs exuitur, atq; emēdatur, alimentū (quandoquidē prōpte penetrat) per uniuersum corpus deducit: cuius ergo ex ęgritudine aliqua emaciatis ac strigosis, bonā corporis, ueluti affatim nutritis, D habitudinē restituit. Fastidiosis cibi appetentiā & reuocat, & illicit: pituitosum humorē extenuat, bilem per lotiū euacuat, coloris gratiā inducit, animo lętabundā alacritatē iucūditatēq; cōciliat, corpus quoq; robustius efficit. Eiusmodi igitur cōmoditatū author est uinū, moderate ingestū. Ingurgitatū uero præter modū, incōmoda contraria adfert: inde ebrij subinde euertūtur, furiunt, & sopore impetūtur: uitāda itaq; est temulētia, imodicaq; uini potatio. Quanq; per lōga id temporum interualla liberalius ingerere, commodo sit: nam per urinas, quas admodum citat: sudoresq; uacuat.

Incommoda temulentiæ.

Vini potentia apud Oribasium. Vini potētia ęque ac alia multa hactenus inducta a Paulo nostro, ab Oribasio mutuata sunt. Vinū ait ille facit calorē qui in nobis est recalescere, per quē in nobis digestiones fiāt, & sanguis bonus quo nutrimur ubiq; utiliter ministret. Ob quam caussam, ui morbi attenuatos pinguiores reddat, acceptorūq; faciat ciborū apertionē, phlegmaq; extenuet, & bilē per urinas expurget, animā suauem reddat, mentē, sensumq; alacriores faciat, uirtutemq; præstet, si moderatū bibatur. Quod si absq; mēsura præsumat, ut inebrietur uinū, ita ut alienētur, & stomacho grauent, mox ledātur. Fugere ergo oporteat plus a mēsura uini potationē. Quia minus ministratū non iam reuiscitet calorē,

sed

sed ipsum potius extinguat, animiq; uigorē subducat. Per tempora multa leuiter oporteat bibere, propter urinarum curationis abundātiam, & ut sudoris motionem faciat. Ob quam rem forsan Plato nunq̃ nisi semel in anno liberalibus permisit in legibus Ebrietatem. Medicus uero quidam Athenien. Mnesitheus inebriari nunq̃, sed hilarescere statis diebus permiserat. A

Optimū uero ducitur, protinus aqua mulsa sumpta ipsū uomitū eijcere, ne uel reliquijs quibusdā noxijs officiat. Qui uero sese prolixius, pleniusq; uino imbuere instituūt, ac studēt, ab aliorū sane ciborū satietate abstineāt, atq; inter potandū in media mēsa brassicā coctā, bellariaq; sumant, maxime ex amygdalis cōfecta. Hæc quippe capitis laborē mitigāt, grauedinemq; subleuāt, neq; ulla uomentes molestia afficiunt. Præsidiū quoq; minime ficulneū absinthij maceratum, ac dilutū, (ἀπόβρεγμα Grēcis dicitur) adfert, ante potationē haustum: omnium enim maxime hoc crapulā arcet. Quod si quos uinū uellicet, gelidā hauriant: postera die absinthij humorem repetant. De ambulationibus præterea, fricationibus itē, ac balneo, & exiguo nutricatu, ueluti aqua (ut aiunt) aspersa reficiuntur.

Macerathi absinthij cremor crapulæ inimicissimus. B

Hæc etiam ex Oribasio, in hūc modum loquente, sumpta sunt. Vtilissimum est eis uomere mulsa accepta, ut neq; modica ab eo fiat læsio in conuiuio bibentibus, & non cibo satientur. Bibens autem, intermixtam Brassicam coctam manducet, & amygdalas. Per hæc ēm ebrietas releuetur. Sed & uomentibus nullo modo fit nociuum. Optimum autem esse absinthium acceptum ante uini potionem, esse utilissimum quod digerat crapulam. Si autem mordicationem patiantur, de uino aquam frigidam sorbeant, & postera die absinthium bibant, & deābulent, & fricentur, & balneo utant, minus tñ cibo, & uncti recuperabuntur. ἀπόβρεγμα autoritate Plinij, tum aliorum, est dilutum, hoc est, aqua, siue humor aliquis in quo quidpiā maduerit: ut si in aqua per aliquot dies absinthij scopas habueris, eas uero ubi sub traxeris, relicta tunc eius oleris ui, et amaritudine in lance, id absinthij dilutum

ἀπόβρεγμα. Dilutum.

C dilutum proprie dixeris. ἀπόζεμα, quod decoctum est dicitur.

Dilutum. ἀπόζεμα. Decoctum.

¶ De Melle, & Aqua mulsa.

CAP. XCVI



El percoctum ualentis quidem ac maxime in nutriendo potestatis est, sed aluũ leuiuscule, minus potẽter deijcit. Crudũ, econtrario. Gelidis pręterea ac humidis tẽperaturis magis expedit: calidis alienũ est: eo quod in bilem ab ipsis prõptissime uertitur. Aqua mulsa, quod Græci μελίκρατον dicunt, biliosos nihil fere adiuuat, quoniã in ipsis quoq; facile in bilẽ transit. Vtile sit igitur, aqueum magis illiusmodi naturis mulsum miscere: neq; ijs qui aliquo modo uisceribus laborant, satis conuenit. Sed aqua de qua agitur mulsa, hac ratione concinnatur. Octuplũ aquę melli miscetur, & sic quoad nihil amplius spumę eijciat, decoquitur. Oportet aũt spumam simul ac primum exoritur, identidem tollere.

Mulsi confectio.

Mel.

MEl quũ tenuium sit partium, necessario etiã acre sentiatur, ideoq; aluum proritare Gal. lib. 3. de alimen. facul. tradit. Sed ad distributionẽ, & concoctionem ablata acrimonia conuenientissime effici. Acrimonia siquidẽ spoliatum, neq; amplius aluũ ad excretionem impellere, haud segniterq; in corpus digeri. Senibus præterea, at in uniuersum frigidi temperamenti corporibus mel esse perutile. In uigenti aũt ętate, et calida temperie, in bilẽ conuerti. Quapropter & mulsum, siue aquã mulsam, siue melicraton, siue hydromel nominemus, biliosis non admodum prodesse, autoritate etiam Oribasij informamur ita præcipientis. Mulsa non satis cholericis utilis est, &c. quæ ex ipso autore, si cordi est, eruito.

D

¶ De Somno. CAP. XCVII.



Onsequens prorsus esse opinor, post ea quę de ratiõe uictus tradidimus, de somno quoq; nonnihil perstringere: eo quod omnium nouissimus cætera cuncta plerunq; somnus suscipiat. Somnus itaq; (ut in uniuersum, & non citra formulam eloquar) est animalium facultatũ tranquillitas,

Somnus quid.

quillitas, a bonæ frugis humore cerebrum irrigante, proficiscens. Huic qui rite indulget, eum plurima comitãtur emolumẽta. Nam alimenta cõficere, succos digerere, dolorẽ mitigare, consolari labores, distentis ac rigidis relaxationẽ reddere, diuinamq; illam auræ particulam, mentem scilicet furentem emendare consueuit. A

Somni beneficia.

Somnũ itaq; quãdam sentiendi esse impotentiã Aristoteles tradit, alimenti uaporibus in cerebro refrigeratis interno multo calore in corde reuocato, atq; reciprocato. Necessum enim esse, animalis in somno omnes ligari sensus. Somnũ pręterea animaliũ salutis gratia existere, idẽ asserit. Quęcunq; eñ non semper continue moueri possunt, quies apta intercidat ad salutem. Animalia aũt non semper sensibus uti posse: merito igitur somnũ ad salutem ipsis conferre, ut somnus recte, & metaphorice quies a nobis dicatur. Hunc itaq; qui legitime capessit, multa consequuntur commoda.

Somnus penes Aristotelem.

Somnus salutiferus.

Quies.

Occasio aũt sõni opportunissima a cibo iudicatur. Nã meridiari haud omnibus expedit. Non enim satis est, ad exactã ciborũ concoctionẽ, tempus in quo nõnulli somnũ capiunt: interrupta nanq; & amputata ante tempus cõcoctione, meridie experrecti, sæpius acetosa eructatiõe molestantur. Sæpius itẽ spiritibus infarciũtur: quin & fluctuationibus tentãtur aliqui, nisi uel ꝑpter consuetudinem, uel quia satis stertẽrint, eiusmodi casus nõ eueniãt. Nocturni somni omniũ facile præstãtissimi sunt; siquidẽ nocte, humiditate & quiete sua somnũ inuitante, cõcoctionem omnibus modis absoluit. A somno porro nocturno plerumq; ad aluũ subducendũ maturamus. Esto aũt debiti somno temporis limes, absoluta ciborũ coctio, quæ non tã eructationibus, ꝗ uentris conniuentia cõtractioneue deprehẽditur. Post quã uigilantia perutilis est, quod cõcoctionis retrimenta ad secessum proritet. B

Somnus meridianus non omnibus conuenit.

Somni nocturni optimi.

Circa somnũ Medici cõmuniter istiusmodi consyderant: uidelicet tempus, quãtitatẽ, item & decubitus formã, & alia quæq;. Tempus aũt accõmodatissimũ esse post cibum asseuerãt, ita tamen ut duarum

Somni consyderatio circa quot consistat.

Somni tempus.

C horarum interuallo ad minimũ discludat. Interdiu uero factus, non omnibus est idoneus, cuius indicia hic liquido demonstrantur ueluti exitiosa. Auicen. lib. 1. fen. 3. Doct. 2. cap. 9. Somnũ meridianum ægritudines generare humectantes indicat, & reumata prouocare, calorẽ deturbare, splenẽ augere, neruos laxare, pigriciã efficere, appetentiã infringere, apostemata ꝓducere, & febres cõcitare. Quare Hippo. 2. prædicto, cap. 11. interdũ uigilandũ, noctu dormiendũ esse, quemadmodũ ex natura sit, & cõsuetudine pręcipit. Nunc aũt Gal. super eodem Hippo. loco conqueritur, diuites e contrario agere, tã in quibusdam alijs etiã, ꝙ in somno, interdiu dormientes, noctu uigilãtes. Cęterum somni quantitatẽ, & Decubitus figurã Io. Manard. in. 6. lib. Epistol. taliter depingit. Somnus inter diẽ & noctem septẽ horarũ spacium non excedat: sitq; potius nocturnus ꝙ diurnus: duabus horis a cœna, & super dextrũ latus, capite bene alto, duriore puluino, ęstateq; corio tecto initiũ capiat. Primo somno finito, uoluere corpus, & super sinistrũ redormire, nõ est utile. Hunc. B. Fiera somnum eleganter suæ cœnæ eiusmodi carmine adposuit.

Somni meridiani incommoda.

Somni quantitas, & decubitus figura.

D Deficiunt uigiles sensus, hebetantur ocelli,
    Tertia iam absumpto præterit hora cibo.
Cecuba præcipiunt somnos, caput annuit, ite
    Conuiuæ, in solitos currite quisq; thoros.
Naturæ hic bene feruet opus, bene concoquet hepar,
    Venter, & amplexu nobiliore cibum.
Lethæa est resupina quies, hinc omnia pallent
    Membra, iecur, ren, nerui, ora, caput, stomachus.
Pronus quisq; cubet, dextra uel parte recumbat,
    Mox leui lateris cõmoda somnus amat.
Somne nihil sine te bene possumus, optime somne,
    Blanda ægris animis, corporibusq; quies.

¶ De Vigilia. CAP. XCVIII.

AT quo pacto uigilijs, quę aduersa iam ualetudine correptos, uel dolore, uel febri, uel quocunq; alio casu molestant, succurrẽdũ sit, in uolumine quod de febribus inscribitur studiosius persequemur. In pręsens de ijs modo uigilijs, quę bene habẽtes infestãt, agendũ est. Quo circa si quis uel ex mœrore, uel solicitudine, seu alio quouis animi affectu somnum subire nequeat, ante oĩa quidẽ mœstitia pro uirili, uel in cim

merias

merias (ut aiũt) tenebras profligãda est: mox suauiũ sonorũ auscultationibus λογισμὸν, quod est, cõsideratione proscribere expedit. Sũt uero qui leni aquarũ stridore hoc ipm̃ machinãtur, qua sane demulcẽtia somnus facile cõciliatur. Balneis preterea quos uigiliæ infestãt, sub uesperã maxime, facta iã cõcoctione, utãtur, edulijsq; humectãtibus, puta lactucis, & id genus alijs. Papaueris etiã atri uiridia folia obsonijs nõnunq; cõfundãt. Piscibus itẽ qui nulla cõtumacia in stomacho cõficiãtur, uesci interdũ utiliter possunt. Multũ uini quoq; tenuis, minime ueteris ingurgitare: daturiq; iã mẽbra grabato, rosaceo, aut oleo in quo ꝟ papaueris capita, ꝟ mãdragorę elixa fuerint, caput oblinire. Quin anethinũ quoq; nõ antiquũ sõnificũ est. Sõnus porro quibusdã a labore statim facta trãquillitate somnũ obrepsisse. Coitus quoq; moderatꝰ hũc ipsum nõ raro cõciliauit. Nec desunt qui capite ac pedibus infrigidatis somnũ facilẽ accersunt. Si qui aũt ꝓpter alimentorũ copiã, uel uitiũ, stomacho onerato uigilauerint, id quod usu uenisse cõperi, ueluti cõtra alij nõnulli p̃ter solitũ geniũ penitus defraudãtes, aut parcius cibis indulgẽtes, somnum oculis minime cernunt, consyderare & occasionem abscindere conuenit.

Varia conciliandi somni remedia.

A

B

Vigilię modũ excedẽtes, cerebri bonã tẽperaturã corrumpunt, sensus debilitãt, uirtutes deijciũt, cruditatẽ & incõcoctionẽ efficiũt. Sõnus em̃ & uigilia si utraq; modũ excesserint, teste Hippo. 2. Aph. 3. malũ. Vigiliæ em̃ maxime cũ hoc q̃d tam ciborũ, q̃ potionis cruditatẽ, incõcoctionẽue efficiãt, etiã corpus resoluũt, exin diuersa transmutatione partẽ, ita ut euacuẽt & exiccẽt, biliosioremq; reddãt sanguinẽ. Quibus uero remedijs uigilijs medendũ sit, quę iã ægrotantes aut ex dolore, aũt febri, aut alio quouis accidẽte infestarint, in lib. 2. c. 42. persequet. Quę uero uel ob mœsticiã, uel solicitudinẽ, aut aliã animi ægritudinẽ afficiat uigilantẽ, cõtrarijs alleuiare modis has edocet, præcipue tñ per ea quæ humectẽt, aut a uirtute sua ingenita somnum prouocent. Balneum aquæ dulcis, Lactucæ esus exquisitissime humectant, exindeque somnum præsentius prouocant,

C ut superius tetigimus. Papauer, Anethinum, soporifera esse manifestum est. Accidunt nonnunquam uigiliæ, uel ob maliciam, uel multitudinem, siue ob stomachi imbecillitatem: illis euacuatis, hoc confortationibus refocillato, facile huiuscemodi propulsabimus.

¶ De Veterno, siue sopore.
CAP. XCIX.



Veternum. Sopor.

Ie diuerso profūdi ac ueternosi sopores, quę κατάφοραι a Græcis dicūtur, quempiā corripiūt, lauacra illis cōtinua, unctionemque frigorificā interdicemus; apophlegmatismis utemur, & in totum nutricationem cum calidiorem tum sicciorem, tenuis in nutriendo potestatis offeremus. A gelidiore quippe in primis, nec non & humidiore cerebrum madefaciente materia, eiusmodi affectus contingit.

Quietis malę duo genera. Lethargus. Carus. Veternosi. Sopiti.

GRæci duo præcipua malæ quietis, & inexpugnabilis dormiendi necessitatis genera ponūt, Lethargū scilicet, & Carū, ex eadē uidelicet, sed diuersis temporibus, & rationibus facta. In quibus Latini parū certas instituere appellationes. Nam aliquādo ueternosos plerunque sopitos, & soporē totū hoc appellāt genus. Quare Plinius curā
D dum præcipit, ne somnus sopor fiat, soporē in malo esse significans. utimur itaque soporis uoce, pro lōgiore, & profundiore somno. καταφορίσθαι enim uerbo, & καταφορα in soporē trahi & deferri in cōmuni significationis æstimatione Marcellus interpretatur. Neque cataphorā proprium

Cataphora.

mali saporis genus facere, quales lethargus, carus, coma, & pleriquae alij sint, sed cōmune quoddā omniū consequens esse. Ex quo colligendum, κατάφοραν Græcis in soporē deferri; & soporē in malum semper accipi. Sic tantummodo pro grauioris somni impetu, & accessu cataphoran capi. De eiusmodi affectuū inter se discrimine, atque pleniori curatione, idem Paulus libro 3. de arte Medendi, cap. 9. expeditius agit.

¶ Dioclis Epistola Prophylactica, hoc est, de secunda ualetudine tuenda.
CAPVT. C.
¶ Diocles Antigono Regi bene agere.



Andoquidē tibi Antigone, maxima omniū Regū eruditio, atque grandęua iā ętas, omnisque philosophiæ peritia, & mathematices denique

niq; studij (quibus singulis clarus es) palma facile contigit, A regiam ego atq; adeo peculiarē esse suspicans eam philosophiæ quoq; partē, quæ incolumnitatē tueri docet, deliniare atq; describere tuæ maiestati hac nostra epistola uolui, unde nam mortalibus ægritudines proficiscantur, deq; quibusdā præcedentibus notis, & quibus remedijs succurrendum sit. Quemadmodū enim cœli tempestatē nunq; non signa quędam manifesta præcędūt, quibus nautę ac cæteri multarum rerum periti homines, quid ipsis agendum, quo tutiores sint, colligunt; sic neq; ullus præter naturā affectus unq; hominis naturā nullis pręcedētibus pręsagijs tentat. Tu itaq; nostris hisce pręceptiūculis confisus, & obuijs ulnis ea suscipere, & ad amussim etiam obseruare ne graueris.

Homiosis.

Diocles Carysthius Medicus.

Dioclē Carysthium ætate, famaq; secundū extitisse post Hippoc. Plinius lib. 26. cap. 2. memorię tradidit: cuius etiam lib. 21. cap. 11. mentionem fecit. Eundem Gal. non rarenter doctrinę suæ firmandæ gratia autorem sequitur, ut etiam interdū solida eius transcribere uerba non erubuerit. Post hunc Plinius Praxagoram, & Chrysippum, B ac deinde Erasistratum ponit. R. Volaterranus scribit eum Daręi Histaspis tempore reliquisse commentarios.

Quatuor corporis Partes.

Diducimus iam hominis corpusculū in partes quatuor: caput, thoracem, uentrem, atq; uesicam. Quum igitur olim quid morbi caput læsurum est, hæc portenta solent magna ex parte præcedere: uertigo, dolor capitis, superciliorū grauedo, murmur aurium, stimulatio siue punctura temporū, oculi matutino tempore lachrymantur, & caligant; odoratus hebetatur, dentium gingiuæ attolluntur

Notæ futuri doloris capitis.

Hominis diuisio.

Hominis corpusculū in. 4. diuidit partes, caput, thoracē, uentrē, & uesicam. Sic Alexander Bened. lib. 1. Anatomices suæ. principales corporis ponit partes, caput, pectus, & uentrē. Quarū si qua passura sit partium, certis prænoscendū est hoc notis. Indicia em̄ eorū quibus ægritudinis periculum imineat, mediā formam habere inter ea

C quæ ſanis, & quę ægrotātibus eueniāt Gal.lib.1. Artis Medi.inſinuauit. Siquidē ſanis omnia ſecundū naturā ineſſe, pręter naturā uero ægrotātibus. Igitᵉ caput ſi qd paſſurū ſit hic proditur, uertigine, capitis dolore, ſuperciliorū grauitate, auriū tīnitu, temporū punctura, oculorum in matutino lachrymis, & caligationē, olfactus hebetudine, dentium, gingiuarumq́; tumore ꝑdici. Huiuſcemodi ſymptomata morbos cōpoſitionis cōſequunᵗ, qui in uia, uel cauitate cōſiſtunt: q̄rum cauſſa ꝓcul dubio ſunt ſpiritus uaporoſi, motu inordinato agitati: q ſi uiſuales neruos, uel cryſtallo ſimilē humorē, uel alios ad uiſum pertinentes meatus obſtruxerint, uiſum obtenebrāt. Cerebrū ſiquidē bonam alicuius redundantiæ partem in ſe continere ex tinitu aurium, ſuperciliorum grauitate, uiſus imbecillitate, capitis dolore, ſuturarū pulſu, olfactu hebeti, gingiuarū dentium tumore, tum aſſiduæ uertiginis ſuſpicione facile colligi poteſt.

Capitis dolorum, ſiue affectionum cauſſę.

Ergo quū eiuſmodi quiddā portenti ſenſeris, caput cōfeſtim euacuandū ducito, nullis ſane medicamētorū præſidijs, uerū ſumptis hyſſopi, aut origani capitibus tritis, et in ollula ebullitis cū paſſo, uel iuris ſemiſextario: quibus os ieiunus ab D luito, atq́; quoad pituita deducitur, gargarizato. Hoc quippe capitis affectionū facillimū eſt præſidiū. Saluberrimū quoq́; fuerit, ſinapi ex aqua mulſa calida macerato, irrigatoue, ſobrium os colluere, & gargarizando a capite humorē deducere. Oportet aūt caput ipſum antea tegmine quopiam calfacere, quo liquefacta pituita ſine impedimēto effluere poſſit. Quū hæc igitur quæ propoſita ſunt floccipenduntur indicia, eiuſcemodi fere morbi ſuccedere conſueuerunt. Ophthalmiæ, glaucomata, aurium fiſſuræ, ſtrumæ in ceruice, cerebri tabes, σφακελισμὸς a Gręcis dictus, coryza, grauedo, angina nocturna, teredones, uua, profluuium capillorum, ulceratio capitis, dentium cruciatus.

Humana ergo manu quū hæc ſymptomata amoueri nō poſſint, niſi craſſi illi humores e ſede, quā in capite occuparint, dimoueanᵗ: ꝑcepta dat qbus caput purgeᵗ non medicamētoſis, ſed leuioribus quidem medicamētis. Eſt em̄ alias non bene cōueniens, caput ipſum euacuari,

cuari, toto nō prius corpore euacuato. Igit̃ hyssopi, uel origani capi- A
ta trita, quæ in ollula ferbuerint cū musto, aut decocti cyathos tres, hoc est, semisextariū sumere inhortat̃, atq; inde os in ieiuno abluere, gargarizādoq; humores a capite deducere. Hęc em̄ extenuādi, calefacīēdi, incidēdi facultatē, teste Gal. lib. 8. de simpl. possidēt, hęcq; tertio excessu obtinēt. Ad hęc hyssopū decoctū cum fico, & aqua, melle, ruta q; mox pulmonarijs, suspiriosis, tussi antiquę a capite in subiectas ptes destillationib. opitulari Diosc. lib. 3. cap. 27. edocet. Optimū insuper pſidium fore indicat, sinapi ex mulso calido dilutū in ieiuno sorptum, atq; gargarizatū: humores etenim a capite deducēs. Est em̄ sinapi iuxta Diosco. lib. 2. cap. 143. uis, & natura calefacere, extenuare, & extrahere: cōmāducatūq; pituitas capitis p os ducere, & purgare. Sed caput prius calefaciendū tegumēto esse, quo pituita eliquescat, pnior q; ita ad effluxionē reddat̃: q̄d quidē in omnibus obseruat̃ euacuationibus: ut cōcocta, nō aūt omnino cruda educant̃. Hæc uero quę iam pposita sunt signa si neglexerimus, in huiuscemodi affectiones facile me incurramus. s. lippitudines, glaucomata, auriū rupturas, strumas in ceruice, cerebri tabes, grauedinē, anginā nocturnā, teredones, uuā, capillorū defluxus, capitis ulcera, dētium dolores. Lippitudo, Gręce ophthalmia dicit̃. Gal. in sua Isagoge, oculi ophthalmiā esse dicit, q̄ti es rubeat oculi pars cādida, cilia extollant̃, simulq; fieri ne possint sine dolore cōiungi palpebræ, & oculus manibus tractatus doleat. Quæ cum ex interiore quapiā proueniat caussa, merito ex humorū delinquentiū subductione curabit̃, iuxta Hipp. 6. Aph. 17. p̄ceptum, Lippientē alui pfluuio corripi, bonū esse. Glaucoma fit ex mutatione crystalloidis in glaucū. Quę albugines oculi, siue glaucedines incurabiles esse dicunt̃. Auicenna em̄ eius mentionē faciēs, nullū dixit eius esse medicamen. Auriū fissurę, siue rupturę, de q̄bus Io. Man. lib. 7. Epi. 2. talia facit uerba. Exit ex aure modo sanguis, modo pus, modo uermiculi: ἁιματτόμινα ὦντα primum Paulus, secundum πυοῤῥοῦντα, ut Galen. Dioscori. autem ἰχωῤῥουντα, tertium σκωληκιῶτα uocat. Quod hoc ultimū latini uerminosas nominant aures. Crescit in auribus aliquando caro, & hypersarconta uocāt. Deest aliqua eius pars, & colobomata Paul. Celsus curta uocat. Tumores post eas nascuntur, & Parotides dicuntur, Strumæ tumores sunt a pituita generati, quas Celsus libro q̄nto, ueluti glandulas oriri, nascique maxime in ceruice asseuerat, tū eciā in alis & inguinibus, & lateribus. Quid cerebri tabes, σφακιλισμὸς a Græcis

Sinapi.

B
Lippitudo.
Ophthalmia.

Glaucoma.
Albugo oculi.
Glaucedines.

Aurium fissurę & rupturæ.

Aures uerminosæ
Hypersarcoma.
Colobomata.
Curta.
Parotides.
Srumæ.

Cerebri tabes.
σφακελισμός.

C a Grecis dictus sit Gal. lib. 2. cap. 2. sufficienter ex Arthigenis dictis in dicat. σφακιλὸσ a Latinis syderatio dicitur. Gangrenę non hæc affectio retinet, quod Auicenn. corrupte tñ Ascachilon dixit: atq; ubi hęc corruptio in continuas transierit partes, Esthiomenon etiã insulse uocitauit. Hic pro cerebri putredine, aut pro aliĳs si malis symptomatib. sumi uidet. De coryza, & grauedine superius dictũ est. Anginã circa totam existere ceruicẽ, Celsus lib. 4. cap. 4. profitet: Anginamq; a Latinis forte ab eo quod angat, apud Græcos uero prout species sit suũ sortiri nomen. Vnus eñ est, idemq; in strangulãdo effectus. Sed quũ in respirationis instrumentorũ musculis inflãmationes istę, tumoresq; suboriunt, antiquiores has quatuor nominibus discreuerũt, de quibus in pręsens non opus est ut plenius agatur. Nocturnã hic minatur anginam, quod forte ex nocturnis destillationibus qdam angina, aut eiusmodi similibus corripiant affectionibus. Teredones, id est, caries quæ orit ubi acres humores erodãt ossa. Vua sępius descendit in gutturis partem a capitis destillatione, pręterq; naturã tunc increscit, quo

D incremento oblongior in gracilitatẽ extenditur, tunc κίων. i. columna dicitur, & κιονὶσ. i. columella, in malorũ censu a Medicis recepta: quæ si crassior in rotunditatẽ crescat, deorsumq; feratur, tunc uuam ĳdem Græcorũ Medici uocare. Hęc Marcellus. Eadem super hęc quasi refert Io. Manardus lib. 7. Epistola 2. nisi q̃d dicat in intima oris parte, ubi gulæ & asperę arteriæ principiũ, particulatim esse a Græcis γαργαρεὼν dicta, uocis ueluti plectrũ existens, & iuxta eã utrinq; uocata παρισμία. Hic Gargareon si fluctionẽ a capite suscipiat, largus, & tenuis fiat κίων uel κιονὶσ. i. columna, uel columella dicat. Inferiore uero parte crassa, & orbiculari facta σαφυλὴ. i. uua uocari. Capillorũ aũt defluxus facile ex alienis, contrariĳsq; humoribus cõtingit. Similiter de capitis ulceribus intelligendum. Sic dentium dolor, ex destillanti humorum redundantia euenit.

[Margin notes: σφακιλὸσ. Syderatio. Ascachilon. Esthiomenon. — Angina. — Angina nocturna. — Teredones. Caries. Vua. — Columna. Columella. — Gargareon. Parismia. Staphyle. Vua. — Capillorum defluxus. — Dentium dolor.]

[Margin: Signa imminentia morbi Thoracis.]

Quũ autem quippiam mali thorax passurus est, his signis portenditur. Sudor quidam undiq; corpus quidẽ occupat, sed thoracem maxime: lingua crassescit: eĳciũt per sputa uel salsa, uel amara, uel biliosa: in lateribus ac scapulis dolores citra occasionem oriũtur, oscedines crebrę, quę χάσμαι a Gręcis dicũtur: uigilię, suffocationes sitis, ex somno animus mœrore afficitur; algores item pectoris, atq; brachiorum, & ma-

nuum

nuum tremor infeſtant. Quibus non imprudenter ad hunc modum ſuccurritur. Vomitionem non crapuloſam a cœna quoad fieri poteſt ciere conuenit, abſque medicamine. Proſunt etiam uomitus quos cibus ſequitur, quos Grecorũ non nulli συρμαισμὸσ nuncupãt. Cui igitur ſic placet uomere, radiculas tenues, naſturtium, erucam, ſinapi, portulacam deuoret: deinde aqua tepida hauſta euomat. A

Ab Atlante uertebra, atq; iugulo, uſq; ad uerenda, & os ſacrũ ab Alex. Benedicto Thorax colligitur, quẽ Valla in lib. de corporis partibus a collo uſq; ad lumbos diſtendit. Ex quo liquet, has duas ſcilicet uentris, & ueſice partes a Diocle pro ſingularibus eximi particulis. In thorace aũt ſi aliquid mali futurũ eſt, eiuſmodi depræhendatur notis. Sudor nanq; uniuerſum corpus occupat, precipueq; thoracẽ. Fiunt equidem ſudores ut Gal. 4. Aph. 38. fatetur, natura humiditatẽ euacuante ſuperfluam. Qui ſi per totũ animalis corpus extendat, ex toto æqualem fieri tunc euacuationem, iuxta Hippo. ſtatutum. Qua enim corporis parte ſudor eſt, ibi adeſſe morbũ portẽdit. Lingua preterea ſit craſſior: ſalſa, uel amara, uel billioſa ſpuunt: Latera, ſcapulaſq; dolor ſine occaſione manifeſtat. Vigiliæ, ſuffocationes, ſitiſq; afficiunt: animus ex ſomno triſtior afficit, pectus, brachiaq; refrigerantur, tremunt manus: quæ omnia ex ſuperuacaneis in membris tot innumeris ſub thorace contentis humiditatibus, ſiue humoribus proueniunt. Quos quidẽ uomitu eliciendos prudenti dogmate edocet, idq; poſt cœnam non crapuloſam, ſed ſine medicamẽto. Vtiles uero uomitus eſſe ante cibationem quos ſyrmaiſmos Græci uocent. Vomere itaq; uolentes, radiculas tenues, naſturtium, erucam, ſinapim, portulacam mãducet mox ſumpta aqua euomet. De eiuſmodi uomendi ratione alibi dictum eſt.

Thorax. | Sudor. B

Qui dicta præſagia nauci fecerit, has affectiones metuãt: Pleuritim, pulmonariam, melãcholiam, febres acutas, phrenitim, ueternum, & cum ſingultu ardorem.

Hæc uero ſigna paruipendentibus, huiuſmodi ſemper uenire ſolent morbis. Pleuritis, peri pneumonia, melancholia, febres acutæ, phrenitis, lethargus, ardor cum ſingultu. Pleuritis membrane ex parte interiore ſuccingentis coſtas eſt inflammatio: uelut Peripneumonia

Pleuritis. | Peripneumonia.

C pulmonis, de quibus Gal. lib. 5. loco, affect. cap. 2. tractat. De Melācho lia hypochondriaca idem lib. p̄dicto. cap. 5. agit, qui morbus est præcordiorum flatuosus, tristiciam, desperationē, mœsticiamq́ inducit. Post cruditates enim eiusmodi morbo laborantes multo uehementius dictis accidentibus infestantur, ac splenici quoq́ fiunt. Phrenitidis idem cap. 5. meminit. nam terminum quo thoracis pars inferior finiatur, antiqui phrenas. i. mentem appellasse: quod eo inflāmatione affecto mens quoq́ lædatur. Nōnullos etiam delirare, ob uinū quod in ore uentriculi consistat, & febribus ardentibus, & pleuritide, & peripneumonia. Et quæ ob septi transuersi accidant deliria, non multum distare a phrenitide. Lethargus phreniti morbus est cōtrarius: est em̄ somnus p̄fundus, & quasi inexpugnabilis dormiendi necessitas, ex quibus ambobus principales cerebri actiones nōnunq́ læduntur, siue primaria affectione cerebro laborante, siue aliquo modo per con-

D sensum. Sic ex ardore cum singultu uentriculi os affectum esse, nemo est qui ignoret.

Melancholia hypochondria. Phrenitis. Lethargus. Ardor cum singultu.

Si quis uero uentrem morbus occupaturus est, his signis pręsagiri potest. Vēter primitus conuoluitur, & in sese ipso perturbatur, esculenta cum poculentis amaritudinem præferre putantur, genuum grauitas, lumborum rigor inflectilis, uniuersæ molis corporeæ lassitudo, idq́ sine occasione, cruruum torpedo stuporq́, febriculę exiles. Vbi hæc portēta senseris, uenter nullo medicamento quidem, sed uictus ratione mollificādus est. Satius enim ac lōge tutius est ijs uti, quibus delinqui facile non potest: e quorū numero sunt, beta aqua mulsa decocta, allio elixa, malua, rumex, mercurialis, & omnia melle condita. Cuncta enim hæc alui deijciunt sedimina. Quod si præsagiorum aliquod magis, magisq́ intendatur, cnici liquorem omnibus decoctis confundito: suauior nanq́ & tutior est. Vtilis item fuerit, leuis brassica in non exigua aqua elixa: huius succus inquam quatuor hemi narum mensura cum melle, ac sale potui datus profuerit. Ciceris aut erui aqua in ieiunio epota, eundē effectum habet.

Præsagia morborum uentri incumbentium. Victus molliens aluum.

Hæ

Hæc signa parui pendentibus, huiuscemodi affectiones su- A
peruenire solent. Ventris diarhœa, hoc est, fluxus, dysente- Ventris incommoda.
ria: lienteria, id est, intestinorũ leuitas: uoluulus, εἰλεὺς Græ
cis dictus: coxendix, febris tertiana, podagra, apoplexia, hæ
morrhoides, arthritis.

Ventrem læsurum notæ hæ sunt. Venter siquidem conuolui-
tur, atque in semetipso conturbatur, ob multorum humorum procul-
dubio coaceruationẽ: unde cibi, potusque uidentur amari: genua gra-
uantur, lumbi rigore afficiuntur, ut flecti non possint, totumque cor-
pus ex ista multitudine premitur: crura etiam sine occasione manife-
sta torpent, febriculæque nonnullæ suboriuntur. Ventrem itaque his si- Canon egregius, & notatu ualde dignus.
gnis præeuntibus remolliri oportet, non medicamentis, sed tantum
uictu. Tutius enim est uti his quibus nullus error accidere possit: præ- Beta.
cipue in senioribus facilima ex caussa alterabilibus. Hæc autem præ- Allia cocta.
stare Betam ex mulso elixam, de qua superius. Allia cocta, excernũt, B
& aluum turbant teste Dioscori. Maluam: bonam enim facit aluum.
Rumicem. i. Lapathon, cuius plura sunt genera. Cunctorũ enim Ru- Rumex. Lapathum.
micum decoctum iuxta Dioscori. lib. 2. cap. 107. aluum mollit. Mer- Cnecus.
curialem, de qua superius, & quæcunque melle condita sint. At ubi si-
gnorum aliquod magis intenderetur, omnibus decoctis cneci liquo- Brassica.
rem, sine succum, aut liquamẽ admisceto, qui ad aluum soluendam
teste Dioscori. lib. 4. cap. 182. efficacius faciat. Leuis præterea brassicæ
ex multa aqua coctæ succus, in mensura. 4. fere heminarum cum mel-
le, & sale potui datus, haud inutilis erit. Atque si quis ieiunus aquã po-
tauerit, in qua uel cicer, uel eruum fuerit decoctum, idem consequе-
tur, etiam autoritate Dioscori. lib. 2. cap. 95. & 100. ubi affirmat ambo
bonam facere aluum. Qui uero prædicta signa neglexerit, hos timeat
morbos: uentris fluorem, alias diarchœam dictum, dysenteriam, in-
testinorum leuitatem, uoluulum. i. εἰλεὸν coxendicem, frebrem tertia-
nam, podagrã, apoplexiã, hæmorroides, articulariũ. Humores enim
hic delitescẽtes, tandẽ a natura in exitũ incitantur, ut deinde uarie se huc
illucque in partes recipiant, nullũ amplius ordinẽ obseruantes, quibus Lienteria.
per mediocrẽ artis euacuationẽ saluberrime præcaueri potuisset. Siq-
dem intestina, & uentriculus simul accidentibus afficiuntur, ut lien-
teria. i. leuitate intestinorum, & cœliaca. i. uentriculi, quum uidelicet

 materiæ

C materiæ non sint mordaces. Mordaces autem effecti omnia intestina ob mordendi uim ad excretionẽ incitãt. Simili modo uel ab inflãmatione, uel obstructione aridi stercoris tenuibus intestinis affectũ oriri a ueteribus dictũ est, quẽ Voluulũ, hoc est, Ileon uocãt: in qbus uehementissimi eueniãt dolores, grauiter uomitionibus cruciãtes, adeo, ut & stercus sub fine nõnulli euomere conspiciantᵭ: a quo affectu uix unq̃ aliquis sanus euadat. Sic de reliquis hic notandũ affectibus qui ab illorũ humorum redundãtia solũmodo oriuntur. Coxendix aũt affectus quẽ Græci ἰσχίον appellant, latini coxã: est enim ea pars affecta ubi femur cũ superiori parte pedis coniungiᵭ, siue coarctaᵭ. Hoc malũ hactenus sciaticã nominauere. Humores itaq; illi si omnes corporis articulos debiles penetrauerint p̃ter naturam redũdantes, arteticam, hoc est articulariũ efficiunt morbũ. Si uero tantũ pedibus constiterint, podagrã. Vbi computruerint, febrem incendũt. Qui ubi ad anum consederint, hæmorrhoides aperient, per quas magnam atræbilis copiam educent.

Voluulus. Ileos.

Coxendix. Coxa.

Sciatica.

Articularius morbus.

Quando aũt uesicæ malũ immineat, his notis deprehenditur. Post exiguũ etiã cibũ plenitas infestare uidetur peditus, eructuationes, uniuersi corpis pallor, somni graues, lotia lurida, & ęgerrime emanantia, et circa pudẽda œdemata. Quũ apparuerint præsagia, suppetijs odoratis lotia impellẽtibus opẽ ferre cõuenit, id quod sine periculo futurũ est. Sunt igitur fœniculi, apijq; radices in uino albo odorato macerandę, unde ieiunus in matutino quotidie duos sumat cyathos cũ aqua dauci, myrrhæ, enulæ campanę, quodcunq; horũ ad manum sit: iuxta eñ singula iuuant. Cicerũ quoq; maceratorũ aquã si cũ uino potauerit, idẽ consequetur. Qui uero dictas notas neglígẽter præterierit, hos morbos expectet: hydropem, lienis magnitudinẽ, hepatis dolorẽ, λιθίασιν, quẽ calculũ Romani dicũt: nephritim, id est, renũ affectionẽ: lotij stillicidiũ, plenitatem uentris. Cæterum in omnibus his quæ hactenus proposuimus signis, infantibus quidẽ clementiores, grandioribus uero natu efficaciores medelas exhibebimus.

Vesicæ morborum præsagia.

D

Fieri in corporis particulis, pulchre Ioan. Manardus Epist. Medici.

dici. lib. 12. Episto. 2. disserit, idem quod in ea republica quam Aristo- A
ὀλιγοκρατίαν uocet, ut in qua qui plus possint, minus potentes opprimant, & hi rursus alios, donec ad infimã plebeculã uentũ sit, quę adeo omni potestate destituta sit, ut eam necesse siit opprimi tantũ, & neminem opprimere. Sic membra principẽ locum in corpore tenentia, omne quod in eis redundet, ad ea quæ minoris dignitatis sint transmittat: hæc uero rursus ad alia, donec uel extra corpus pellant uel in aliquam ignobilissimã decumbant partem. Sic fieri, cum uesica ad serosum humorem suscipiendũ, atq; ad exteriora demittẽdum fabricata, cui tamen serosę humiditati, omne si quod uel totius corporis, uel iecoris, uel renum uitio malignum sit admisceri, atq; id simul cum urina recipi ab ea necessum esse. Quod ubi paulatim ita ad molem congeritur, qua uesica in operatione excernendæ urinę impeditur, tunc quis ambigit, stranguria, dissuriaue interdum suborientibus, etiam tunc cibo, potuue superingesto, ex redundanti infarctoq; seroso humore, flatus, ructusq; commoueri, totumq; corpus pallescere (uesica B enim multis aliĳs membris, & etiam principibus non parũ communicat) somnosq; grauari ex consensu quodam, urinãq; liuescere, pudendaq; tumere. Quæ omnia symptomata ex malę rei in uesica aggregatione eueniunt, tantisper etiam durantia, donec materia illa tota exierit. Eiusmodi ergo notis apparentibus, occurremus q̃ tutissime medicamentis odoratis urinam cientibus. Itaq; fœniculi, apĳq; radices in uino albo odorato maceramus, atq; duos cyathos mane ieiuno singulis diebus ꝓpinamus. Istiusmodi uirtutes in superioribus sunt demonstratæ. Itemq; pastinacæ aqua prodesse dicitur, quæ urinæ angustĳs subuenit: & myrrhæ, quę aperit, ut menses, fœtusq; celerrime extrahat: & Elenĳ. i. Enulæ campanæ, siue Inulæ, ut Diosco. scribit, eiusq; decoctum & menses, & urinam ciere. Et quodcunq; horũ ad manum habere poterimus. Cicerum quoq; maceratorum aquam, & cum uino bibere, non absurdũ erit. Quæ signa si oscitanter pręterierimus, quis dubitat, ex humorum redundatia, atq; ad ipsa uiscera nobiliora regurgitantia, atq; afficiendo corrumpentia, aut imbecilliora reddentia, huiuscemodi deinde morbos progignere, aquam scilicet intercutem iecore affecto: lienis uero magnitudinẽ, splene: ipsumq; iocinoris dolorem, calculum, renumq; affectiones, urinæ stillicidium, uentriculi plenitudinem, & si quæ alia.

Pastinacæ aqua.
Myrrha.
Elenium.
Enula campana.

Neq; post hæc silenter pertransibimus anni solstitia, in

C quibus singula quæq; accidunt: sed quæ ingerenda, offerendaue, & a quibus abstinendum, tribus (ut aiunt) uerbis expediam. Exordiar itaq; a solstitio brumali.

Anni partes quatuor. Ver. Aestas. Autumnus. Hyems.

Sic Hippo. de præparatione hominis ad Prolomeum Regem, anni partes quatuor ponit: uer, æstatem, autumnum, & hyemem. Ver calidum, & humidū, propterea & sanguinem augere in corporibus. Aestatem, calidam & siccam, propterea augere rubram choleram. Autumnum, siccum, & frigidum, unde multiplicet melancholia saniem, quæ cruenta sit, & aquosa. Hyeme autem phlegma abundare in corpore. Quare idem .4. Aphor .2. Naturarum dicit has quidē ad æstatem, has uero ad hyemem, bene, maleue se habere: atq; mutationes temporum potissimū morbos parere. Quatuor itaq; elemēta hominis ad anni quatuor partes applicanda, quare tropicum solarem. i. solis conuersionem attendere, debeamus, ut simul ægrotantis statū, & tum demum secundum ea medicinam adhibeamus. Aut quibus in qua q; anni parte alimentis utendum sit, pernoscamus.

Solstitium brumale.

D Solstitij brumalis tempore augetur in hominibus catarrhus, & humiditates, ad uernum usq; æquidiale. Calidiora itaq; tum ingerenda, & meracius, prolixiusque, atq; ab origano bibendum est, libidiniq; indulgendum. Sunt autem usq; ad æquidiale dies nonaginta.

Solstitia duo.

Solstitia duo esse, superius ex Plinio demonstrauimus. Vnum scilicet Brumale, ubi in octaua parte capricorni sol constiterit, idq; in auctum diei, & noctis decrementum. Quo tempore grauedines, destillationesq;, atq; humiditates in hominibus augeri hic docetur. Quocirca calidiora alimenta esse ingerenda, diligentius meraciusq; ab origano bibendum, ac ueneri quoq; indulgendū. Numerari quoq; ad uernum æquinoctium dies nonaginta. A solstitio hyemali usq; ad dies ueris ab Hippo. 91. connumerantur, scilicet a. 28. Ianuarij ad. 28. Aprilis, quos dies multiplicare humores, & plurimum sanguinis. Vtendum igitur deambulationibus, & lauacris, siccisq; cibis, atq; delicatis admonet. At Gal. in cōmentario de uictus ratione priuatorū, quem aliqui Polybo inscribunt, huiusmodi (ut in sequentibus seorsim singulis adijciemus) dat cuilibet temporis parti uiuendi rationem. Hyeme

me inquit plurimum esse, minimum bibere conducit. Sed potioni ui num quam meracissimum, cibo panis exhibendus est. Obsonia erũt assa omnia. Oleribus paucissimis hoc anni tempore uti expedit: sic enim potissimum corpus & calidum, & siccum euadet. Hęc Galenus. A

Aequinoctium uernum.

Ab Aequinoctio uerno usq; ad uergiliarũ exortũ pituita & dulcis sanies, quas ichoras dicũt, sanguinis in mortalibus crescunt; idcirco q; maxime succosis, acribusq; utendũ est, corpus diligenter & cum labore exercitandum. Concubitui tum quoque indulgendum. Numerantur uero usque ad uergiliarum ortum dies sex & quadraginta.

A uerno æquinoctio usq; ad uergiliarũ exortum pituita in hominibus augetur, ac dulcis sanies sanguinis, quas Ichoras dicũt (idem enim est in sanguine, quod serum in lacte) quare tũ succosissima, acria q; adhibenda esse, exercendumq; corpus esse, ac uenus tum innocua esse credatur. Esse uero ad uergiliarum exortum dies sex & quadraginta constare. A uernali æquinoctio usq; ad ortum pliadum dies quadraginta nouem numerat Hippo. a uicesimo nono aprilis, usq; ad Iunij decimũ sextum, hos dies augere sanguinem ait: utendũ itaq; uino sapido, & odorifero, atq; laboribus. At Gal. inquit, uere iam ineunte, plus, sed dilutius, & paulatim bibendũ est: cibo demendum: eoq; molliore panis offa uidelicet, ipsius loco panis, utendum est. Eadem lege transeundũ ab assis obsonijs ad elixa, donec in æstatem uentum fuerit. Hac, cibo molli, & elixis pulmentarijs, oleribus tũ crudis, tum coctis: potione plurima, ac dilutissima corpus eget. Cauendum tamẽ ne magna fiat subito dictorum mutatio. Ichoræ. B

Vergiliatum exortus.

Hoc tpe crescit in hoĩbus bilis amara, & eiusdẽ qualitatis sanies, cruorq;, ad æquinoctiũ usq; æstiuale. Tũ suauia aluũ ciẽtia ingerere, & ueneri minimũ indulgere cõuenit. Numerãtur aũt ad solstitiũ usq; æstiuũ dies quinq; & quadraginta.

Pleiades septem esse stellas in dorso tauri Astronomi scribunt, septimam tñ uix cerni: quæ dicantur ἀπὸ τοῦ πλεῖν, hoc est, nauigando: q; ortu suo nauigationis ostendant tempus. Nam uerno exoriuntur tempore Pleiades.

C tempore & autumno occidunt. Hæ etiam Atlantides, quod septem Atlantis filiæ esse fingantur: Vergiliæ, quod uere exoriantur. Vergiliarum exortus tempore bilis amara, atq; sanies amara usq; ad æstiuum solstitium in hominibus augetur. Tum ergo dulcia quę aluum dulcent adhibenda, & concubitus quoad fieri potest fugiendus. Ad solstitiũ æstiuum numerant dies quinq; & quadraginta. Ab ortu pliadũ solstitij æstiualis dies quadraginta duos Hippo. numerat: a decimo septimo Iunij usq; uicesimum octauum Iulij. Hos dies nutrire rubram choleram. Vtendum itaq; dulcibus & aquosis. Nihilominus tamen uentris habendam esse curam, a laboribusq; abstinendum.

Atlantides. Vergiliæ.

Solstitium æstiuale.

Solstitij æstiui tempus, atræ bilis abundantiam in hominibus facit, usq; ad æquinoctium autumnale. Vtendũ itaq; egelidis undis, odoratisq; omnibus: uenus uel omnino uitanda, uel simpliciter saltem ac candide, quę de ipsa tradita sunt, admittenda. Inseruntur autem inter æstiuum solstitium & autumnale æquinoctium dies tres, & nonaginta.

D Hoc tempore crescit in hominibus atra bilis ad æquinoctiũ usq; autumnale. Aqua igitur frigida, atq; odoratis omnibus est utẽdum: concubitus fugiendus, aut innocentius saltem quæ de ea scripta sunt admittere. Sunt ad Aequinoctium autumnale dies tres, & nonaginta. A solstitio autem æstiuali usq; ad dies autumnales dies duo & nonaginta enumerat Hipp. a uicesimo nono Iulij usq; ad uicesimum octauum octobris: quos dies augere cholerã nigram idem asserit: quare frigidis & aquosis, uino odorifero, & rebus salsis utendum persuadet. At Galen. in Aestate nutritioni aptissima ponit esse panis offam mollem, potionem tum multam, tũ dilutam, obsonia omnia elixa. Atq; hæc ita obseruanda esse, ut corpus sit molle, & frigidum. Nam calido anni tẽpore & sicco exuratur, squalidumq; reddat. Quare his rationibus tueri oporteat pari modo ex uere in ęstatẽ, sicut ex hyeme in uer traducere expediat, cibis demendo, adijciendoq; potioni.

Aequinoctium autumnale.

Hoc AEQVINOCTII autumnalis tempore pituita, & tenues fluxus in hominibus abundant, ad uergiliarum usque occasum. Oportet ergo tum fluxiones cohibere, & acerrima quæq;, succosissimaq; esitare, & quam minimum

minimum fieri poteſt uomere, ſedulo corpus exercitare, & concubitũ deniq; pro uiribus fugitare. Numerantur autem ab eo æquidiali uſq; dũ uergiliæ occidunt, dies triginta ſex. A


Hoc tempus pituitæ abundantiam facit in hominibus, & tenues fluxiones, donec uergiliæ occidant. Fluxiones itaq; ſiſtendæ ſunt, atq; acerrima, & maxime ſuccoſa ingerenda: nequaq; uomendum eſt: ſed exercitandum, atq; Veneri indulgendum. Ad Vergiliarũ occaſum dies ſex & quadraginta ſunt. Ab æquinoctio autumnali ad Pliadum occaſum dies quadraginta quinque inducit Hippoc. a uiceſimo nono Octobris, uſq; ad duodecimum Decembris. Hos dies augere ſaniem & tabẽ ſignificat. Vtendũ igitur aretoſis, & guſtu aſperis, ſimulq; laboribus. Atqui Gale. per autumnũ admonet, cibo paulo pleniore, & ſicciore obſonijs ſimilibus utendum eſſe: minus, ſed meracius bibendum eſſe. Vt quum bona hyems contingat, meraca magis, & exigua potione, cibo copioſiſſimo & uehementer ſicco utendum. Ita ut hoc frigido tempore admodum, & humido, optima ualetudine fruamur, minuſq; rigeamus.

Vergiliarum occaſus. B

Sub Vergiliarum occaſu augetur in hominibus humor pituitoſus ad ſolſtitium uſq; hyemale. Sumenda ſunt igitur cibi loco maxime acerba, uina dulciſſima: utendũ præterea præpinguibus, exercitandũ ſtrenue. Sunt uero ad brumam uſq; dies quadragintaquinq;.

Quum hoc tempore uſq; ad brumam in hominibus pituita abundet, acerbiſſima quæq; tum ſunt ſumenda: ſed uinum ſuaue bibendũ, pinguibuſq; utendum, atq; exercitijs. Ad ſoliſtitiũ hyemale dies quinque & quadraginta numerantur. Ab occaſu hyemali pliadum dies quadraginta quinque dinumerat Hippoc. & a decimo tertio menſis Decembris uſq; ad menſis Ianuarij uiceſimum octauum: quos dies augere phlegma aſſerit, itaq; balneis ieiuno utendum, ſudores abſtergenti. Hęc ſi obſeruaueris inquit o rex, uiues intrepide, ac ſine triſticia reliquum uitæ. Ex diuiſione anni hoſce dies numero. 365. colliguntur.

Libri de Secunda Valetudine tuenda, finis.



¶ Cætera collige ex Capitum Sumariis, supra fol. 1. Operi pręscriptis.